ptui: sed sicut angeli Dei in cœlo *sunt*. De autem resurrectione
ζονται· ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. Περὶ δὲ τῆς ἀναστάσεως 31
mortuorum, non legistis *effatum vobis* à Deo, dicente; Ego sum
τῶν νεκρῶν, οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, λέγοντος, Ἐγώ εἰμι 32
Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus, *Deus*
ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ; οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς
mortuorum, sed viventium. Et audientes turbæ, *percellebantur* in do- ΝΔ'
νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. Καὶ ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι, ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ δι- 33
σαφ ε ctrina ejus. At Pharisæi audientes quòd *occlusset os* Sadducæis,
δαχῇ αὐτοῦ. Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους, 34
coacti sunt in *idipsum*. Et interrogavit unus ex eis Legis doctor,
συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ ἐπηρώτησεν εἷς ἐξ αὐτῶν νομικὸς, 35
tentans eum, & dicens; Magister, quod mandatum magnum in Lege?
πειράζων αὐτὸν, καὶ λέγων, Διδάσκαλε, ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; 36
At Jesus ait illi; Diliges Dominum Deum tuum *in toto* corde
Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ 37
tuo, & in tota anima tua, & in tota *cogitatione* tua.
σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

20 ... * ... ...

Versio VULGATA LATINA.

20 Et ait illis Jesus; Cujus est imago hæc, & superscriptio? 21 Dicunt ei; Cæsaris. Tunc ait illis; Reddite ergò quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt 22 Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. In illo die 23 accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogaverunt eum, Dicentes; Magister, Moyses dixit; Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen 25 fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: & primus, uxore ductâ, 26 defunctus est: & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Si- 27 militer secundus, & tertius, usque ad septimum. Novissimè autem omnium 28 & mulier defuncta est. In resurrectione ergò cujus erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Jesus, ait illis; Erratis, nescientes 29 Scripturas, neq; virtutem Dei. In resurrectione enim, neq; nubent, neq; nubentur: 30 sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorum non le- 31 gistis quod dictum est à Deo dicente vobis; Ego sum Deus Abraham, & Deus 32 Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. Et audientes 33 turbæ, mirabantur in doctrina ejus. Pharisæi autem audientes quòd silentium 34 imposuisset Sadducæis, convenerunt in unum: Et interrogavit eum unus ex eis 35 legis doctor, tentans eum; Magister, quod est mandatum magnum in Lege? 36 Ait illi Jesus; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima 37 tua, & in tota mente tua.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

20 * فقال لهم يسوع لمن هذه الصورة والكتابة * قالوا هذه لقيصر * حينيذ قال لهم اعطوا ما
21 للملك للملك وما لله لله * فلما سمعوا تعجبوا وتركوه ومضوا *

الفصل الثالث والسبعون

23 * وفي ذلك اليوم جاء اليه الرياديه الذين يقولون ليس قيامة * وسالوه قايلين * يا معلم موسي
24 قال اذ مات انسان وليس له ولد فليتزوج اخوه مرايته وليقم زرعا لاخيه * وكان عندنا سبعة
25 اخوة تزوج اولهم بمراءة ومات ولم يكن له زرع وترك مرايته لاخيه * وكذلك الثاني * والثالث الي
26 27 السابع * وفي اخر الكل ماتت المراة ايضا * ففي القيامة لمن من السبعة تكون المراة لانهم
28 29 تزوجوها باجمعهم * فاجابهم يسوع قايلا لقد ضللتم * لانكم لم تعرفوا الكتب ولا قوة الله
30 * لانهم في القيامة لا يتزوجون ولا يزوجون * لكن يكونون كملايكة الله في السماء * واما من
31 32 اهل قيامة الاموات اما قرأتم ما قيل لكم من قبل الله * اذ قال * انا هو اله ابراهيم واله اسحق
33 واله يعقوب * والله ليس هو للموتي لكن للاحياء * فلما سمع الجمع بهتوا من تعليمه *

الفصل الرابع والسبعون

34 * فلما سمع الفريسيون انه قد ابكم الرياديه اجتمعوا
35 عليه جميعا * وساله كاتب منهم ليجربه * قايلا * يا معلم ايما اعظم الوصايا في الناموس * قال
37 له يسوع تحب الرب الهك من كل قلبك * ومن كل نفسك * ومن كل فكرك *

Sectio septuagesima tertia.

Dixitque eis Jesus, Cujus est hæc figura et inscriptio? Dixerunt, Hæc est Cæsaris. Tunc dixit eis; Date quod est regis, regi; et quod est Dei, Deo. Et cùm audissent, admirati sunt: et reliquerunt eum, et abierunt.

Sectio septuagesima tertia.

Et in illo die venerunt ad eum Sadducæi qui dicunt, Non est resurrectio; et interrogaverunt eum, Dicentes; Magister, Moses dixit, Quum mortuus fuerit aliquis, et non habuerit filium, ducat frater ejus uxorem ipsius, ut suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: duxit primus illorum uxorem, et mortuus est, et non fuit ei semen: et reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus, & tertius, usque ad septimum: Tandem post omnes mortua est mulier quoque. Igitur in resurrectione, cujus è septem erit uxor? quandoquidem duxerunt eam omnes. Respondit eis Jesus, dicens; Sanè erràstis, quia non novistis scripturas, neque virtutem Dei: Nam in resurrectione, neque nubent, neque nuptum dabunt: sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. Verùm quod ad resurrectionem mortuorum, nónne legistis quod dictum est vobis à Deo, quando dixit; Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob et quidem Deus, non est mortuorum, sed vivorum. Et cùm audisset turba, stupuerunt de doctrina ejus.

Sectio septuagesima quarta.

Et cùm audissent Pharisæi, quia ipse obmutescere fecisset Saducæos, convenerunt ad eum simul: Et interrogavit eum Scriba quidam ex ipsis ad tentandum eum, dicens; Magister, quod est maximum mandatorum in lege? Dixit ei Jesus, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omni mente tua.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

20 ወይቤሎሙ: እግዚእኪየሱስ: ዘመኑ: መልክዑ: ወመጽሐፈ:።: ወይቤልዎ: ዘነጊሢ: ወ
21 ይቤሎሙ: ሀቡ: ዘነጋሢ: ለነጋሢ: ወዘእግዚአብሔር: ለእግዚአብሔር:።:።: ወሰሚዖሙ:
22 ለንጽሩ: ወኀደግዎ: ወኀለፉ:።:።:

በእንተ: ሰደቃዊያን: እለ: ይብሉ: ፅልኦ: ትንሣኤ: ሙዉታን:

23 ወይእተ: ዕለተ: መጽሉ: ሰዱቃዊያን: እንዘ: ይብሉ: ለልቦ: ትንሣኤ: ሙዉታን: ወተስእልዎ
24 ዎ:።: እንዘ: ይብሉ: ሊቅ: ሙሴ: ይቤ: እመቦ: ዘሞተ: እንዘ: ለልቦ: ወሉደ: ያወስ
25 ብ: ብእሲተ: እኁሁ: ወያቅሙ: ወሉደ: ለእኁሁ:።: ሀለው: እንከ: ኀቤነ: ሰብዓቲ:
26 ላኃዉ: ወዘይቀድሞ: ላወሰበ: ወሞተ: ወእሰመ: ለልቦ: ወሉደ: ኀደገ: ብእሲቶ: ለእኁ
27 ሁ:።: ወከማሁ: ካልኡኒ: ወዛልሱሁ: ወእስከ: ተፈጸሙ:።: ወእምድኅረ: ኵሉሙ:
28 ሞተት: ይእቲ: በእሲት:።: ላጴ: ይትነሠሉ: እንኩ: መዉታን: ለመኑ: እመሰብዓቲሆ
29 ሙ: ትካውን: ብእሲቶ: እስመ: ኵሉሙ: ላወሰብዋ:።: ወለወረሊ: እግዚእኪየሱስ:
30 ወይቤሎሙ: ትሰሕቱ: በሊያእመሮ: መጻሕፍት: ወሊኀይለ: እግዚአብሔር:።: ለመሰ:ይ
ሓይዉ: መዉታን: ሊያወስቡ: ወሊይትዋሰቡ: ከመ: መለእኪተ: እግዚአብሔር: በሰማያት:
31 እሙንቱ:።: ወበእንተ: ትንሣኤ: መዉታንሰ: ሊያንብብክሙሁ: ዘተብህለ: ለኵሙ: እመኃበ:
32 እግዚአብሔር: ዘይቤ:።: አነ: እግዚአብሔር: ለመለከ: ለብርሃም: ወለመለከ: ይሥሐቅ: ወ
33 ለመለከ: ያዕቆብ: ለመለከ: ሕያዋንኬ: ውእቱ:ወለኵ:ለመለከ:መዉታን:።:። ሰሚዖሙ:ሕ
34 ዝብ: ለንጽሩ: መሂሮቶ:።: ወሰሚዖሙ:ፈሪሳዊያን: ከመ:ፈጸሞሙ: ለሰዱቃዊያን:ተጋብኡ:ኀ
35 ቤሁ:።: በእንተ: ጸሓፊ: ዘተስእሉ: ላይ: ትእዘዝ: ይዌቢ:
36 ወተስእሉ: ኢሐዲ: እመውስቴቶሙ: ጸሓፈ:ሃገር:እንዘ:ያጣክሮ:።: ሊቅ: ለይኑ:ትእዘዝ:የ
37 ዓቢ: በወስተ: ሶሪት:።: ወለወረሊ:እግዚእኪየሱስ:ወይቤሎ: ለቈቅሮ: ለእግዚአብሔር:ለ
መጽክ: በኵሉ: ልብከ: ወበኵሉ: ነፍስከ: ወበኵሉ: ኀይልከ: ወበኵሉ: ሓይልከ: ወበኵሉ: ሕሊናከ:።:

Et dicit iis Dominus Jesus; Cujus est imago & inscriptio ista? Et dicunt ei, Regis. Et dixit iis; Date quæ sunt regis, regi; & quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt: & reliquerunt eum, & abierunt.

De Saducæis qui asserunt nullam fore resurrectionem mortuorum.

Et illo die venerunt Saducæi, dicentes non esse resurrectionem mortuorum; & interrogaverunt eum, Dicentes; Magister, Moyses dixit; Si quis mortuus fuerit non habens filios, ducet uxorem frater ejus, & suscitabit filios fratri suo. Fuerunt igitur apud nos septem fratres: & senior uxorem duxit, & obiit: & quoniam non habuit filios, reliquit uxorem suam fratri suo. Et similiter secundus, & tertius, & usquedum completi fuerunt. Et post omnes illos mortua est ista mulier. Si igitur suscitabuntur mortui, cujus è septem illis erit uxor? quoniam omnes illi uxorem duxerunt eam. Et respondit Dominus Jesus, & dixit iis; Erratis, non cognoscentes scripturas, neque potestatem Dei? Quando revivíscent mortui, non uxores ducent, neque dabuntur nuptui: sicut angeli Dei in cœlis sunt. Et de resurrectione mortuorum, nónne legistis quod dictum fuit vobis à Domino, qui dixit; Ego Dominus Deus sum Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Deus viventium igitur est, & non Deus mortuorum. Audientes populi, admirabantur doctrinam ejus. Et audientes Pharisæi quòd silentium imposuisset Saducæis, congregati fuerunt ad eum:

De scriba qui interrogavit eam, Quod est præceptum maximum?

Et interrogavit eum, unus ex ipsis scriba civitatis, tentans eum; Magister, quod est mandatum magnum in lege? Et respondit Dominus Jesus, & dixit ei; Dilige Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, et in tota virtute tua, et in tota meditatione tua.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

32 * منم منم خداي ابراهيم * خداي اسحق خداي يعقوب * وخدا نه ازان مردكانست * الا ازان
33 34 زندكانست * چون جماعت تعليم اوراشنيدند * درعجب ماندند * معتزلان چون ديدند
كه زادقه را خاموش كرد صد سيزده پرسيدن معتزلي براي
سپارسهاء توريت همكنان كوشيدند * ويكي ازايشان پرسيد * كه
35 36 شريعت را نيك مي دانست * براي آزمايش اورو پرسيد * وكفت * اي معلم ازسپارسها
37 در ناموس كدام بزركترست * عيسي بدو كفت * انك خداي خود را ازهمه دل
وزدرون خود * وازهمه جان خود وبيروي خود † دوست داري *

Ego sum, ego sum Deus Abrahám, Deus Isaak, Deus Jaakob: Deus autem mortuorum non est, sed vivorum est. Cùm turba doctrinam ejus audissent, in admirationem rapti sunt. Pharisæi autem cùm vidissent, quòd Sadducæis silentium fecisset,

CXIII. Quæstio Pharisæi de mandatis legis.

Omnes coacti sunt. Et unus ex illis interrogavit, (qui Legem probè calluit, sed tentandi gratiâ eum interrogavit) & dixit; O Præceptor, ex mandatis in lege quodnam maximum est? Jesus illi dixit; Quòd Deum tuum ex tota corde & interiore tuo, & ex tota anima tua & viribus tuis diligas.

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΝΕ'. Νς'.

38 Hoc est primum & *magnum* mandatum. Secundum autem simile huic; Diliges
39 Αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή. Δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ, Ἀγαπήσεις
proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa
40 τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος
Lex & Prophetæ *pendent*. Coactis autem Pharisæis, NE'
41 ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. Συνηγμένων δὲ τῶν Φαρισαίων, σκε
interrogavit eos Jesus, Dicens; Quid vobis videtur de Christo? β
42 ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, Λέγων, Τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ;
cujus filius est? dicunt ei; David. Ait illis; Quomodò ergò David
43 τίνος υἱός ἐστι; λέγουσιν αὐτῷ, Τοῦ Δαυίδ. Λέγει αὐτοῖς, Πῶς οὖν Δαυὶδ
in spiritu Dominum eum vocat, dicens;
44 ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου,
Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?
Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;
Si ergò David vocat eum Dominum, quomodò filius ejus est? Et nemo poterat —
45 Εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο σκς
46 ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die β
ἀποκριθῆναι λόγον· οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας
interrogare eum ampliùs.
ἐπερωτῆσαι αὐτὸν ἐκέτι.

CAP. XXIII. κγ'. Νς'

1 Tunc Jesus locutus est *turbis*, & *discipulis suis*, Dicens; σκζ
2 Τότε ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησε τοῖς ὄχλοις καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Λέγων, ι

Super Moysi cathedram sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia
3 Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Πάντα
ergò quæcunque dixerint vobis *servare*, servate & facite: secundùm verò
οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ
— opera eorum *ne facite*: dicunt enim, & non faciunt. Alligant enim
σκη τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε· λέγουσι γάρ, καὶ οὐ ποιοῦσι. Δεσμεύουσι γὰρ 4
ι onera *gravia* & importabilia, & imponunt in humeros hominum:
φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων·
— at digito *ipsorum non volunt* movere ea. Omnia verò opera
σκθ τῷ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. Πάντα δὲ τὰ ἔργα 5
ια suæ faciunt *ad spectari* hominibus: dilatant verò phylacte-
αὐτῶν ποιοῦσι πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτή-
ria sua, & magnificant fimbrias *vestimentorum* suorum.
ρια αὐτῶν, καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. Φιλοῦσι τε 6
primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in
τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν
synagogis, Et salutationes in *foris*, & vocari
ταῖς συναγωγαῖς, καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγορᾶις, καὶ καλεῖσθαι 7
— ab hominibus, Rabbi, *Rabbi*. Vos autem *ne vocemini* Rabbi:
σλ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, Ῥαββί, ῥαββί. Ὑμεῖς δὲ μὴ κληθῆτε ῥαββί· 8
ι unus enim est vester *doctor*, *Christus*: omnes autem vos fra-
εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός· πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελ-
tres estis.
φοί ἐστε.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 * Istud est præceptum maximum & primum. 38
39 Et secundùm, quod simile est ei; Diliges 39
40 proximum tuum sicut teipsum. Ab istis 40
duobus præceptis pendet Lex & Prophetæ.
41 Quum autem congregati essent Pharisæi, 41
interrogavit eos Jesus, inquiens; Quid 42
42 dicitis de Messia? cujus est filius? Dicunt
ei; Filius Davidis. Dicit eis, Quomodo 43
43 ergò David per spiritum vocat eum Domi-
44 num? Ait enim, Dixit Dominus Domi- 44
no meo, Sede à dextra mea, usque dum
ponam hostes tuos subter pedes tuos. Si 45
45 ergò David vocat eum Dominum, quomodo
filius ejus est? Et nemo potuit ei reddere 46
46 rationem: nemoque ausus est ampliùs ab
illo die interrogare eum.

* * *

CAP. XXIII.

1 Tunc Jesus collocutus est turbis & disci- 1
2 pulis suis, & dixit eis; Super cathedram 2
3 Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi. Quic- 3
quid igitur dicent vobis ut servetis, serva-
te, ac peragite; sed juxta opera eorum ne
4 feceritis, dicunt enim & non faciunt. Li- 4
gantque onera gravia, & imponunt hu-
meris hominum: ipsi verò ne suo *quidem*
digito volunt ea tangere. Et omnia opera 5
5 sua faciunt ut spectentur ab hominibus:
dilatant enim phylacteria sua, & producunt
fimbrias palliorum suorum: Et amant pri- 6
6 mos accubitus in cœnis, & primos con-
sessus in synagogis, Et salutationem in pla- 7
7 teis, & vocari ab hominibus, Rabi. Vos 8
8 autem ne vocemini Rabi; unus est enim
magister vester, vos autem omnes fratres
estis.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*

Primum & maximum mandatum 38
39 *hoc est. Alterum autem mandatum,* 39
quod huic est simile, est ut proxi-
mum tuum veluti oculum tuum
charum habeas. In his duobus 40
mandatis Lex & Prophetæ compre-
hensi sunt. Cùm Antistites autem 41
convenissent, Jesus ex eis percon-
tatus est, & dixit; De Christo quid 42
dicitis? Filius cujus est? Ei di-
xerunt, Filius David. Illis dixit; 43
Quomodo ergo *David in spiritu*
illum Dominum vocat? Nam dicit:
Prophetia.
Deus Domino meo dixit; Ad ma- 44
num dexteram meam sede, donec in-
imicos tuos, tibi sub pedibus con-
culcandos subjiciam. Cùm David 45
eum Dominum suum vocet, quomo-
do ille filius David sit? Et nemo 46
responsum illi reddere potuit: &
ab eo die deinceps nemo eum provo-
citer adortus est, aut aliquid inter-
rogavit.
CXIV. Dicta quædam & ver-
ba in vituperationem Anti-
stitum.

CAP. XXIII.

1 *Tunc Jesus exorsus est, & disci-* 1
pulis suis & turbæ reliquæ qui illic
aderant sermonem fecit: Et dixit 2
2 illis; *In cathedra & loco Mosis sa-*
cerdotes, & Pharisæi, & Scribæ
sedent. Quicquid vobis dicunt, 3
3 *Observate, vos observate & fa-*
cite: opus autem & facta eorum

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

38 39 Hoc est maximum, & primum mandatum. Secundum autem simile est
40 huic; Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis
41 universa lex pendet, & Prophetæ. Congregatis autem Pharisæis, inter-
42 rogavit eos Jesus, Dicens; Quid vobis videtur de Christo? cujus filius
43 est? Dicunt ei; David. Ait illis; Quomodò ergò David in spiritu vo-
44 cat eum Dominum, dicens; Dixit Dominus Domino meo; Sede à dextris
45 meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergò Da-
46 vid vocat eum Dominum, quomodò filius ejus est? Et nemo poterat ei
respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ampliùs
interrogare.

CAP. XXIII.

1 Tunc Jesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, 2 Dicens; Super cathe-
dram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. 3 Omnia ergò quæcunque dixerint vobis,
servate, & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, &
4 non faciunt. Alligant enim onera gravia, & importabilia, & imponunt in hume-
5 ros hominum: digito autem suo nolunt ea movere. Omnia verò opera sua faci-
unt ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant
6 fimbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in syna-
7 gogis, Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. 8 Vos autem noli-
te vocari Rabbi: unus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

38 39 * هٰذِهِ هِيَ ٱلْوَصِيَّةُ ٱلْأُولَى ٱلْعُظْمَى * وَٱلثَّانِيَةُ ٱلَّتِي تُشْبِهُهَا أَنْ تُحِبَّ قَرِيبَكَ مِثْلَ نَفْسِكَ *
40 هٰذَيْنِ ٱلْوَصِيَّتَيْنِ ٱلنَّامُوسُ وَٱلْأَنْبِيَاءُ مُعَلَّقُونَ * ٱلْفَصْلُ ٱلْخَامِسُ وَٱلسَّبْعُونَ *
41 ثُمَّ ٱجْتَمَعَ ٱلْفَرِّيسِيُّونَ * فَسَأَلَهُمْ يَسُوعُ قَائِلًا * 42 مَاذَا تَظُنُّونَ فِي ٱلْمَسِيحِ ٱبْنُ مَنْ هُوَ * قَالُوا لَهُ
43 هُوَ ٱبْنُ دَاوُدَ * قَالَ لَهُمْ كَيْفَ دَاوُدُ بِٱلرُّوحِ يَدْعُوهُ رَبًّا * إِذْ قَالَ * 44 قَالَ ٱلرَّبُّ لِرَبِّي ٱجْلِسْ عَنْ
يَمِينِي * حَتَّى أَضَعَ أَعْدَاءَكَ تَحْتَ قَدَمَيْكَ * 45 فَإِنْ كَانَ دَاوُدُ بِٱلرُّوحِ يَدْعُوهُ رَبًّا * فَكَيْفَ هُوَ ٱبْنُهُ *
46 فَلَمْ يَسْتَطِعْ أَحَدٌ أَنْ يُجِيبَهُ بِكَلِمَةٍ * وَلَمْ يَجْسُرْ أَحَدٌ مِنْ ذٰلِكَ ٱلْيَوْمِ أَنْ يَسْأَلَهُ *

* ٱلْفَصْلُ ٱلسَّادِسُ وَٱلسَّبْعُونَ *

1 2 * حِينَئِذٍ كَلَّمَ يَسُوعُ ٱلْجُمُوعَ وَتَلَامِيذَهُ قَائِلًا * عَلَى كُرْسِيِّ مُوسَى جَلَسَ ٱلْكَتَبَةُ وَٱلْفَرِّيسِيُّونَ *
3 * فَكُلَّمَا قَالُوا لَكُمْ فَٱحْفَظُوهُ وَٱعْمَلُوهُ وَمِثْلَ أَعْمَالِهِمْ لَا تَصْنَعُوا * لِأَنَّهُمْ يَقُولُونَ وَلَا يَفْعَلُونَ *
4 5 * يَرْبِطُونَ أَحْمَالًا ثَقِيلَةً وَيَجْعَلُونَهَا عَلَى أَعْنَاقِ ٱلنَّاسِ * وَلَا يُرِيدُونَ أَنْ يُحَرِّكُوهَا بِأَصَابِعِهِمْ * وَكُلَّ
6 أَعْمَالِهِمْ يَصْنَعُونَهَا لِيَرَاهُمُ ٱلنَّاسُ يُعَرِّضُونَ أَرْدِيَتَهُمْ وَيُطَوِّلُونَ أَطْرَافَ ثِيَابِهِمْ * وَيُحِبُّونَ ٱلْأَوَّلَ
7 ٱلْمُتَّكَآتِ فِي ٱلْوَلَائِمِ * وَصُدُورَ ٱلْمَجَالِسِ عَلَى ٱلْكَرَاسِيِّ فِي ٱلْجَامِعِ * وَٱلسَّلَامَ فِي ٱلْأَسْوَاقِ * وَأَنْ
8 يَدْعُوَهُمُ ٱلنَّاسُ مُعَلِّمِينَ * فَأَمَّا أَنْتُمْ فَلَا تَدْعُوا لَكُمْ مُعَلِّمًا عَلَى ٱلْأَرْضِ فَإِنَّ مُعَلِّمَكُمْ وَاحِدٌ
هُوَ ٱلْمَسِيحُ وَأَنْتُمْ جَمِيعًا إِخْوَةٌ *

* Hoc est mandatum primum maximum. 38
Secundùm autem, quod assimilatur ei, est, 39
ut diligas proximum tuum sicut teipsum. Ab his duobus mandatis lex & 40
prophetæ pendentes sunt.

Sectio septuagesima quinta.

Iterùm congregati sunt Pharisæi, & in- 41
terrogavit eos Jesus, & dixit; Quid 42
censetis de Christo? cujus est filius? Dixerunt ei, Est filius David. Ait illis, 43
Quomodo David in spiritu vocat eum Dominum suum, quando ait; Dixit Do- 44
minus Domino meo, Sede à dextera mea, donec ponam inimicos tuos sub pedibus
tuis? Si ergò David in spiritu vocat 45
eum Dominum suum, quomodo est filius ejus? Et nemo potuit respondere ei ver- 46
bum, neque ausus est quisquam ab illa die interrogare eum.

Sectio septuagesima sexta.

CAP. XXIII.

Tunc allocutus est Jesus turbam & 1
discipulos suos, dicens; Super cathe- 2
dram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Quicquid ergò dixerint vobis, 3
servate, & facite: secundùm opera verò eorum ne faciatis. Nam ipsi dicunt,
& non faciunt: Alligant onera gravia, 4
& imponunt ea super colla hominum, & nolunt movere ea digito suo. Et o- 5
mnia opera sua faciunt ut præbeant se hominibus: dilatant pallia sua, & pro-
ducunt fimbrias vestimentorum suorum. Et amant primatum accubitûs in convi- 6
viis, & primos consessus super sedes in
synagogis, Et salutationem in foris, & 7
ut vocent eos homines magistros. Vos 8
autem ne vocetis vobis magistrum super terram: quoniam magister vester unus est, Christus; vos autem omnes fratres estis.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

38 ዛቲ : ትእዛዝ : ዓቢይ : ወቀደሚት ::= ወካልእታሂ : ትመስላ : ለፍቅር : ቢጸከ : ከመ : ነፍ
39 ስከ ::= ከልለ : ክልሌ : ትእዛዝ : ተሰቅሉ : ኵሉ : ለሪት : ወነቢያት ::=
40 በእንተ : ፈረሳዊያን : ዘጎመ : ተስእሎሙ : ክርስቶስ : ወልደ : ሎኑ : ውእቱ : ክርስቶስ ::
41 ወለእዝ : ጉብለን : እውንቱ : ፈረሳዊያን : ተስእሎሙ : እግዚእሊየሱስ ::= እንዘ : ይብል :
42 ምንተ : ትብሉ : በእንተ : ክርስቶስ : ወልደ : ሎኑ : ውእቱ : ክርስቶስ : ወይቤልዎ : ዘደዊ
43 ት ::= ወይቤሎሙ : እግዚእሊየሱስ : እሮ : እንከ : ለዚሁ : ደዊት : በምንፈስ : ቅዱስ : ይዩ
44 ቤ]::= ይቤሎ : እግዚእ : ለእግዚእየ : ንበር : በየማንየ : እስከ : ላገብሶሙ : ለጸላእትከ :
45 ተሕተ : መከየደ : ለገሪከ ::= ዘለኪሁ : ለንከ : ደዊት : እግዚእየ : ይቤሎ : እሮ : እንከ :
46 ይከውኖ : ወልደ ::= ወለልቦ : ዘክህለ : ላውሠሉቶ : ቃለ :: ወለልቦ : ዘላጥብዐ : እመይእ
ቲ : ዕለት : ተስእሎቶ : ምንተኒ ::=

በለእንተ : ለቤሉሙ : ለጸሐፍተ : ወለፈረሳዊይን :: በዘከርያስ ፡ ወልደ : ብራክያ ፡
1 ፹ር ወእመዝ : ነገሮሙ : እግዚእሊየሱስ : ለስዝብ : ወለእርደሌሁ ::= እንዘ : ይብል :
2 ደቡ : ምንበረ : ሙሴ : ነበሩ : ጸሐፍት : ወፈረሳዊያን ::= ኵሉ : ዘመሃሩክሙ : ግበሩ : ወዕ
3 ቁቡ : ወበእመ : ይገብሩሰ : ሊትግበሩ :: እስመ : ዘይጼህዱ : ለፃእድ : ወለኪሆሙሰ : ሊይ
4 ገብሩ ::= የለስሩ : ጾረ : ዓቢየ : ወክቡደ : ወይሰኪመው : ለሰብእ : ደቡ : መታክፍቱ : ወለ
5 ሊሆሙሰ : ሉይለክፍው : በለጽበዕቶሙ ::= ወኵሉ : መግባርሙ : ዘይገብሩ : ለዓይነ : ሰ
6 ብእ : ይገብሩ :: ወይሰፍሑ : ኵርበጥሂሙ : ወያዓቢዩ : ለዝፋሪሆሙ ::= ወያፈቅሩ : ር
7 እሰ : መርፋቃት : በውስተ : መሶሐት : ወነቢረ : ፍጽመ : በውስተ : ለዕዋደት ::= ወተለመ
8 ኖ : በውስተ : ሎለሠያጥት : ወይቤሉሙ : ሰብእ : ረቢ ::= ለንትሙስኬ ፡ ሊትከመዩ : ረ
ቢ :: እከመ : ላሐዱ : ውእቱ : መመህርክሙ :: ለንትሙሰ : ለሓው : ለንትሙ : ኵሉክሙ ::=

Hoc est mandatum maximum & primum. Et secundum simile est ei; Dilige 38
proximum tuum sicut animam tuam. In hisce duobus mandatis pendent tota 39
Lex & prophetæ. 40

De Pharisæis qui interrogabant Christum, Cujus filius est Christus?

Et congregatis ipsis Pharisæis, interrogavit eos Jesus, Dicens; Quid dicitis 41
de Christo? filius cujus est Christus? & dicunt ei; Davidis. Et dicit iis Do- 42
minus Jesus, Quomodo igitur ipse David in spiritu sancto ait; Dicit Dominus 43
Domino meo; Sede ad dextram meam, usque dum referam inimicos tuos sub 44
scabello pedum tuorum. Si igitur David, Domine mi, dicit; quomodò igitur 45
est ei filius? Et nullus fuit qui potuerat respondere ei verbum: neque fuit 46
quisquam qui ausus fuit ab ista hora interrogare eum aliquid.

De comminando Scribas & Pharisæos.
Et de Zacharia filio Barachiæ.

CAP. XXIII.

Et tunc loquutus est Dominus Jesus populo, & discipulis suis, Dicens; 1
Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia quæ vos do- 2
cuerunt facite, & servate; & sicut faciunt, ne facite: quoniam quæ docent 3
alios, ipsi non faciunt. Ligant onus magnum grave, & imponunt id homini 4
super humeros ejus: & ipsi nec tangunt illud cum digitis suis. Et omnia 5
opera sua quæ faciunt, præ oculo hominis faciunt; & dilatant phylacteria sua,
& magnificant fimbrias suas. Et amant primos recubitus in conviviis, & 6
sedere ultimò in conventibus, Et salutationem in foris, & ut dicant iis homi- 7
nes, Rabi. Vos igitur ne vocemini Rabi: quoniam unus est doctor vester, vos 8
fratres estis omnes vos.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

4 كار مكنيد * براي انك ميكويند وبمردم مي امورند * خود عمل نمي كنند * بارهاء
5 كران بر دوش مردم مي بندند * وانكشت خود را دران زحمة نمي دارند * همه كردارهاء
ايشان بروي وريات * تا در چشم خلايق نيك نمايند * دامن فرجي واستين درازكنند *
6 ودر مهماني شب صدر مجلسها را دوست دارند * وميان انجمنها بالاتر از همه نشينند
7 * ودوست دارند كه مردم در بازارها ايشانرا سلام دهد * وايشانرا معلم خوانند *
8 * اكنون شما بزركوار مشويد * براي انك بزركوار شما يكيست براي انك شما برادران
تكديكريد *

ne operemini; dicunt enim et homines docent, ipsi verò opus non faciunt. Onera gravia humeris hominum imponenda ligant, digito verò suo in eis ferendis laborem non suscipiunt. Omnia opera eorum ad aspectum et ostentationem fiunt, ut oculis hominum boni appareant. Laciniam vestimenti et oram producunt. Et in conviviis nocturnis primos accubitus amant, et in synagogis super omnes sedere. Amant etiam ut homines eos in foris salutent, eosque præceptores vocent. Vos autem magistri 8
ne estote: eò quòd magister vester unus sit, siquidem vos fratres alter alterius estis.

Digitized by Google

Et patrem ne vocetis vestrum super terram: unus enim est Pater
9 Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ
vester qui in cœlis. Nec vocemini doctores: unus enim vester
10 ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν
est doctor, Christus. Qui verò major vestrûm, erit vester
11 ὁ καθηγητὴς, ὁ Χριστός. Ὁ δὲ μείζων ὑμῶν, ἔσται ὑμῶν
minister. Qui autem exaltabit seipsum, humiliabitur: & qui
12 διάκονος. Ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ ὅστις
humiliabit seipsum, exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ & Phari-
13 ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. Οὐαὶ δὲ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρι-
sæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, & pretextu
σαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει
prolixæ orantes: propter hoc accipietis abundantius judicium. Væ
14 μακρὰ προσεύχόμενοι· διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα. Οὐαὶ
vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorum
ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν
ante homines: vos enim non intratis: nec introëuntes
ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους
sinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ:
15 ἀφίετε εἰσελθεῖν. Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ,
quia circuitis mare & aridam, facere unum proselytum: &
ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον· καὶ
cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplicitèrem vobis. Væ
ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης, διπλότερον ὑμῶν. Οὐαὶ 16
vobis duces cæci, dicentes; Quicunque juraverit in templo, nihil
ὑμῖν ὁδηγοὶ τυφλοὶ, οἱ λέγοντες, Ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν
est: qui autem juraverit in auro templi, debet. Stulti &
ἐστιν· ὃς δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ χρυσῷ τοῦ ναοῦ, ὀφείλει. Μωροὶ καὶ 17
cæci: quid enim majus est, aurum, an templum sanctificans au-
τυφλοί· τίς γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυ-
rum? Et, Quicunque juraverit in altari, nihil est: quicunque 18
σόν; Καὶ, Ὃς ἐὰν ὀμόσῃ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐδέν ἐστιν· ὃς
autem juraverit in dono quod super illud, debet. Stulti & cæci:
δ' ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ δώρῳ τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, ὀφείλει. Μωροὶ καὶ τυφλοί· 19
quid enim majus, donum, an altare sanctificans donum?
τί γὰρ μεῖζον, τὸ δῶρον, ἢ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον;
Ergò juravit in altari, jurat in eo, & in omnibus quæ super
Ὁ οὖν ὀμόσας ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω 20
illud. Et juravit in templo, jurat in illo, & in habitante
αὐτοῦ. Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ ναῷ, ὀμνύει ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν τῷ κατοικοῦντι 21
illud. Et juravit in cœlo, jurat in throno Dei, & in
αὐτόν. Καὶ ὁ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν 22
sedente super eum.
τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* ܘܐܒܐ ܕܠܟ ܠܐ ܬܩܪܘ ܠܟܘܢ ܒܐܪܥܐ. ܐܝܟ ܓܝܪ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ. * ܘܠܐ ܬܬܩܪܘ ܠܟܘܢ ܡܪܒܝ. 9
10
ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܓܝܪ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܡܪܒܝ. ܕܥܒܕ. * ܘܐܢ ܡܢ ܕܐܝܬ ܒܟܘܢ ܪܒ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܫܡܫܐ. 11
* ܟܠ ܕܢܪܝܡ ܢܦܫܗ ܢܫܦܠ. ܘܟܠ ܕܢܫܦܠ ܢܦܫܗ ܢܬܪܝܡ. 12

* ܘ * ܘܝܐ ܠܟ ܣܦܪ̈ܐ ܘܦܪ̈ܝܫ̈ܐ ܟܕܒ̈ܐ. 13
* ܕܐܟܠ̈ܝܢ ܒ̈ܝܬ ܐܪ̈ܡܠܬܐ ܘܥܠܬܐ ܬܩܦ ܨܠ̈ܘܬܟܘܢ. ܥܠ ܗܕܐ ܢܣܒ̈ܘ ܕܝܢܐ ܝܬ̈ܪ. 14
* ܘ ܐܝܟ ܣܦܪ̈ܐ ܘܦܪ̈ܝܫ̈ܐ ܟܕܒ̈ܐ. ܕܣܓܪ̈ܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܩܕܡ ܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ. ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܥܠ̈ܝܢ ܘܠܐ ܡܫܒ̈ܩܝܢ ܠܡܥܠ. 15
* ܘ ܐܝܟ ܣܦܪ̈ܐ ܘܦܪ̈ܝܫ̈ܐ ܟܕܒ̈ܐ. ܕܡܛܝܬ ܝܡܐ ܘܝܒܫܬܐ ܕܚܕ ܓܝܪ ܡܗܦܟ ܐܝܬ ܠܟܘܢ. ܘܟܕ ܐܬܐ ܥܒܕܬܘܢ ܒܪ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܪܘܚܐ ܕܫܪܪ ܐܝܬ ܠܗ ܒ̈ܪ ܡܢ ܕܐܢܬܘܢ ܒ̈ܢ ܓܗ̈ܢܡ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܒ̈ܢ ܓܗ̈ܢܡ ܡ̈ܛܠ ܕܐܢܬܘܢ ܐ̈ܡܪ̈ܝܢ. 16
ܕܟܠ ܕܢܚܠܦ ܒܗܝܟܠܐ ܠܝܬ ܗܘ ܡܕܡ. ܐܠܐ ܕܢܚܠܦ ܒܕܗܒܐ ܕܒܗܝܟܠܐ ܚܝܒ ܗܘ. ܘܛܦܫ̈ܐ ܘܥ̈ܘܪ̈ܐ. ܡܢܘ ܓܝܪ ܐܝܬ ܪܒ ܐܢ ܕܗܒܐ ܐܘ ܗܝܟܠܐ ܕܡܩܕܫ ܠܕܗܒܐ. 17
ܘܕܢܚܠܦ ܒܡܕܒܚܐ ܠܝܬ ܗܘ ܡܕܡ. ܐܠܐ ܕܢܚܠܦ ܒܩܘܪܒܢܐ ܕܥܠܘܗܝ. ܛܦܫ̈ܐ ܘܥ̈ܘܪ̈ܐ. ܡܢܘ ܓܝܪ ܐܝܬ ܪܒ ܐܢ ܩܘܪܒܢܐ ܐܘ ܡܕܒܚܐ ܕܡܩܕܫ ܠܩܘܪܒܢܐ. 18
ܘܕܢܚܠܦ ܒܗܝ ܕܥܠ ܗܝ ܚܝܒ ܗܘ. ܐܠܐ ܕܢܚܠܦ ܒܗܝ ܕܥܠ ܗܝ ܘܒܟܠ ܡ̈ܕܡ ܕܥܠ ܗܝ. ܘܕܢܚܠܦ ܒܗܝܟܠܐ ܒܗ ܘܒܫܪܝܪܐ ܕܫܟܢ ܒܗ. 19
ܘܕܢܚܠܦ ܒܫܡܝܐ ܒܟܘܪܣܝ ܐܠܗܐ ܘܒܗ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ. ܛܦܫ̈ܐ ܘܥ̈ܘܪ̈ܐ. ܡܢܘ ܓܝܪ ܐܝܬ ܪܒ ܐܢ ܗܝܟܠܐ ܐܘ ܟܘܪܣܝ ܐܠܗܐ. 20
ܕܩܕܫ ܠܗܝ. ܘܟܠ ܕܢܚܠܦ ܒܗ ܘܒܟܠ ܡ̈ܕܡ ܕܥܠ ܗܝ ܚܝܒ ܗܘ. ܘܕܢܚܠܦ ܒܫܡܝܐ ܒܟܘܪܣܝ ܐܠܗܐ ܘܒܗ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ. 21
* ܘܐܒܐ ܕܠܟ ܠܐ ܬܩܪܘ ܠܟܘܢ ܒܐܪܥܐ. ܐܝܟ ܓܝܪ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܐܒܐ ܕܒܫܡܝܐ. * ܘܠܐ ܬܬܩܪܘ ܠܟܘܢ ܡܪܒܝ. 22
ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܓܝܪ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܡܪܒܝ. ܕܥܒܕ. * ܘܐܢ ܡܢ ܕܐܝܬ ܒܟܘܢ ܪܒ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܫܡܫܐ.
ܟܠ ܕܢܪܝܡ ܢܦܫܗ ܢܫܦܠ. ܘܟܠ ܕܢܫܦܠ ܢܦܫܗ ܢܬܪܝܡ.

Et patrem ne vocetis vobis in terra, unus enim est pater vester qui est in cœlis. Neque vocemini rectores, quoniam unus est rector vester, Christus. Qui autem maximus est inter vos, fiat vobis minister. Quicunque enim efferet seipsum, deprimetur; & qui seipsum deprefferit, efferetur.

Ad nocturnum primum noctis tertiæ passionis.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui devoratis domos viduarum, eâ occasione quòd producitis orationes vestras; propterea subituri estis judicium majus. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quippe qui claudatis regnum cœlorum coram hominibus. Vos enim non introitis, nec eos qui introeunt, finitis introire. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quippe qui perluſtretis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & quum factus est, facitis eum filium gehennæ duplo magis quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis; Quisquis jurat per templum, nihil est: quisquis autem jurat per aurum templi, reus est. Stulti & cæci, utrum enim majus est? aurum, an templum, quod consecrat ipsum aurum? Et, Quisquis jurat per altare, nihil est: quicunque verò jurat per oblationem quæ est super ipsum, reus est. Stolidi & obcæcati, utrum enim majus est? oblatio, an altare quod consecrat oblationem? Qui ergò jurat per altare, jurat per ipsum, ac per omnia quæ super eo sunt. Et qui jurat per templum, jurat per ipsum, & per eum qui habitat in eo. Quique jurat per cœlos, jurat per thronum Dei, & per eum qui sedet super ipsum.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* وكسي را بر زمين پدر نخوانيد * براء انك پدر شما يكيست * كه بر آسمانست * 9
10
* وكدخدا نخوانيد سبب انك كدخداي شما مسيح است * * انك در ميان شما 11
بزرگترست خدمت كار همه او باشد * براي انك هر كه خودرا خار كند * بلند 12
شود * وانج خودرا بلند بيند خوار شود * * واي بر شما نويسندكان ومعتزلان منافقان * بواسطهء 13
ان كه نماز خودرا دراز مي كشيد * كه مال وخانهء بيوه زنانرا بخوريد * براي اين افزون
داوري بپذيريد * * واي بر شما نويسندكان * معتزلان ومنافقان * كه ملكوت آسمانرا 14
برابر خلق دربستيد * شما در نمي رويد ونمي گذاريد كسي ديگر در رود * * واي 15
بر شما نويسندكان معتزلان منافقان * كه دريا وخشكي را مي جوييد * كه يكي را با خود
گشيد چون بشما پيوست * اورا دوزخي سازيد * از شما بيشتر * * واي بر شما اي پيش 16
روان كوران * كه مي گوييد هر كه بهيكل سوگند خورد چيزي نيست * الا انك
سوگند خورد بزري كه درهيكل است گناه است * * اي جاهلان نا بينايان كدامين 17

Nec quempiam in terra patrem vocetis: quoniam Pater vester unus est, qui est in cœlis. Neque gubernatorem vocetis, ea de causa quòd gubernator vester Christus est. Qui in medio vestrûm maximus est, minister omnium is sit. Etenim quicunque seipsum vili fecerit, excelsius erit: qui verò seipsum suspexerit, vilis erit. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, hac de causa quòd preces vestras in longum protrahitis, ut fasultates & domos viduarum comedatis: propter hoc adauctum judicium accipietis. Væ vobis Scribæ, Pharisæi, & hypocritæ, quia regnum cœlorum hominibus præcluditis: nec vos intratis, nec sinitis quenquam alium intrare. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia mare & aridam pervestigatis ut unum proselytum ad vos trahatis; & cum vobis adjungatur, eum dignum gehennæ efficitis vobismet magis. Væ vobis ô duces cæci, qui dicitis; Quicunque per templum juraverit, nihil est: sed qui juraverit per aurum, quod in templo est, peccati reus est. O stulti cæci, utrum

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

9 Et patrem nolite vocare vobis super terram : unus est enim pater vester, 10 qui in cœlis est. Nec vocemini magistri ; quia Magister vester unus est, 11 Christus. Qui major est vestrûm, erit minister vester. Qui autem se ex- 12 altaverit, humiliabitur : & qui se humiliaverit, exaltabitur. Væ autem vo- 13 bis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ : quia clauditis regnum cœlorum ante 14 homines : vos enim non intratis, nec introëuntes sinitis intrare. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ : quia comeditis domos viduarum, orati- 15 ones longas orantes : propter hoc amplius accipietis judicium. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ : quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum ; & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Væ vobis, duces cæci, qui dicitis ; Quicunque juraverit per tem- 16 plum, nihil est : qui autem juraverit in auro templi, debet. Stulti, & cæ- 17 ci : Quid enim majus est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum ? Et, Quicunque juraverit in altari, nihil est : quicunque autem juraverit in do- 18 no, quod est super illud, debet. Cæci : Quid enim majus est, donum, 19 an altare, quod sanctificat donum ? Qui ergò jurat in altari, jurat in eo, 20 & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunque juraverit in templo, ju- 21 rat in illo, & in eo qui habitat in ipso : Et qui jurat in cœlo, jurat in 22 throno Dei, & in eo qui sedet super eum.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

9 * وَلَا تَدْعُوا لَكُمْ اَبًا عَلَي اَلْاَرْضِ فَاِنَّ اَبَاكُمْ وَاحِدٌ هُوَ اَلَّذِي فِي اَلسَّمٰوَاتِ * وَلَا تَدْعُوا
10 لَكُمْ مُدَبِّرًا عَلَي اَلْاَرْضِ فَاِنَّ وَاحِدًا هُوَ مُدَبِّرُكُمُ اَلْمَسِيحُ * وَاَلْكَبِيرُ اَلَّذِي فِيكُمْ
11 فَلْيَكُنْ لَكُمْ خَادِمًا * وَمَنْ رَفَعَ نَفْسَهُ اَتَّضَعَ وَمَنْ وَضَعَ نَفْسَهُ اَرْتَفَعَ * اَلْوَيْلُ لَكُمْ
12 اَيُّهَا اَلْكَتَبَةُ وَالْفَرِيسِيُّونَ اَلْمُرَاؤُونَ لِاَكْلِكُمْ بُيُوتَ اَلْاَرَامِلِ بِعِلَّةِ تَطْوِيلِ صَلَوٰتِكُمْ *
13 وَمِنْ اَجْلِ هٰذَا تَاْخُذُونَ اَعْظَمَ دَيْنُونَةٍ * اَلْوَيْلُ لَكُمْ يَا كَتَبَةُ وَيَا فَرِيسِيُّونَ يَا مُرَائِيُّونَ
14 لِاَنَّكُمْ تَغْلِقُونَ مَلَكُوتَ اَلسَّمٰوَاتِ قُدَّامَ اَلنَّاسِ * فَلَا اَنْتُمْ تَدْخُلُونَ وَلَا تَتْرُكُونَ اَلْاٰتِيَيْنِ
15 يَدْخُلُونَ * اَلْوَيْلُ لَكُمْ اَيُّهَا اَلْكَتَبَةُ وَالْفَرِيسِيُّونَ اَلْمُرَاؤُونَ لِاَنَّكُمْ تَطُوفُونَ اَلْبَرَّ وَالْبَحْرَ
16 لِتُصْطَنِعُوا غَرِيبًا وَاحِدًا * فَاِذَا صَارَ صَيَّرْتُمُوهُ بِجَهَنَّمَ اَبْنًا مُضَاعَفًا اَلَيْكُمْ * اَلْوَيْلُ لَكُمْ يَا
17 قَائِدِي اَلْعُمْيَانِ اَلَّذِينَ يَقُولُونَ مَنْ حَلَفَ بِاَلْهَيْكَلِ فَلَيْسَ عَلَيْهِ شَيْءٌ وَمَنْ حَلَفَ بِذَهَبِ
18 اَلْهَيْكَلِ يُخْطِي * اَيُّهَا اَلْجُهَّالُ اَلْعُمْيُ اَيُّمَا اَعْظَمُ اَلذَّهَبُ اَمِ اَلْهَيْكَلُ اَلَّذِي يُقَدِّسُ اَلذَّهَبَ * وَمَنْ
19 حَلَفَ بِاَلْمَذْبَحِ فَلَيْسَ عَلَيْهِ شَيْءٌ وَمَنْ حَلَفَ بِاَلْقُرْبَانِ اَلَّذِي فَوْقَهُ فَهُوَ مُخْطِي * يَا جُهَّالُ وَعُمْيَانُ
20 اَيُّمَا اَعْظَمُ اَلْقُرْبَانُ اَوِ اَلْمَذْبَحُ اَلَّذِي يُقَدِّسُ اَلْقُرْبَانَ * فَمَنْ حَلَفَ بِاَلْمَذْبَحِ فَقَدْ حَلَفَ بِهِ وَبِكُلِّ مَا
21 فَوْقَهُ * وَمَنْ حَلَفَ بِاَلْهَيْكَلِ فَهُوَ يَحْلِفُ بِهِ وَبِاَلسَّاكِنِ فِيهِ * وَمَنْ حَلَفَ بِاَلسَّمَاءِ فَهُوَ يَحْلِفُ
22 بِكُرْسِيِّ اَللّٰهِ وَبِاَلْجَالِسِ عَلَيْهِ *

Neque vocetis vobis patrem super terram : quoniam pater vester, unus est 9
qui est in cœlis. Neque vocemini vobis 10
gubernatorem super terram : quoniam
unus est gubernator vester, Christus.
Et magnus qui est inter vos, sit vo- 11
bis minister. Nam qui exaltaverit se- 12
ipsum, humiliabitur ; & qui humi-
liaverit seipsum, exaltabitur. Væ 13
vobis, ô Scribæ & ô Pharisæi ô hy-
pocritæ ; quia comeditis domos vidu-
arum, prætextu protractionis oratio-
num vestrarum ; & propter hoc acci-
pietis summum judicium. Væ vobis, 14
ô Scribæ & Pharisæi hypocritæ ;
quia clauditis regnum cœlorum coram
hominibus, & vos non ingredimini,
neque permittitis venientibus, ut in-
grediantur. Væ vobis, ô Scribæ & 15
Pharisæi hypocritæ ; quia vos circum-
itis aridam & mare, u faciatis
proselytum unum : & cùm factus fu-
erit, redditis eum gehennæ filium
adjunctum vobis. Væ vobis duces 16
cæcorum, qui dicunt ; Quicunque ju-
raverit per templum, non est obnoxi-
us rei cujusquam : at quicunque ju-
raverit per aurum templi, peccat. O 17
stulti cæci, quid est majus ? aurum,
an templum quod sanctificat aurum ?
Et, Quicunque juraverit per altare, 18
non est obnoxius ullius rei : & qui-
cunque juraverit per oblationem quæ
est super ipsum, ille peccans est.
Stulti ac cæci, quid est majus ? ob- 19
latio an altare quod sanctificat obla-
tionem ? Et quicunque juraverit per 20
altare, juravit per ipsum & per
omne quod est super ipsum. Et qui- 21
cunque juraverit per templum, ipse
jurat per ipsum & per habitantem in
eo. Et quicunque juraverit per cœlum, 22
ipse jurat per thronum Dei, & per sede-
tem super eum.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

9 ወሊትረሲዩ : ለበ : በደቤ : መድር : እስመ : ለሐዱ: ውእቱ: ለቡኩሙ: ሰማያዊ=: ወሊት
10 ሰመዩ: መምህራን: እስመ : ለሐዱ : መምህርክሙ : ውእቱ : ክርስቶስ:=: ወበሕቱ : ዘይፅ
11 ህቀክሙ : ይኩንክሙ: ባለኪ:=: እስመ: ዘለዕበየ: ርለሱ: የኀስር: ወዘለትሐተ: ርለሱ: ይከብ
12 ር:: በለእንተ: ለቤሉሙ: ለጸሐፍት: ወለፈሪሳዊያን:=: ለቤለክሙ: ጸሐፍት : ወፈረ
13 ሳዊያን : መድልዋን :: እስመ : ትበልዑ : ለብየተ : መበለታት : ወታመክንዩ : ወታበዝኁ : ጸ
14 ሎተ : በለእንተ : ዝንቱ : ትረክቡ : ፍድፈደ : ኵነኔ::=: ለቤለክሙ : ጸሐፍት : ወፍረሳዊያ
ን : መድልዋን : እስመ : ተዐጽው : ውስተ : ገጹ : ለሰብእ : መንግሠተ : ሰማያት : ወለቢክ
15 ሙ : ሊትበውሉ : ወለእለሂ : ደበውሉ፡ : ትከልእለሙ : በዊላ::=: ለቤለክሙ : ጸሐፍት:
ወፈረሳዊያኒ : መድልዋን : እስመ : ተለውዱ : ባሕረ ፡ ወየብሰ : ከመ : ታጥምቁ : ለሐደ : ፌ
16 ሳሌ : ወተጠሚቆ : ትርሲይሙ : ካዕበተክሙ : ለገሀነም::=: ላቤለክሙ : ጸሐፍት : ወፌ
ረሳዊያን : ለመሕርተ : ዕውራን : እለ : ትብሉ : ዘመሐለ : በቤተ : መቅደስ : ደኅን : ውእ
17 ቱ : ወዘሰ : መሐለ : በወርቀ : ቤተ : መቅደሰ : ይበቍዕ:=: ለብደን : ወዕዉራን : ላይ : የዒ
18 ቢ ፡ ወርቅኑ : ወሚመ : ቤተ : መቅደስኑ : ዘይቄድሶ : ለወርቅ:=: ወዘመሐለ : በመለሀ
19 ዋዕት : ደኅን : ትብሉ : ወዘሰ : መሐለ : በጽኑሓሕ : ይገጊ : ትብሉ:=: ለብደን : ወዕው
ራን : ላይ : የዒቢ : ጽኑሓሕኑ : ወሚመ : መለዋዕ : ዘይቄድሶ : ለወእቱ : ጽኑሐ
20 ሕ:=: ዘኬ : መሐለ : ለመለዋዕ : መሐለ : ቦቱ : ወመሐለ : በኵሉ : ዘደቤ
21 ሁ:=: ወዘሂ : መሐለ : በቤተ : መቅደስ : መሐለ : ቦቱ : ወበዘ : ይነብር : ወስቱ
22 ቱ:=: ወዘሂ : መሐለ : ሰማየ : መሐለ : መንበር : ለእግዚአብሔር : ወበዘ : ይነብ
ር ፡ ደቤሁ::=:

Et ne constituatis patrem super terram : quia unus est pater vester cœlestis. 9
Et ne vocemini doctores : quia unus doctor vester est, Christus. Sed qui 10
summus erit è vobis, sit vobis minister. Quoniam qui magnificavit seipsum 11
despicietur, & qui sese humiliaverit, honorem sibi attrahet. 12

De denuntiando væ Scribis & Pharisæis.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ : quoniam exeditis domus viduarum, & 13
ar tificiis utimini, et multiplicatis orationem : propterea invenietis majus judi-
cium. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ : quia clauditis præfacicm 14
hominis regnum cœlorum : & vosipsi non introitis, & introëuntes etiam
prohibetis intrare illud. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ : quoniam 15
circumitis mare & aridam, ut baptizetis unum proselytum ; & quum fuerit
baptizatus, disponitis eum duplo magis quàm vos ad gehennam. Væ vobis 16
Scribæ & Pharisæi duces cæci, qui dicitis ; Qui juraverit per Domum
sanctam, liber est : sed qui juraverit per aurum Domûs sanctæ, proficit.
Stulti & cæci : utrum majus est, aurumne, vel Domus sancta quæ sanctificat 17
aurum ? Et, Qui juraverit per altare, liber est dicitus ; & qui juraverit 18
per holocaustum, reus est dicitis. Stulti & cæci : utrum majus est, holocau- 19
stum, vel altare quod sanctificat illud holocaustum ? Qui igitur juraverit per 20
altare, juravit per ipsum, & juravit per totum quod super ipsum est. Et 21
qui juravit per Domum sanctam, juravit per ipsam, & per eum qui habitat
in ea. Et qui juravit per cœlum, juravit per thronum Dei, & per eum 22
qui sedet super ipsum.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

18 نيزكترست * زر يا هيكل كه زررا مقدس دارد * وهر كه بمذبح سوكند خورد چيزي
19 نيست * الا هر كه بقربان كه بروست سوكند خورد كناه است * اي جاهلان كوران
20 كدامين بزركترست * قربان يا مذبح كه قربانرا پاك مي دارد * هر كه بمذبح سوكند
21 خورد بقربان بهر چه درو سوكند خورده باشد * وهر كه بهيكل سوكند خورد بهر
22 چه در هيكل وبالاي او سوكند خورده باشد * وبدانك درو ساكنست * وهر كه باسمان
سوكند بخورد بتخت † خدا سوكند خورده باشد * وبدانك بالاء او ساكن است *

majus est, aurum, an templum
quod aurum sanctificat ? Et 18
quicunque per altare juraverit,
nihil est : sed si quis per oblati-
onem quæ super illud est jura-
verit, peccatum est. O stulti 19
cæci, utrum majus est, oblatio
an altare quod oblationem purifi-
cat ? Quicunque per altare jura- 20
verit, per oblationem & per omnia
quæ super illud sunt juravit. Et 21
quicunque per templum juraverit,
per omne quod est in templo & su-
per illud juravit, et per eum qui
in ipso habitat. Et quicunque per 22
cœlum juraverit, per solium Dei ju-
ravit, et per eum qui super illud
sedet.

Digitized by Google

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia decimatis mentham,
23 Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι ἀποδεκατεῖτε τὸ ἡδύοσμον,
& anethum, & cyminum, & reliquiſtis graviora Legis, judicium,
καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον· καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν,
& miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.
καὶ τὸ ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν. ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.
Duces cæci, excolantes culicem, & camelum glutientes.
24 Ὁδηγοὶ τυφλοί, οἱ διυλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες.
Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia mundatis quod deforis
25 Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν
poculi & patinæ, intùs autem plena ſunt ex rapina & intemperantia.
τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ παροψίδος, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας.
Phariſæe cæce, munda priùs quod intus poculi, & patinæ,
26 Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου, καὶ τοῦ παροψίδος,
ut fiat & quod deforis ipſorum mundum. Væ vobis Scribæ & Pha-
27 ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φα-
riſæi hypocritæ: quia adſimilamini ſepulchris dealbatis, quæ aforis
ρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις, οἵτινες ἔξωθεν
quidem apparent ſpeciosa: intùs verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni
μὲν φαίνονται ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης
immunditiâ. Sic & vos aforis quidem paretis hominibus juſti:
28 ἀκαθαρσίας· Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι,
intùs autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Væ vobis Scribæ
ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας. Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς
& Phariſæi hypocritæ: quia ædificatis ſepulchra Prophetarum
καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν,
& ornatis monumenta juſtorum: Et dicitis; Si fuiſſemus in
καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων· Καὶ λέγετε, Εἰ ἤμεθα ἐν
diebus patrum noſtrorum, non eſſemus communicantes eorum in
ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν
ſanguine Prophetarum. Itaque teſtamini vobiſmetipſis, quia filii eſtis
τῷ αἵματι τῶν προφητῶν. Ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοί ἐστε
occidentium Prophetas. Et vos implete menſuram
τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας. Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον
patrum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodò fugietis à
τῶν πατέρων ὑμῶν. Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, πῶς φύγητε ἀπὸ
judicio gehennæ? Propter hoc ecce ego mitto ad vos Prophetas,
τῆς κρίσεως τῆς γεέννης; Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας,
& ſapientes, & Scribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, &
καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς· καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε, καὶ
ex illis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de civitate
ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως
in civitatem.
εἰς πόλιν.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, 23
quippe qui decimetis mentham, & anethum,
atque cuminum; & omiſeratis graviora Le-
gis, judicium, & miſericordiam, atque fi-
dem: hæc autem oportebat ut faceretis, &
illa non omitteretis. Duces cæci: qui ex- 24
colatis culices, & deglutitis camelos. Væ 25
vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quippe
qui emundetis exteriorem partem calicis &
ſcutellæ, intùs autem plena ſunt rapinâ & in-
iquitate. Phariſæi obcæcati, emundate pri- 26
mùm interius calicis & ſcutellæ, ut fiat et-
iam exterius illorum mundum. Væ vobis 27
Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ſimiles
eſtis ſepulchris calce obductis, quæ extra
quidem videntur pulcherrima, intus verò
plena ſunt oſſibus mortuorum, omnique im-
munditiâ. Sic & vos extra quidem videmi- 28
ni hominibus tanquam juſti, intùs autem ple-
ni eſtis iniquitate, & hypocriſi.

Officio ſecundo noctis tertiæ Paſſionis, dominique Stephani. 61.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui 29
extruitis ſepulchra Prophetarum, & concin-
natis monumenta juſtorum, Et dicitis; Si 30
fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum,
nequaquam fuiſſemus eis ſocii in ſangui-
ne Prophetarum. Itaque teſtimonium 31
perhibetis contra voſmetipſos, filios vos
eſſe eorum qui interfecerunt Prophetas.
Vos quoque complete menſuram patrum 32
veſtrorum. Serpentes, progenies vipera- 33
rum, quomodo effugietis à judicio gehennæ?
Propterea ecce ego mitto ad vos prophetas, 34
& ſapientes, & ſcribas; & ex iis interfectu-
ri eſtis, & in crucem acturi, & ex iis flagel-
lis cæſuri eſtis in ſynagogis veſtris, & perſe-
quemini eos à civitate in civitatem.

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Va vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mentham, & ane- 23
thum, & cuminum decimatis; & gravia Legis omiſiſtis, judicium,
& æquitatem, & fidem, & miſericordiam: hæc oportet vos
facere, non autem illa. O duces cæci qui culices excolatis, 24
camelos autem deglutitis. Va 25
vobis Scribæ & Phariſæi hypo-
critæ, quia exterius calicis aut
paropſidis mundatis; interius au-
tem ejus plenum eſt ſordibus &
obſcuritate. Phariſæi cæci, pri- 26
mùm interius calicis aut paro-
pſidis mundum ſervate, ecce ex-
terius eorum etiam mundum eſt.
Va vobis Scribæ & Phariſæi 27
hypocritæ, quia ſepulchris calce
obductis ſimiles eſtis, quæ foris
pulchra apparent, intus verò ple-
na ſunt fœtore, & vermibus et
oſſibus putridis. Vos etiam 28
externè coram hominibus juſtis
aſſimilamini, intus verò pleni
eſtis iniquitate et hypocriſi. Va 29
vobis Scribæ & Phariſæi hypo-
critæ, quia ſepulchra prophetа-
rum ædificatis, et ſepulchreta
juſtorum adornatis. Et dicitis, 30
Si in diebus patrum noſtrorum
fuiſſemus, in ſanguine Prophetа-
rum cum eis ſocii non fuiſſemus.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

23 Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypocritæ: qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium, & 24 miſericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces 25 cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis: in- 26 tùs autem pleni eſtis rapinâ & immunditiâ. Phariſæe cæce, munda priùs quod intùs eſt calicis & paropſidis, ut fiat id, quod deforis eſt, mundum. 27 Væ vobis, Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ aforis parent hominibus ſpecioſa, intùs verò plena ſunt oſſibus 28 mortuorum, & omni ſpurcitiâ. Sic & vos aforis quidem paretis hominibus juſti: intùs autem pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate. Væ vobis, Scribæ & 29 Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta juſtorum, Et dicitis; Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non 30 eſſemus ſocii eorum in ſanguine prophetarum. Itaque teſtimonio eſtis vobiſ- 31 metipſis, quia filii eſtis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete 32 menſuram patrum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodò fu- 33 gietis à judicio gehennæ? Ideò ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſa- 34 pientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de civitate in civitatem.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* اَلْفَصْلُ اَلسَّابِعُ وَالسَّبْعُونَ *

Sectio ſeptuageſima ſeptima.

23 * اَلْوَيْلُ لَكُمْ اَيُّهَا اَلْكَتَبَةُ وَالْفَرِيسِيُّونَ اَلْمُرَاؤُونَ لِاَنَّكُمْ تُعَشِّرُونَ اَلنَّعْنَاعَ وَالسِّبَتَ وَالْكَمُّونَ
وَتَتْرُكُونَ ثِقَلَ اَلنَّامُوسِ اَلْحُكْمَ وَالرَّحْمَةَ وَالْاِيمَانَ * وَكَانَ يَنْبَغِي اَنْ تَعْمَلُوا هٰذِهِ وَلَا تُرْفِضُوا
24 تِلْكَ * يَا هُدَاةَ اَلْعُمْيَانِ اَلَّذِينَ يُنَقُّونَ اَلْبَعُوضَةَ وَيَبْتَلِعُونَ اَلْجَمَلَ * اَلْوَيْلُ لَكُمْ اَيُّهَا اَلْكَتَبَةُ
25 وَالْفَرِيسِيُّونَ اَلْمُرَاؤُونَ لِاَنَّكُمْ تُنَقُّونَ خَارِجَ اَلْكَاسِ وَالْقَصْرِيَّةِ وَدَاخِلُهُمَا مَمْلُوءَيْنِ اِخْتِطَافًا
وَظُلْمًا * اَيُّهَا اَلْفَرِيسِيُّ اَلْاَعْمَى نَقِّ اَوَّلًا دَاخِلَ اَلْكَاسِ وَالْقَصْرِيَّةِ لِكَيْمَا يَتَطَهَّرَا خَارِجًا مَعًا *
26 * اَلْوَيْلُ لَكُمْ اَيُّهَا اَلْكَتَبَةُ وَالْفَرِيسِيُّونَ اَلْمُرَاؤُونَ لِاَنَّكُمْ تُشْبِهُونَ اَلْقُبُورَ اَلْمُكَلَّسَةَ * اَلَّتِي تُرَى مِنْ
27 خَارِجُهَا حَسَنَةً وَمِنْ دَاخِلُهَا مَمْلُوءَةٌ عِظَامَ اَلْاَمْوَاتِ وَكُلَّ نَجَسٍ * وَكَذٰلِكَ اَنْتُمْ اَيْضًا تَرَوْنَ اَلنَّاسَ
28 ظَاهِرِكُمْ مِثْلَ اَلصِّدِّيقِينَ وَمِنْ دَاخِلٍ مُمْتَلِئُونَ اِثْمًا وَرِيَا * اَلْوَيْلُ لَكُمْ اَيُّهَا اَلْكَتَبَةُ وَالْفَرِيسِيُّونَ
29 اَلْمُرَاؤُونَ لِاَنَّكُمْ تَبْنُونَ قُبُورَ اَلْاَنْبِيَاءِ وَتُزَيِّنُونَ مَدَافِنَ اَلصِّدِّيقِينَ * وَتَقُولُونَ لَوْ كُنَّا فِي اَيَّامِ
30 اٰبَائِنَا لَمْ نَكُنْ نَشْرَكُهُمْ فِي دَمِ اَلْاَنْبِيَاءِ * فَاِنَّكُمْ تَشْهَدُونَ مِنْ نُفُوسِكُمْ اَنَّكُمْ بَنُو قَتَلَةِ اَلْاَنْبِيَاءِ *
31 * وَاَنْتُمْ تَمْلَؤُونَ مَكَايِيلَ اٰبَائِكُمْ * اَيُّهَا اَلْحَيَّاتُ اَوْلَادَ اَلْاَفَاعِي كَيْفَ تَهْرُبُونَ مِنْ دَيْنُونَةِ
32 جَهَنَّمَ * مِنْ اَجْلِ هٰذَا هَاَنَذَا اُرْسِلُ اِلَيْكُمْ اَنْبِيَاءَ وَحُكَمَاءَ وَكَتَبَةً * فَتَقْتُلُونَ مِنْهُمْ
وَتَصْلِبُونَ مِنْهُمْ * وَتَجْلِدُونَ مِنْهُمْ فِي مَجَامِعِكُمْ * وَتَطْرُدُونَهُمْ مِنْ مَدِينَةٍ اِلَى مَدِينَةٍ *

41 παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται. Δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι· μία
assumitur, & una relinquitur. Vigilate ergò: quia nescitis quâ
42 παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται. Γρηγορεῖτε οὖν· ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ
horâ Dominus vester venit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pa-
43 ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται. Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ἤδει ὁ οἰ-
terfamilias quâ custodiâ fur venit, vigilaret utique, & non fi-
κοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴ-
neret perfodi domum suam. Propter hoc & vos estote parati, quia
44 ασε διορυχθῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι
quâ horâ non putatis, Filius hominis venturus est. Quis, putas, est fidelis ser-
45 ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦ-
vus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ad dan-
λος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ, τοῦ δι-
dum illis cibum in tempore; Beatus servus ille, quem veniens
46 δόναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ; Μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν
dominus ejus, invenerit facientem sic. Amen dico vobis, Quoniam super
47 ὁ κύριος αὐτοῦ, εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ
omnibus substantiis suis constituet eum. Si autem dixerit malus
πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν. Ἐὰν δὲ εἴπῃ ὁ κακὸς 48
servus ille in corde suo; Tardat dominus meus venire: Et cœ-
δοῦλος ἐκεῖνος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, Χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν· Καὶ ἄρ- 49
perit percutere conservos, edere autem & bibere cum ebriosis: Veniet
ξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν μετὰ τῶν μεθυόντων· Ἥξει 50
dominus servi illius in die qui non expectat, & in hora quâ non scit:
ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει·
Et dividet eum, & partem ejus cum hypocritis ponet: illic
Καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ 51
erit fletus, & stridor dentium.
ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'. ΝΘ'.

CAP. XXV.

Tunc similabitur regnum cœlorum decem virginibus: quæ ac-
Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις· αἵτινες λα- 1
cipientes lampades suas, exierunt in occursum Sponsi. Quinque autem
βοῦσαι τὰς λαμπάδας αὐτῶν, ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου. Πέντε δὲ 2
erant ex eis prudentes, & quinque fatuæ. Quæ fatuæ sumentes lam-
ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μωραί. Αἵτινες μωραὶ λαβοῦσαι τὰς λαμ- 3
padas suas, non sumpserunt secum oleum:
πάδας ἑαυτῶν, οὐκ ἔλαβον μεθ' ἑαυτῶν ἔλαιον·

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

39 ... * ... Neque cognoverunt donec venisset diluvium, & abstulisset omnes: sic futurus est ad- 39
40 ... * ... ventus filii hominis. Tunc duo erunt in vil- 40
41 ... la, unus assumetur, & alter relinquetur. Et 41
42 ... duæ erunt molentes in pistrino, una assume- 42
43 ... tur, & altera relinquetur. Vigilate ergò, 43
44 ... quia nescitis quâ horâ venturus est dominus vester. Hoc autem scitote, si sciret domi- 44
nus domûs quânam vigiliâ fur venturus sit, vigilaret, nec sineret perfodi domum suam. Propterea & vos estote parati: nam quâ horâ non putatis, venturus est filius ho-
minis.

Oblatio dominicæ Sacerdotum. 64.

45 ... * ... Quis igitur est servus fidelis & sapiens, 45
46 ... quem constituit dominus suus super filios 46
47 ... domûs suæ, ut det eis cibum in tempore 47
48 ... suo? Felix ille servus, quem quum veniet 48
49 ... dominus ejus, invenerit ita facientem. A- 49
50 ... men dico vobis, Constituet eum super omnia 50
51 ... quæ habet. Sin autem dixerit servus ille 51
nequam in corde suo, Dominus meus tardat adventum: Cœperitque percutere con-
servos suos, & fuerit edens ac potans cum ebriosis: Veniet dominus servi illius, quo die non putat, & quâ horâ non novit. Et dissecabit eum, ponetque partem ejus cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium.

Nocturno tertio noctis secundæ Passionis. Et pro mulieribus sanctis. 65.

CAP. XXV.

1 ... * ... Tunc assimilabitur regnum cœlorum de- 1
2 ... cem virginibus illis, quæ sumpserunt lam- 2
3 ... pades suas, & exierunt in occursum Sponsi & Sponsæ. Quinque autem ex eis sapientes 3
erant, & quinque fatuæ. Et hæ fatuæ sumpserant quidem lampades suas, sed non assumpserant secum oleum.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

39 * وطوفان بيامد وهمه راخفه كرد وببرد * اين چنين شود آمدن فرزند ادمي * اكر 39
40 دو كس درده باشند يكي سنده شود * ويكي بماند * ودو زن باشند كه در 40
41 اسياب ارد خرد كنند يكي بماند * ويكي سنده شود * * اكنون بيدار باشيد 41
42 براي انك نمي دانيد كه كدامين ساعت خداوند شما بيايد * * اين نيز بدانيد 42
43 اكر خداوند خانه مي دانست در كدامين بخش ازشب دزد بيايد * بيدار مي بود 43
ونمي كداشت كه خانه او بتاراج رود * براي اين نيز شما معد واستوار باشيد * 44
كه دران ساعت كه نمي انديشيد فرزند ادمي بيايد

CXVII. Parabola servi fidelis & prudentis.

بنده امين ودانا * كدامين است بنده امين ودانا * كه خداوند اورا 45
برخانه خود كماشته كرد * كه بهنكام در بايست ايشان بدهد * * خنك آن بنده كه 46
خداوند او بيايد * اورا بيابد كه اين چنين كرده باشد * * راست بشما بكويم * كه اورا 47
برهرچه دارد بكمارد * واكر اين بنده در نفس خود بكويد * كه خداوند من در آمدن 48
دير خواهد كشيد * * اغاز كند وخواجه طاشان خود را بزند وبرنجاند * وبا مستان بخورد وبياشامد * 49

Et diluvium venit, & omnes suffo- 39
cavit & sustulit: ad eundem mo- 40
dum erit adventus Filii hominis. Si 41
duo homines in agro fuerint, unus accipietur & alter manebit. Et duæ 42
mulieres fucrint, quæ in mola fari-
nam molant, una manebit & alte-
ra accipietur. Vigiles ergò estote, eò 43
quòd nescitis quânam horâ Dominus vester veniet. Hoc etiam scitote, si 44
dominus domûs sciret quâ parte noctis fur venturus esset, vigilaret, & non sineret ut domus sua in prædam cederet. Propterea vos quoque parati & confirmati estote: quia in ea hora quâ non putatis, Filius hominis veniet.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

39 Et non cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit & adventus
40 Filii hominis. Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, & unus relinquetur.
41 Duæ molentes in mola: una assumetur, & una relinquetur. Vigilate ergò, quia
42 nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si
43 sciret pater familiâs quâ horâ fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret
44 perfodi domum suam. Ideò & vos estote parati: quia quâ nescitis horâ Filius ho-
45 minis venturus est. Quis, putas, est fidelis servus, & prudens, quem constituit
46 dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille
47 servus, quem cùm venerit dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vo-
48 vis; Quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus ser-
vus ille in corde suo; Moram facit dominus meus venire: Et cœperit percutere 49
conservos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: Veniet dominus servi il- 50
lius in die quâ non sperat, & horâ quâ ignorat: Et dividet eum, partémque 51
ejus ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & stridor dentium.

CAP. XXV.

Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampa- 1
des suas, exierunt obviàm sponso & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, 2
& quinque prudentes: Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpse- 3
runt oleum secum:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

39 * ولَمْ يَعْلَمُوا حَتّى جَاءَ الطُّوفَانُ وَعَرَفَ جَمِيعَهُمْ كَذَلِكَ يَكُونُ فِي مَجِيءِ ابْنِ الإِنْسَانِ * حِينَئِذٍ
40 يَكُونُ اثْنَانِ فِي الْحَقْلِ يُوخَذُ الْوَاحِدُ وَيُتْرَكُ الآخَرُ * وَاثْنَتَانِ تَطْحَنَانِ عَلَى رَحًى يُوخَذُ
41 الْوَاحِدَةُ وَتُتْرَكُ الأُخْرَى * فَاسْهَرُوا فَإِنَّكُمْ لا تَعْلَمُونَ فِي أَيَّةِ سَاعَةٍ يَأْتِي رَبُّكُمْ * وَهَذَا اعْلَمُوا
42 أَنَّهُ لَوْ عَلِمَ رَبُّ الْبَيْتِ فِي أَيَّةِ سَاعَةٍ يَأْتِي السَّارِقُ لَسَهِرَ وَلَمْ يَدَعْ بَيْتَهُ يُوخَذُ * كَذَلِكَ
43 أَيْضًا كُونُوا مُسْتَعِدِّينَ فَإِنَّ ابْنَ الإِنْسَانِ يَأْتِي فِي سَاعَةٍ لا تَعْرِفُونَهَا * * الْفَصْلُ الْعَشْرُونَ *
44 * مَنْ تُرَى هُوَ الْعَبْدُ الأَمِينُ الْحَكِيمُ الَّذِي يُقِيمُهُ سَيِّدُهُ عَلَى عَبِيدِهِ لِيُعْطِيَهُمْ طَعَامَهُمْ فِي
45 حِينِهِ * طُوبَى لِذَلِكَ الْعَبْدِ الَّذِي يَأْتِي سَيِّدُهُ فَيَجِدُهُ يَعْمَلُ هَكَذَا * آمِينَ أَقُولُ لَكُمْ أَنَّهُ
46 يُقِيمُهُ عَلَى جَمِيعِ مَالِهِ * فَإِنْ قَالَ ذَلِكَ الْعَبْدُ السُّوءُ فِي قَلْبِهِ أَنَّ سَيِّدِي يُبْطِئُ * فَيَبْدَأُ بِضَرْبِ
47 أَصْحَابِهِ الْعَبِيدِ وَيَأْكُلُ وَيَشْرَبُ مَعَ السِّكِّيرِينَ * فَيَأْتِي سَيِّدُ ذَلِكَ الْعَبْدِ فِي يَوْمٍ لا يَنْتَظِرُهُ وَسَاعَةٍ
48 لا يَعْرِفُهَا * فَيَقْسِمُهُ مِنْ وَسَطِهِ وَيَجْعَلُ نَصِيبَهُ مَعَ الْمُرَائِينَ هُنَيْكَ الْبُكَاءُ وَصَرِيرُ الأَسْنَانِ *
* الْفَصْلُ الْحَادِي وَالْعِشْرُونَ *
1 * حِينَئِذٍ تَشْبَهُ مَلَكُوتُ السَّمَوَاتِ عَشْرَ الْعَذَارَى اللَّوَاتِي أَخَذْنَ مَصَابِيحَهُنَّ وَخَرَجْنَ لِلِقَاءِ
2 الْعَرُوسِ * خَمْسٌ مِنْهُنَّ كُنَّ جَاهِلاتٍ وَخَمْسٌ حَكِيمَاتٍ * أَمَّا الْجَاهِلاتُ فَأَخَذْنَ مَصَابِيحَهُنَّ
3 وَلَمْ يَأْخُذْنَ مَعَهُنَّ زَيْتًا *

Neque cognoverunt donec veniſſet diluvium, & ſubmerſiſſet omnes: ita erit in adventu filii hominis. Tunc erunt duo in agro: aſſumetur unus, & relinquetur alter. Et duæ molent ad molam eandem: aſſumetur una & relinquetur altera: Vigilate ergò, quia non ſcitis quâ horâ veniet Dominus veſter. Hoc autem ſcitote, quòd ſi ſciret paterfamiliâs quâ horâ venturus eſt fur, vigilaret, & non ſineret domum ſuam rapi. Sic vos eſtote etiam parati: quia filius hominis veniet horâ, quam ignoratis. 39 40 41 42 43 44

Sectio octuageſima.

Quis fortaſſis eſt ſervus fidelis prudens, quem conſtituit dominus ejus ſuper ſervos ſuos, ut det illis cibum eorum in tempore ſuo? Beatus ille ſervus, quem veniens dominus ejus inveniet facientem ſic. Amen dico vobis, Quia conſtituet eum ſuper omnia bona ſua. Verùm ſi dixerit ille ſervus malus in corde ſuo, Dominus meus morabitur: Cœperitque percutere ſodales ſuos conſervos, & manducare ac bibere cum ebriosis: Veniet dominus illius ſervi in die quâ non putat, & horâ quam ignorat: Et ſecabit eum medium, & aſſignabit ſortem ejus cum hypocritis, ubi erit fletus & ſtridor dentium. 45 46 47 48 49 50 51

Sectio octuageſima prima.

CAP. XXV.

Tunc ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ acceperunt lampades ſuas, & exierunt in occurſum ſponſo. Quinque ex eis erant inſipientes, & quinque prudentes. Et verò inſipientes acceperunt lampades ſuas, & non acceperunt ſecum oleum: 1 2 3

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

39 ወኢያእመሩ : እስከ : ሶበ : መጽአ : ማየ : አይሖ : ወአጥፍአ : ኵሎ : ከማሁኬ : ይከውን :
40 መጽአቱ : ለወልደ : እጓለ : እመሕያው ::=: እሜሃ : ክልኤቱ : ይሄልው : ውስተ : ገረ
41 ሃት : አሐደ : ይነሥኡ : ወካልዕ : ይኅድጉ ::=: ወክልኤቲ : ይሐርጻ : በአሐዱ : ማኅረጽ :
42 አሐተ : ይነሥኡ : ወካልእታ : ይኅድጉ ::=: ወክልኤ : ይሰክቡ : ውስተ : አሐዱ : ዓራት : አ
43 ሐደ : ይነሥኡ : ወአሐደ : ዮኅድጉ ::=: ትግሁ : እንከ : እስመ : ኢትእመሩ : ዕለ
44 ት : ዐጊዜሁ : አመ : ይመጽእ : እግዚእክሙ ::=: ወዘንተ : ባሕቱ : ለእመሩ : ሶበ :
ያለመርሁ : በዕለ : ቤት : ጊዜ : ይመጽእ : ሰራቂ : እመታግሀ : ወእመ : ኢኀደገ : ይክር :
45 ቤቱ ::=: ወበእንተዝ : ለንትውሂ : ድልዋነክሙ : ሀልዉ : እስመ : በጊዜ : ኢትእመሩ :
ሰዐት : ይመጽእ : ወልደ : እጓለ : እመ : ሕያው ::=:
በኀምስ : ሰንበተ ::=:
46 ሎኑ : እንጋ : ውእቱ : ገብር : ጣእመን : ወጠቢብ : ዘይሠይሞ : እግዚሉ : ውስተ : ቤቱ : ከሙ :
47 የሀቦሙ : ሲስዮሙ : በጊዜሁ ::=: ብፁዕ : ውእቱ : ገብር : ዘመጺሉ : እግዚሉ : ይረክቦ :
48 እንዘ : ዘንተ : ይገብር ::=: ለጌኑ : እብለክሙ : ከመ : ደቦ : ኵሉ : ንዋዩ : ይሠይሞ :
49 እግዚሉ ::=: ወእመሰ : ይቤ : ውእቱ : ገብር : እኩይ : በልቡ : ይጐነደ : ለቲወ : እግ
50 ዚአየ ::=: ወይዘብጥ : ቢጾ : ደቀ : ወለዋለደ : ወለእግብርተ : እግዚሉ : ወይበልዕ : ወይ
51 ሰቲ : ሖሰለ : ሰካርያኒ ::=: ወይመጽእ : እግዚሉ : ለውእቱ : ገብር : በጊዜ : ሊያእመረ :
52 ወዕለተ : ሊተሐዝበ ::=: ወይኌንኖ : ወደገብአ : ምክፈልቶ : ወይሞትሮ : ወይሠይሞ : መ
ስለ : መድልዋን : ውስተ : በካይ : ወሐቂየ : ሰንን ::=:
በእንተ : ዓለሠረ : ደናግል ::=:
1 እሜሃ : ይእተ : እሚረ : ትመስል : መንግሠተ : ሰማያት : ዓለሠሩ : ደናግል : እለ : ነሥላ : መ
2 ኃትዊሆን : ወወፅላ : ወሖሩ : ይትቀበላሁ : ለመርዓዊ ::=: ወኀምስሰ : እመኔሆን : እብደት : እማንቱ :
3 ወኀምሰ : ጠበበት ::=: ወእብደትሰ : ነሢእን : መኃትዊሆን : ሊነሥኡ : ቅብእ : መስልሆን ::=:

Et non cognoſcebant uſque dum veniſſet aqua diluvii, & deleviſſet omnes: ſic igitur erit adventus filii hominis. Tunc duo erunt in agro; unum accipient, & alterum relinquent. Et duæ molent in uno piſtrino; unam accipient, & alteram relinquent. Duo decumbent in uno lecto; unum accipient, & alterum relinquent. Vigilate igitur, quia neſcitis diem & tempus quando veniet dominus veſter. Et hoc tantùm ſcitote, ſi ſciret dominus domûs tempus adventuri furis, tunc vigilaret; & non ſineret perfodi domum ejus. Et propterea vos parantes vos eſtote, quia in tempore cujus *horam neſcitis veniet Filius hominis.* 39 40 41 42 43 44 45

Sabbato quinto.

Quis igitur eſt ſervus fidelis, & prudens, quem poſuit dominus ejus in domo ejus, ut daret iis alimentum in tempore? Beatus eſt ſervus quem quum venerit Dominus ejus invenerit eum hoc facientem. Amen dico vobis, quòd ſuper omnes ſuas facultates ponet eum dominus ejus. Et ſi dixerit iſte ſervus malus in corde ſuo, Moram facit venire dominus meus: Et verberaverit ſocios ejus, filios & filias & ſervos domini ejus; & ederit & biberit cum ebriis: Et veniet Dominus illius ſervi in tempore quod non cognovit, & die non cogitatâ, Et condemnabit eum, & tradet portionem ſuam: & ſcindet eum, & collocabit eum cum hypocritis in fletu, & ſtridore dentium. 46 47 48 49 50 51 52

CAP. XXV.

De decem virginibus.

Tunc iſtâ horâ ſimile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ acceperunt lampades ſuas; & exierunt, & abierunt in occurſum ſponſi. Et quinque ex iſtis fatuæ erant, & quinque prudentes. Et fatuæ accipientes lampades ſuas, non ceperunt oleum ſecum. 1 2 3

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

50 * خداوند ان بنده بيايد† بروزي كه نه انديشيده باشد * ودر ساعتي كه نداسته
51 بود * * اورا از خود جدا كند * وبهره او با منافقان بسازد * * آنجا باشد گريستني
ودندانها برهم ساويدني

Dominus illius ſervi veniet in die quâ non putavit, & in hora quâ neſcivit. Et eum à ſe ſeparabit, ac partem ei aſſignabit cum hypocritis: illic erit fletus & dentium colliſio. 50 51

CXVIII. Parabola decem virginum.

صد هجده مثل ده دختر بكر

CAP. XXV.

Tunc regnum cœlorum ſimile fiet decem puellis virginibus, quæ lampades ſuas ſumpſerunt & in occurſum ſponſi & ſponſæ exierunt. Quinque ex illis ſapientes & prudentes erant, & quinque reliquæ fatuæ & inſipientes erant. Illæ fatuæ lampades ſecum acceperunt, & oleum ſecum non tulerunt. 1 2 3

Digitized by Google

ΕΤΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΝΘ'. Ξ'.

Verùm prudentes acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus
4 Αἱ δὲ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν μετὰ τῶν λαμπάδων
suis. Tardante autem sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt.
5 αὐτῶν. Χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ ἐκάθευδον.
Mediâ autem nocte, clamor factus est; Ecce sponsus venit: exite
6 Μέσης δὲ νυκτὸς, κραυγὴ γέγονεν, Ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται· † ἐξέρχεσθε
in occursum ejus. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & orna-
7 εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. Τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ ἐκόσ-
verunt lampades suas. At fatuæ sapientibus dixerunt; Date
8 μησαν τὰς λαμπάδας (α) αὐτῶν. Αἱ δὲ μωραὶ ταῖς φρονίμοις εἶπον, Δότε
nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Respon-
9 (β) ἡμῖν ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν, ὅτι αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται. Ἀπεκρί-
derunt autem prudentes, dicentes; Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis: i-
θησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι, Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν, καὶ ὑμῖν· (γ) πο-
te autem potiùs ad vendentes, & emite vobis ipsis. Abeun-
10 ρεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας, καὶ ἀγοράσατε ἑαυταῖς. Ἀπερχο-
tibus autem illis mercari, venit sponsus, & expeditæ intraverunt cum
μένων δὲ αὐτῶν ἀγοράσαι, ἦλθεν ὁ νυμφίος, καὶ (δ) αἱ ἕτοιμοι εἰσῆλθον μετ'
eo ad nuptias, & clausa est janua. Posteriùs verò veniunt & reliquæ
11 αὐτοῦ εἰς τοὺς γάμους, καὶ ἐκλείσθη ἡ θύρα. Ὕστερον δὲ ἔρχονται καὶ αἱ λοιπαὶ
virgines, dicentes; Domine, Domine, aperi nobis. Ille verò respondens, ait;
12 παρθένοι, λέγουσαι, Κύριε, Κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπεν,
Amen dico vobis, Non novi vos. Vigilate itaque: quia nescitis
13 Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε
Ξ' diem neque horam, in qua Filius hominis venit. Sic- 14
σξθ τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν (ε) ὥραν, ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Ὡσ-
β ut enim homo peregrè proficiscens, vocavit proprios servos, & tradidit
σο illis substantias suas: Et huic quidem dedit quinque talenta, illi
5 αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα (ζ) αὐτοῦ· Καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ 15
autem duo, illi verò unum: unicuique secundùm propriam facultatem: & peregrè pro-
δὲ δύο, ᾧ δὲ ἕν· ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν· καὶ ἀπεδή-
fectus est statim. Profectus autem quinque talenta accipiens, opera-
μησεν εὐθέως. Πορευθεὶς δὲ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, ἠργά- 16
tus est in eis, & fecit alia quinque talenta. Similiter
σατο ἐν αὐτοῖς, (η) καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα. (θ) Ὡσαύτως 17
& qui duo, lucratus est & ipse alia duo. Verùm unum accipiens
καὶ ὁ τὰ δύο, ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο. Ὁ δὲ τὸ (ι) ἓν λαβὼν, 18
abiens fodit in terra, & abscondit pecuniam domini sui. Post
ἀπελθὼν ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ, καὶ (κ) ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Μετὰ 19
verò tempus multum venit dominus servorum illorum, & confert cum eis
δὲ χρόνον πολὺν ἔρχεται ὁ κύριος τῶν δούλων ἐκείνων, καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν
rationem. Et accedens quinque talenta accipiens, attulit
λόγον. (λ) Καὶ προσελθὼν ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν, προσήνεγκε 20
alia quinque talenta, dicens; Domine, quinque talenta mihi tradidisti: ecce
ἄλλα πέντε τάλαντα, λέγων, Κύριε, πέντε τάλαντά μοι παρέδωκας· ἴδε
alia quinque talenta lucratus sum super illis.
ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς.

† Hic incipit MS. A. . ξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ. (α) ἑαυτῶν. (β) ἡμῖν ἔλαιον ὀλίγον τοῖς (γ) πωλοῦσι μᾶλλον (δ) αἱ ἕτοιμαι (ε) ὥραν. Ὡσπερ γὰρ (ζ) αὐτῶν· (η) καὶ ἐκέρδησεν ἄλλα (θ) Ὡσαύτως ὁ καὶ (ι) ἓν τάλαντον λαβὼν, (κ) ἔκρυψεν (λ) Προσελθὼν ὁ ὁ τὰ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 * ܘܐܢܝܢ ܕܚܟܝܡܐ ܢܣܒܘ ܫܡܢܐ ܕܙܝܬܐ ܒܐܢܝܗܘܢ ܥܡ ܫܪܓܐ ܕܒܐܢܝܗܘܢ ܗܘ. * Illæ verò sapientes sumpserant oleum in va-4
5 ܘܟܕ ܡܒܛܐ ܚܬܢܐ ܢܥܣܘ ܟܠܗܘܢ ܘܢܡܣܘ ܟܠܗܘܢ ܗܘ. ܘܒܦܠܓܘܬܐ ܕܠܠܝܐ ܩܠܐ ܐܬܥܒܝܕ ܗܘ ܕܗܐ ܚܬܢܐ ܐܬܐ ܘܦܘܩܘ ܠܩܒܠܘܬܗ. 5 sis cum lampadibus suis. Quum autem tar-5
daret Sponsus, dormitârunt omnes, atque
6 ܘܒܦܠܓܘܬܐ ܕܠܠܝܐ ܩܠܐ ܐܬܥܒܝܕ ܗܘ ܕܗܐ ܚܬܢܐ ܐܬܐ ܘܦܘܩܘ ܠܩܒܠܘܬܗ. dormierunt. Et mediâ nocte factus est cla- 6
mor, Ecce Sponsus venit, exite in occursum
7 ejus. Tunc surrexerunt omnes illæ virgi- 7
8 nes, & præparârunt lampades suas. Dixe-
runt autem illæ fatuæ sapientibus, Date no- 8
bis ex oleo vestro, ecce enim lampades no-
9 ܘܐܢܝܢ ܕܚܟܝܡܐ ܥܢܝܘ ܘܐܡܪܘ ܕܠܐ ܕܠܡܐ ܠܢ ܘܠܟܘܢ ܐܠܐ ܙܠܘ ܠܘܬ ܐܢܫܐ ܕܙܒܢܝܢ ܘܙܒܢܘ ܠܗܘܢ. * ܘܒܙܒܢܐ ܕܗܘ ܐܙܠܘ ܙܒܢܘ ܠܗܘ ܕܙܒܢܝܢ ܘܥܠܘ ܥܡ ܚܬܢܗ ܠܓܘ ܒܝܬ ܡܫܬܐ ܘܐܬܓܪ ܬܪܥܐ. 10 ܘܒܬܪ ܗܕܐ ܐܬܘ ܐܢܫܐ ܕܫܪ ܐܬܘ ܠܗ ܘܐܬܘ ܠܗ ܒܪ ܡܢ ܕܐܬ

Versio VULGATA LATINA.

4 5 Prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem
6 faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt. Mediâ autem nocte cla-
7 mor factus est; Ecce sponsus venit, exite obviàm ei. Tunc surrexerunt omnes
8 virgines illæ, & ornaverunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt;
9 Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Respondérunt
prudentes, dicentes; Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad ven-
10 dentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ pa-
11 ratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissimè ve-
12 rò veniunt & reliquæ virgines, dicentes; Domine, Domine, aperi nobis. At
13 ille respondens ait; Amen dico vobis, Nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis
diem neque horam. Sicut enim homo peregrè proficiscens, vocavit servos suos, 14
& tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii 15
verò unum, unicuique secundùm propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit 16
autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia
quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem 17
unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post 18
multum verò temporis venit dominus servorum illorum, & posuit rationem cum 19
eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, 20
dicens; Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucra-
tus sum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 * وَاَمَّا ٱلْحَكِيمَاتُ فَاَخَذْنَ زَيْتًا فِي اٰنِيَةٍ مَعَ مَصَابِيحِهِنَّ * فَلَمَّا اَبْطَاَ ٱلْعَرُوسُ نَعَسْنَ كُلُّهُنَّ وَنِمْنَ *
5 وَلَمَّا ٱنْتَصَفَ ٱللَّيْلُ كَانَ صَوْتٌ قَائِلًا هَا ٱلْعَرُوسُ فَمَنْ اَخْرَجْنَ لِلِقَائِهِ * حِينَئِذٍ قَمْنَ جَمِيعُ
6 تِلْكَ ٱلْعَذَارَى وَزَيَّنَّ مَصَابِيحَهُنَّ * فَقَالَتِ ٱلْجَاهِلَاتُ لِلْحَكِيمَاتِ اَعْطِينَا مِنْ زَيْتِكُنَّ لِاَنَّ
7 تَنْطَفِي مَصَابِيحُنَا * فَاَجَبْنَ ٱلْحَكِيمَاتُ قَائِلَاتٍ لَيْسَ مَا يَكْفِينَا وَاِيَّاكُنَّ * لٰكِنِ ٱذْهَبْنَ اَحْرَى
8 اِلَى ٱلْبَاعَةِ وَابْتَعْنَ لَكُنَّ * فَلَمَّا ذَهَبْنَ لِيَبْتَعْنَ جَاءَ ٱلْعَرُوسُ وَدَخَلْنَ مَعَهُ ٱلْمُسْتَعِدَّاتُ اِلَى
9 ٱلْعُرْسِ وَاُغْلِقَ ٱلْبَابُ * وَاٰخِرًا جِئْنَ بَقِيَّةُ ٱلْعَذَارَى قَائِلَاتٍ رَبَّنَا رَبَّنَا اَفْتَحْ لَنَا * فَاَجَابَهُنَّ قَائِلًا
10 اٰمِينَ اَقُولُ لَكُنَّ اِنِّي لَا اَعْرِفُكُنَّ * فَاسْهَرُوا فَاِنَّكُمْ لَا تَعْرِفُونَ ٱلْيَوْمَ وَلَا ٱلسَّاعَةَ *

11 * كَمِثْلِ اِنْسَانٍ اَرَادَ ٱلسَّفَرَ فَدَعَا عَبِيدَهُ * ٱلْفَضْلُ ٱلدَّانِي وَٱلْمَمْنُونُ *
12 فَاَعْطَاهُمْ مَالَهُ * فَوَاحِدٌ اَعْطَاهُ خَمْسَ وَزَنَاتٍ * وَاٰخَرُ وَزْنَيْنِ * وَاٰخَرُ وَزْنًا * كُلٌّ مِنْهُمْ عَلَى قَدْرِ قُوَّتِهِ
13 وَسَافَرَ لِلْوَقْتِ * فَمَضَى ٱلَّذِي اَخَذَ خَمْسَ ٱلْوَزَنَاتِ فَتَجَرَ فِيهَا وَرَبِحَ خَمْسَ وَزَنَاتٍ اُخَرَ * وَهٰكَذَا
14 ٱلَّذِي اَخَذَ ٱلْوَزْنَيْنِ رَبِحَ وَزْنَيْنِ اٰخَرَيْنِ * فَاَمَّا ٱلَّذِي اَخَذَ ٱلْوَزْنَ فَمَضَى وَحَفَرَ فِي ٱلْاَرْضِ
15 وَدَفَنَ فِضَّةَ سَيِّدِهِ * ثُمَّ بَعْدَ زَمَانٍ كَثِيرٍ جَاءَ سَيِّدُ اُولٰئِكَ ٱلْعَبِيدِ فَحَاسَبَهُمْ * فَجَاءَ ٱلَّذِي اَخَذَ
16 خَمْسَ ٱلْوَزَنَاتِ فَاَعْطَى خَمْسَ وَزَنَاتٍ اُخَرَ * قَائِلًا يَا رَبُّ خَمْسَ وَزَنَاتٍ اَعْطَيْتَنِي وَهَا خَمْسُ وَزَنَاتٍ
اُخَرُ رَبِحْتُهَا *

At verò prudentes acceperunt oleum in 4
vase cum lampadibus suis. Cùm autem 5
tardâsset sponsus, dormitaverunt omnes,
& dormierunt. Et dimidiata quum 6
esset nox, facta est vox, dicens; Ecce
sponsus, surgite, exite in occursum
ejus. Tunc surrexerunt omnes illæ vir- 7
gines, & ornaverunt lampades suas.
Dixerunt autem insipientes prudentibus; 8
Date nobis de oleo vestro, ut ne extin-
guantur lampades nostræ. Responderunt 9
prudentes, dicentes; Non est quod suf-
ficiat nobis & vobis: sed ite potiùs ad
vendentes, & emite vobis. Cùm autem 10
issent emere, venit sponsus: & intra-
verunt cum ipso quæ paratæ erant ad
nuptias, & clausa est janua. Et postre- 11
mò venerunt reliquæ virgines, dicentes;
Domine noster, Domine noster, aperi no-
bis. Respondit eis, dicens; Amen dico 12
vobis, Quia nescio vos. Vigilate igitur, 13
quia non scitis diem, neque horam.

Sectio octuagesima secunda.

Sicut homo qui voluit iter facere, voca- 14
vitque servos suos, & dedit eis bona sua.
Et quidem uni dedit quinque talenta, 15
& alii duo talenta, & alii talentum,
unicuique ex eis juxta mensuram viri-
um suarum: & profectus est statim.
Abiit autem qui acceperat quinque ta- 16
lenta, & negotiatus est iis: & lucratus
est quinque talenta alia. Et similiter 17
qui acceperat talenta duo, lucratus est
talenta duo alia. At qui acceperat ta- 18
lentum, abiit & fodit in terram, & se-
pelivit argentum domini sui. Tandem 19
post tempus ingens venit dominus illo-
rum servorum, & posuit rationem cum
eis. Venit ergò qui acceperat quinque 20
talenta, & dedit quinque talenta alia,
dicens; O domine, quinque talenta de-
disti mihi, & ecce quinque talenta alia
quæ lucratus sum.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

4 ወጠበብትሰ፡ ነሠአ፡ ቅብአ፡ መሰሌሆን፡፡ በገጣዕይሆን፡ መስለ፡ መጎትዊሆን፡፡=ፁ ወጥንዩዮ፡
6 መርዓዊ፡ ደቀሰ፡ ወኖጣ፡ ኵሎን፡፡=ፁ ወመንፈቀ፡ ልሌት፡ ስዊኖ፡ ሠሠዒ፡ ኮነ፡ መጽአ፡ መርዓዊ፡
ወቦአ፡ ወይቤሉ፡ ናሁ፡ መርዓዊ ፡ መጽአ ፡ ፀኡ ፡ ተቀበሉ ፡ ወዒፀኡ ፡ ሠስተ ፡ ቀበ፡ሁ ፡ ወእመ
7 ዝ፡ ነቅሃ፡ እጣንቱ፡ ደናግል፡=ፁ ወተንሥአ፡ኵሎን፡ ፡ልልኩ፡ ደናግል፡ ወለሠነዩ፡ መጎትዊሆን፡
8 ኵሎን፡፡=ፁ ወይቤሃሆን፡ እልኩ፡ ለብደት፡ለጠባባት፡ ሀበነ፡ እ መቅብእክን፡ እስመ፡ ጠፍአ
9 ነ፡ጣጎቶትነ፡፡=ፁ ወለሠ ዒለሆን፡ጣበባት፡ ወይቤሃሆን፡ እመ፡፡ለእመ፡ክመ፡ሊይእክል፡ለነ፡
10 ወለክን፡ ሑራ፡ ተዛየጠ፡ በጎበ፡ እለ፡ ደሠደጠ፡ ወተዛየጠ፡ ለክን፡፡=ፁ ወሐዊሮን፡ ደዛየጠ ፡ በ
11 ጽሐ፡ መርዓዊ፡ ወቦአ፡ መስልሡ፡ እለ፡ ድልዋት፡ ሠስተ፡ ኀብኀብ፡ ወተዐጽወ፡ ሖጎት፡=ፁ ወ
12 እመዝ፡ ድጎረ፡ መጽአ፡ ፡ልልኵቱ፡ ደናግል፡ ወይብሉ፡ ለግዚአ፡ ለግዚአ ፡ ለርጎወን፡=ፁ ወእ
ወ ሠለን ፡ ወይቤ ፡ ለጫን ፡ እብለክን ፡ ክመ ፡ ሊያለመረክን ፡ ሰ፡ለንክን ፡ መሰሌየ ፡ ተጊሀ ፡
13 ወመስሌየ፡ ለመስዮ፡=ፁ ትግሁ፡ሕ፡እንክ፡ ለስመ፡ሊታለመረ፡ዕለቶ፡ወጊዜሁ፡ለስዓት፡፡=ፁ
በእንተ ፡ እለ ፡ ነሠአ ፡ መካልየ ፡ ብረር፡፡=ፁ

14 እስመ፡ ክመ፡ብእሲ፡ዘይናግድ፡ወጸሠዐ፡ለግብርቲሁ፡ ፀፀህ፡ሎ፡ ንዋዮ፡ ይትገበረ፡፡=ፁ ወቦ፡
15 ለዘ፡ ፀህ፡ ኀመስተ፡ መክሊተ፡ ወቦ፡ ለዘ፡ ፀህ ፡ ክልኡ ፡ ወቦ ፡ ለዘ፡ ፀህ፡ አሐደ፡ ለለ፡ እሐ
16 ዱ፡ መክሊተ፡ በክመ፡ ለመጠነ፡ ሓይሎሙ፡ ይክሉ፡ ፀህ፡ ወነገደ፡ በጊዜሃ፡=ፁ ወሖረ፡ሶቤሃ፡
17 ገዝ፡ ዘነሠአ፡ ኀመስተ፡መክሊተ፡ወተገበረ፡ቦቱ፡ፀረብሐ፡ክልኡተ፡ኀመስ፡መክሊተ፡=ፁ ወክ
18 ማሁ፡ ዘሂ፡ ክልኡቲ፡ መክሊተ፡ ነሠአ፡ ረብሐ፡ክልኡተ፡ክልኡተ፡ መኬሊተ፡፡=ፁ ወዘእሐቲሰ፡
19 መክሊተ፡ነሠአ፡ጣለፈ፡ወሖረ፡ወከረየ፡ሥድረ፡ፀደፈነ፡ ወርቀ፡እግዚኡ፡=ፁ ወጥንዩዮ፡እመድ
ጎረ፡ብዙኅ፡መዋዕል፡እተወ፡ለግዚኦሙ፡ለእሙንቱ፡እግብርት፡ወአኅዘ፡ ወተሐስበሙ፡ መስሌሆ
20 ሙ፡=ፁ ወመጽአ፡ ወቀረበ፡ዘኀመስ፡መክልየ፡ነሠአ፡ወእመጽአ፡ ካልእተ፡ ዓሠርተ፡ ወክልኡተ፡
መስለ፡ርባሑ፡፡ ወይቤሎ፡ ለእግዚኡ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡ እግዚኦ ፡ ኀመሰ፡ መክልየ፡ ፀሃብከኒ ፡
ወናሁ፡ኀመሰ ፡ ካልእተ ፡ ረበሕኩ፡፡=ፁ

Et prudentes ceperunt oleum secum in vasis cum lampadibus suis. Et moram fa- 4
ciente sponso nictâverunt, & dormierunt omnes. Et quum media nox esset, clamor 5
fuit, Venit sponsus, & intravit, & dicunt; Ecce sponsus venit, exite, occurrite; & 6
exierunt in occursum ejus: & tunc experrectæ sunt istæ virgines. Et surrexe- 7
runt omnes hæ virgines, & exornârunt lampades suas omnes. Et dixerunt istæ 8
virgines fatuæ prudentibus, Date nobis de oleo vestro, quoniã extinximus lam-
pades nostras. Et responderunt iis prudentes, & dicunt iis; Minimè, quia fortè 9
non sufficit nobis & vobis: ite emptum apud venditorem, & emite vobis. Et 10
quum irent emptum, venit sponsus, et intrâverunt cum illo quæ paratæ erant ad
nuptias; & clausa fuit janua. Et tunc postremò venerunt reliquæ virgines, & 11
dicunt; Domine, Domine, aperi nobis. Et respondit iis, & dicit; Amen dico vobis, 12
Non cognosco vos, non potuistis mecum vigilare, & mecum pernoctare? Vigilate 13
igitur, quoniam nescitis diem, & momentum horæ.

De iis qui talenta argenti acceperunt.

Quia sicut homo qui peregrè profectus est, & vocavit servos suos, & dedit iis 14
bona negotiari. Et fuit cui dedit quinq, talenta, & fuit cui dedit duo, & fuit 15
cui dedit unum: unicunque talenta secundùm quod vires suæ poterant, dedit; &
peregrè profectus est statim. Et abiit iste qui acceperat quinq, talenta, & nego- 16
tiatus est eo accepto: & lucratus est alia quinq, talenta. Et similiter qui duo 17
talenta acceperat, lucratus est alia duo talenta. Et qui unum talentum acce- 18
perat, recessit, & abiit, & fodit terram, & occultavit aurum domini ejus.
Et moram faciendo post multos dies venit dominus illorum servorum, & in- 19
cepit conferre rationem cum iis. Et venit, & approbinquavit qui quinque 20
talenta acceperat, & attulit alia duodecim cum lucro suo, & dicit domino
suo, dicens; Domine, quinque talenta dedisti mihi, & ecce quinque alia lucra-
tus sum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

14 * همچو مردي كه اختياط كرد * مثل مايه دار تومانها صد نوزده
15 وبندكان خود را خواند * ومال خود را بديشان سپارد * * بيكي پنج تومان داد وبه يكي دو
تومان * وبيكي يك تومان * هر كسي را بقدر خود * وسپارش قوي كرد در نكاه داشتن مال *
16 * انك پنج تومان ستده بود بازركاني كرد پنج ديكر مكسب بر سر اورد * * وانك دو تومان
17 ستده بود * او نيز ببازركاني چنداني ديكر سود كرد * * ولي انك يك تومان ستده بود *
18 رفت در زمين دفن كرد * * بعد از روزكار بسيار * خداوند بندكان آمد وحساب از ايشان
19 طلبيد * * انك پنج تومان ستده بود در پيش آمد * وپنج ديكر بخداوند سود نمود *
20

CXIX. Parabola de sortitione minarum.

Sicut homo qui iter facturus servos 14
suos vocavit, & substantiam suam
illis tradidit. Uni quinque minas 15
dedit, & alii duas minas, & alii
unam minam; unicuique pro rati-
one sui: & enixè mandavit ut cu-
ram haberent pecuniæ. Ille qui quinq, 16
minas acceperat, mercaturam exer-
cuit, & alias quinque ad sortem al-
lucratus est. Et qui duas minas 17
acceperat, ipse etiam mercaturâ to-
tidem alias lucratus est. Qui au- 18
tem unam minam acceperat, abiens
in terram defodit. Post multum tem- 19
poris dominus servorum horum ve-
nit, & rationem ab illis popposcit.
Ille qui quinque minas acceperat, 20
accessit, & quinque alias domino
lucrifactas exhibuit.

T

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. Ξ'. ΞΑ'

Ait verò illi dominus ejus; *Bene*, serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis,
21 Ἔφη ὁ αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς,
super multa te constituam: *ingredere* in gaudium domini tui. *Accedens* autem
22 ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Προσελθὼν δὲ
& qui duo talenta *accipiens, dixit*; Domine, duo talenta mihi tradidisti: ecce
καὶ ὁ τὰ δύο (μ) τάλαντα λαβὼν, εἶπε, Κύριε, δύο τάλαντά μοι παρέδωκας· ἴδε
alia duo *talenta* lucratus sum *super illis*. Ait illi dominus ejus; *Bene*, serve
23 ἄλλα δύο τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ, Εὖ, δοῦλε
bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: *ingredere* in
ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς
gaudium domini tui. Accedens autem & unum talentum *sumens*, ait;
24 τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. Προσελθὼν δὲ καὶ τὸ ἓν τάλαντον εἰληφὼς, εἶπε,
Domine, scio *te* quia durus es homo, *metens* ubi non seminâsti, & *congregans*
Κύριε, ἔγνων σε ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, καὶ συνάγων
undè non sparsisti: Et *timore perculsus abiens*, abscondi talentum tuum in
25 ὅθεν οὐ διεσκόρπισας· Καὶ φοβηθεὶς ἀπελθὼν ἔκρυψα τὸ τάλαντόν σου ἐν
terra: ecce habes tuum. Respondens autem dominus ejus, dixit ei;
26 τῇ γῇ· ἴδε ἔχεις τὸ σόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ κύριος αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ,
Male serve & piger, sciebas quia meto ubi non *seminavi*, & congrego *undè* non
(ν) Πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, ᾔδεις ὅτι θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, καὶ συνάγω ὅθεν οὐ
sparsi. Oportuit ergò te *jacere argentum meum mensariis*, & veni-
27 διεσκόρπισα. Ἔδει σε οὖν βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, (ξ) καὶ ἐλ-

ens ego recepissem utique meum cum usura. Tollite itaque ab eo talentum,
θὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. Ἄρατε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, 28
& date *habenti* decem talenta. *Nam* habenti omni dabitur, & *auge-*
καὶ δότε τῷ ἔχοντι τὰ δέκα τάλαντα. Τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσε(ται), καὶ περισσευ- 29
bitur: *à verò* non *habente*, & quod habet, auferetur ab eo. Et
θήσε(ται)· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσε(ται) ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ 30
inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus
τὸν ἀχρεῖον δοῦλον (ο) ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς
& *fremitus* dentium. Cùm autem venerit Filius hominis in *gloria* sua, &
καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ 31
omnes *sancti* angeli cum eo, tunc sedebit super *throno gloriæ* suæ: Et
πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ· Καὶ 32
congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicèm,
συναχθήσε(ται) ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀφορίσει αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων,
sicut pastor segregat oves ab hœdis. Et statuet quidem
ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων. Καὶ στήσει τὰ μὲν 33
oves à dextris suis, *at* hœdos à sinistris. Tunc dicet rex
πρόβατα (π) ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, τὰ δὲ ἔριφια ἐξ εὐωνύμων. Τότε ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς 34
his qui à dextris ejus; Venite benedicti Patris mei, possidete
τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, Δεῦτε οἱ (ρ) εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε
paratum vobis regnum à *fundamento* mundi.
τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

MS. A. (μ) τάλαντα, εἶπεν, (ν) Δοῦλε πονηρὲ καὶ (ξ) καὶ ἐγὼ ἐλθὼν (ο) ἐκβάλετε (π) ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ (ρ) ἠυλογημένοι

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

21 ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܗ ܫܦܪ ܥܒܕ ܛܒ ܘܗܝܡܢ ܥܠ ܙܥܘܪܬܐ ܗܘܝܬ ܗܝܡܢ ܥܠ ܣܓܝܐܬܐ ܐܥܠ ܠܟ ܥܠ ܣܓܝ ܥܠ ܒܝܬ ܡܪܟ ܥܠ ܕܟ ܘܐܬܐ ܠܘܬ ܒܥܠ ܒܝܬܗ ܘ

Versio VULGATA LATINA.

21 Ait illi dominus ejus; Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis,
22 super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui
duo talenta acceperat, & ait; Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo
23 lucratus sum. Ait illi dominus ejus; Euge serve bone, & fidelis, quia super
24 pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Ac-
cedens autem & qui unum talentum acceperat, ait; Domine, scio quia homo
25 durus es, metis ubi non seminâsti, & congregas ubi non sparsisti: Et timens abii,
26 & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens
autem dominus ejus, dixit ei; Serve male, & piger, sciebas quia meto ubi non se-
27 mino, & congrego ubi non sparsi: Oportuit ergò te committere pecuniam
meam numulariis, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. 28
Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim 29
habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur ha-
bere, auferetur ab eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic 30
erit fletus, & stridor dentium. Cùm autem venerit Filius hominis in majestate 31
sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ: Et con- 32
gregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicèm, sicut pastor
segregat oves ab hœdis: Et statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem 33
à sinistris. Tunc dicet rex his, qui à dextris ejus erunt; Venite benedicti Pa- 34
tris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

21 * فقال له سيده نعما يا عبدا صالحا امينا وجدت في القليل انا اقيمك امينا على الكثير *
ادخل الي فرح سيدك * فجاء الذي اخذ الوزنين فقال يا سيد وزنين دفعت الي وها وزنان 22
اخران ربحتهما * فقال له سيده نعما يا عبدا صالحا * امينا وجدت في القليل انا اقيمك 23
امينا على الكثير * ادخل الي فرح سيدك * فجاء الذي اخذ الوزنة وقال يا سيد علمت انك 24
انسان سديد تحصد ما لم تزرع وتجمع من حيث لم تبذر * فخفت ومضيت فدفنت 25
مالك في الارض * وهودا مالك عندي * فاجابه سيده قائلا ايها العبد السو الكسلان علمت اني 26
احصد ما لم ازرع واجمع من حيث لم ابذر * فكان يلزمك ان تجعل فضتي على المايدة 27
وكنت اني واخذ مالي مع ربحه * خذوا منه الوزنة واعطوها للذي له عشر الوزنات * لان كل من 28
له يعطي ومن ليس له يوخذ منه ما معه * والعبد السو العاجز القوه في الظلمة البرانية 29
حيث البكاء وصرير الاسنان * 30

Dixit autem illi dominus ejus; Bene 21
est, serve bone, fidelis inventus es in
pauco, ego constituam te fidelem super
multum: intra in gaudium domini tui.
Et venit qui acceperat duo talenta, & 22
dixit; Domine, duo talenta tradidisti
mihi, & ecce duo talenta alia quæ lu-
cratus sum. Dixit autem ei dominus; 23
Bene est, serve bone, fidelis inventus es
in exiguo, ego constituam te fidelem su-
per multum: intra in gaudium domini
tui. Venit autem qui acceperat talen- 24
tum, & dixit; Domine, cognovi quòd
homo sis durus, metens quod non semi-
nâsti, & congregans indè, ubi non seru-
isti. Quapropter timui, & abii, ac 25
sepelivi bona tua in terra: & ecce pe-
cunia tua apud me est. Respondit ei 26
dominus ejus, dicens; O serve male, pi-
ger, sciebas quòd ego metam quod non
seminavi, & congregem ubi non
spargo: Igitur oportebat te ponere ar- 27
gentum meum super mensam, & veni-
sem accepissemque pecuniam meam cum
lucro suo. Tollite ab hoc talentum, & 28
date illud ei qui habet decem talenta.
Quia omni habenti dabitur, & ab eo 29
qui non habet, auferetur quod habet. Et 30
servum malum inutilem ejicite eum in
tenebras exteriores, ubi fletus & stridor
dentium.

Sectio octuagesima tertia.

Cùm venerit filius hominis in majestate 31
sua, & omnes angeli ejus pari cum
eo, tunc sedebit super sedem majestatis
suæ. Et congregabuntur ad eum omnes 32
gentes, & separabit eos ab invicem,
quemadmodum segregat pastor agnos ab
hœdis: Et statuet agnos à dextris suis, 33
& hœdos à sinistris suis. Et tunc dicet 34
rex his qui à dextris ejus erunt; Ve-
nite ad me benedicti patris mei, here-
ditate possidete regnum paratum vobis à
creatione mundi:

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

21 ወይቤሉ : እግዚሉ : ገብር : ሠር : ወሣእመነ : በሓደጥ : ኮንከ : ሥእመነ : ውስተ : ብዙ
22 ሳ : ለሠይመከ : ባእ : ውስተ : ትፍሥሕተ : እግዚእከ::=> ወመጽአ : ዘክልሌተኒ:
መክሊተ : ነሠአ : ወይቤ : እግዚሉ : ለጎሁ:ክልሌኒ : መክልየ : ወሀብከኒ : ናሁ : ካልእተ :
23 ክልሌ : መክልይ : እለ : ረበሕኩ::=> ወይቤሉ : እግዚሉ : ለገብር : ሠር : ወመሥመነ:
በሓደጥ : ኮንከ : ሣእመነ : ውስተ : ብዙሳ : እሠይመከ : ባእ : ውስተ : ፍሥሐሁ : ለእ
24 ግዚእከ::=> ወመጽአ : ዘለሐደኒ : መክሊተ : ነሠአ : ወይቤ : እግዚሉ : ለለመረከ :
ከመ : ድሩክ : ብእሲ : ላንተ : ተላርር : ጎበ : ሊዘራእካ : ወታስተጋብእ : እመጎበ : ሊዘረ
25 ወኪ::=> ፈሪሐየ:ሖርኩ : ወጎበለኩ : መክሊተከ : ውስተ : ሥድር : ናሁ:እንከ : መክ
26 ሊትከ::=> ወለዎ ሠለ : እግዚሉ : ለገብር : ወይቤሉ፡ እኩይ : ገብር : ወሣኪይ : ትለ
27 መረኒ : ከመ : እላርር : ጎበ : ሊዘራእኩ : ወለስተጋብእ : እመጎበ : ሊዘረወኩ::=> እ
መነሣእከ : ወርቂየ : ወእመለግበእከ : ውስተ : ማእድ : ወመጺእየ : እመለሰተገበርክዎ :
28 ለቢየ : በር ዴ::=: እሠሉ : እመጎቤሁ : መክሊተ : ወሀብዎ : ለዘ : ቡቱ : ዐሠርተ :
29 መክሊተ:=> እስሙ : ለእሉ : ለዘቦ : ይሁብዎ : ወይዌክዎ : ወለዘሰ : ለልቦ : እለ
30 ሂቦ : ይሣይድዎ::=> ወለገብር ሰ : እኩይ : ላዎፅእዎ : ውስተ : ጸናፊ : ጽልሞት : ጎቦ :
ብካይ : ወሐቂየ : ሰነን::=>

በእንተ : መጽእቱ : ለክርሰቶስ::=>

31 ወለመ : ይመጽእ : ወልደ : እጓለ : እመ : ሕያው : በክብሐናሁ : ወኵሉሙ : መላእክቲሁ:
32 መኳሌሁ : ላጫሃ : ይነብር : ውስተ : መንበረ : ሰብሐቲሁ::=> ወይትጋብእ : ኵሉሙ:
ላሕዛብ : ቅድጫሁ : ወይፈልጦሙ : ዘዘ : ዚላሆሙ : ከመ : ፕለዊ : ይፈልጥ : ለባግዕ : እ
33 መላጠቢ:=> ወያቀውሙ : ለባግዐ : በየማን : ወለጦሌሰ : በፀጋሙ:=> ለጫሃ : ይብ
34 ል : ንጉሠ : ለእለ : በየማን : ንዑ : ብሩካኒሁ : ለላቡየ : ትረሱ : መንግሠተ : ዘለስተደለ
ወ : ለክሙ : እመቅድመ : ዓለም::=>

Et dicit ei Dominus suus, Serve bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, super 21
multa te constituam: intrato in gaudium Domini tui. Et venit qui duo ta- 22
lenta acceperat, & dicit; Domine, nónne duo talenta dedisti mihi? ecce alia
duo talenta quæ lucratus sum. Et dicit ei Dominus ejus, Serve bone & fi- 23
delis, in modico fuisti fidelis, super multa constituam te: intrato in gaudium
Domini tui. Et venit qui unum talentum acceperat, & dicit; Domine, no- 24
veram te quòd durus homo es tu, metis ubi non seminâsti; & congregas indè
ubi non sparsisti. Metuens ego abii, & occultavi talentum tuum in terra; Ecce 25
igitur talentum tuum. Et respondit ei dominus servi, & dicit ei, Male 26
serve & piger, sciebas me quòd meto ubi non seminavi; & congrego ubi non
sparsi. Utique accepisses aurum meum, & tradidisses mensæ; & veniens 27
ego exegissem meum cum usura. Tollite ab eo talentum, & date illud ei qui 28
habet decem talenta. Quoniam omni habenti dabunt, & apponent ei: & non 29
habenti, quod datum fuit ei, auferent. Et servum malum ejicite in exteri- 30
ores tenebras, ubi fletus et stridor dentium.

De adventu Christi.

Et quum venerit filius hominis in gloria sua, et omnes angeli cum eo, tunc 31
sedebit in throno gloriæ suæ. Et cogentur omnes gentes coram eo, et separa- 32
bit singulas ipsarum, sicut pastor separat oves ab hœdis. Et statuet oves ad 33
dextram, et hœdos ad sinistram. Tunc dicet rex iis qui sunt ad dextram, 34
Venite benedicti patris mei; hæreditatis jure accipite regnum quod paratum
est vobis ante mundum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

30 * واين بنده نابكار را بيرون بريد ودر تاريكي در اندازيد * انجا باشد كريستن ودندانها برهم
31 ساويدن * صد بيست وچهار باشتن مسكينان *

Hunc autem servum otiosum extra 30
ferte, & in tenebras injicite: illic
erit fletus & dentium collisio.

CXX. De cura habenda pauperum.

Tempore quo filius hominis cum ma- 31
jestate sua venerit, & Angeli sancti
ejus cum eo, tunc super thronum
majestatis suæ sedebit. Et omnes 32
populi coram eo congregati erunt,
& eos delectu habito alios ab aliis
separabit, sicut pastor qui oves ab
hœdis segregat. Et oves ad manum 33
dexteram suam statuit, hœdos ve-
rò ad manum sinistram. Tunc rex 34
pronuntiabit illis qui ad manum
dexteram ejus sunt; Venite ô vos
ipsi quibus Pater meus benedixit,
& regnum cœlorum hæreditate asci-
pite, quod ante jactum fundamen-
tum mundi vobis prædestinatum &
paratum fuit.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΧΑ'.

Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & potâstis me: hospes eram,
35 Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην,
& collegistis me: Nudus, & amicivistis me: ægrotavi, & visitâstis me: in
36 καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν
carcere eram, & veniistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, di-
37 φυλακῇ ἤμην, καὶ (σ) ἤλθατε πρός με. Τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι, λέ-
centes; Domine, quando te vidimus esurientem, & aluimus? vel sitientem, & potavi-
γοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσα-
mus? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus? aut nudum, & amici-
38 μεν; Πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ γυμνὸν, καὶ περιεβάλο-
39 μεν; Πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε; Καὶ
40 λομεν; Quando verò te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et
respondens rex dicet illis; Amen dico vobis, Quatenus fecistis uni
ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐρεῖ αὐτοῖς, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ
horum fratrum meorum minimorum, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à
41 τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. Τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ
sinistris; Ite à me maledicti, in ignem æternum, præparato
εὐωνύμων, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κεκατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασ-
tum diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi
42 μένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι
manducare: sitivi, & non potâstis me: Hospes eram, & non collegistis me:
43 φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· Ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με·
nudus, & non amicivistis me: infirmus, & in carcere, & non visitâstis me.
γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς, καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με.
Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes; Domine, quando te vidimus
Τότε (τ) ἀποκριθήσονται καὶ αὐτῷ καὶ οἱ, λέγοντες, Κύριε, πότε σε εἴδομεν 44
esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non
πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ ξένον, ἢ γυμνὸν, ἢ ἀσθενῆ, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ
ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens; Amen dico vobis; Quæ-
διηκονήσαμέν σοι; Τότε ἀποκριθήσεται αὐτοῖς, λέγων, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Ἐφ' 45
tenus non fecistis uni horum minimorum, nec mihi fecistis. Et ibunt
ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. Καὶ ἀπελεύσονται 46
hi in supplicium æternum: at justi in vitam æternam.
οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

(σ) ἤλθατε (τ) ἀποκριθήσονται καὶ αὐτοὶ, MS. A.

CAP. XXVI. κς'.

Et factum est: cùm consummâsset Jesus omnes sermones hos, dixit
Καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς πάντας τοὺς λόγους τούτους, εἶπε 1
discipulis suis; Scitis quia post duos dies Pascha fit, & filius homi-
τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώ- 2
nis traditur ad crucifigi. Tunc congregati sunt principes Sacerdotũ, & Scri-
που παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι. Τότε συνήχθησαν οἱ (α) ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ Γραμ- 3
bæ, & seniores populi, in atrium principis Sacerdotũ, dicti Caiphas:
ματεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, τοῦ λεγομένου Καϊάφα.

(α) ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ MS. A. ΚΕΦ. κς'.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

35 * ڂڦڊ ڝڒڡڢڡڝڒ ڡڢڡڝڒ ڡڢڡڝڒ

Versio VULGATA LATINA.

35 Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes
36 eram, & collegistis me: Nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitâstis me:
37 in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes; Do-
mine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi
38 potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, &
39 cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus
40 ad te? Et respondens rex, dicet illis; Amen dico vobis, Quamdiu fecistis uni
41 ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris
erunt; Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, &
42 angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non de-
43 distis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperu-
istis me: infirmus, & in carcere, & non visitâstis me. Tunc respondebunt ei & 44
ipsi, dicentes; Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospi-
tem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc 45
respondebit illis, dicens; Amen dico vobis; Quamdiu non fecistis uni de mino-
ribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum, justi autem in 46
vitam æternam.

CAP. XXVI.

ET factum est: cùm consummâsset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis 1
suis; Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifi- 2
gatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium 3
principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

35 *لاني جعت فاطعمتموني * وعطشت فسقيتموني * وغريبا كنت فاويتموني * وعريان فكسوتموني
36 ومريضا فعدتموني * ومحبوسا فاتيتم الي * حينيذ يجيب الصديقون قايلين يا رب متي
37 رايناك جايعا فاطعمناك * او عطشان فسقيناك * او متي رايناك غريبا فاويناك * او عريان فكسوناك
38 39 او متي رايناك مريضا او محبوسا فاتينا اليك * فيجيبهم الملك قايلا امين اقول لكم ان
40 * متي رايناك مريضا او محبوسا فاتينا اليك * فيجيبهم الملك قايلا امين اقول لكم ان
41 الذي فعلتموه باحد اخوتي هولاء الصغار فبي فعلتم * حينيذ يقول للذين عن يساره اذهبوا
42 عني يا ملاعين الي النار الموبدة المعدة لابليس وجنوده * لاني جعت فلم تطعموني وعطشت
43 * فلم تسقوني * وغريبا كنت فلم تاووني * وعريان فلم تكسوني * ومريضا ومحبوسا فلم تزوروني
44 * حينيذ يجيبون قايلين يا رب متي رايناك جايعا * او عطشان * او غريبا * او عريان * او مريضا
45 او محبوسا فلم نخدمك * حينيذ يجيبهم قايلا امين اقول لكم اذ لم تفعلوا باحد هولاء الصغار
46 ولاني فعلتم * فيذهب هولاء الي العذاب الدايم والصديقون الي الحيوة الموبدة *

1 * الفصل الرابع والعشرون * ولما اكمل يسوع هذا الكلام كله قال لتلاميذه
2 اعلمتم ان بعد يومين يكون الفصح * وابن الانسان يسلم ليصلب * حينيذ اجتمع
3 * روساء الكهنة ومشايخ الشعب في دار رييس الكهنة الذي يقال له قيافا *

Quia ego esurivi, & cibâstis me: & sitivi, & potum dedistis mihi: & hospes fui, & excepistis me: Et nudus, et induistis me: & infirmus, & visitâstis me: & in carcere positus, & venistis ad me. Tunc respondebunt justi, dicentes; Domine, quando vidimus te esurientem, & pavimus te? aut sitientem, & potum dedimus tibi? Aut quando vidimus te hospitem, & excepimus te? aut nudum, & vestivimus te? Aut quando vidimus te infirmum, aut in carcere constitutum, venimus ad te? Et respondebit eis rex, dicens; Amen dico vobis, Quia quod fecistis erga unum ex fratribus meis hisce minimis, erga me fecistis. Tunc dicet bis qui à sinistris ejus erunt; Discedite à me maledicti in ignem æternum, paratum diabolo & exercitibus ejus. Quoniam esurivi, & non cibâstis me: & sitivi, & non dedistis mihi potum: Et hospes fui, & non accepistis me: & nudus, & non vestivistis me: & infirmus, & in carcere positus, & non visitâstis me. Tunc respondebunt, dicentes; Domine, quando vidimus te esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere positum, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit eis, dicens; Amen dico vobis, Quandoquidem non fecistis uni istorum minimorum, neq; mihi fecistis. Et ibunt isti in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam.

Sectio octuagesima quarta.

CAP. XXVI.

ET cùm finisset Jesus hos sermones omnes, dixit discipulis suis; Scitisne quòd post biduum erit Pascha, & filius hominis tradetur ut crucifigatur? Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

35 እስመ ፡ ርኀብኩ ፡ ወለብላዕክሙኒ ፡ ጸማእኩ ፡ ወለስተይክሙኒ ፡ ወነገደ ፡ ኮንኩ ፡ ወተ
36 ወስፍክሙኒ ፡:=፡ ዐረቁ ፡ ወለልበሰክሙኒ ፡ ደወይኩ ፡ ወኀመጽክሙኒ ፡ ወተሞቃሕኩ ፡
37 ወመጻእክሙ ፡ ኀቤየ ፡ ወነበብክሙኒ ፡::=፡ ለዝሂ ፡ ያቀሠሉ ፡ ጸድቃን ፡ ወይብሉ ፡
38 እግዚኦ ፡ ማእዜ ፡ ርኢናከ ፡ ርኁበከ ፡ ወለብላዕናከ ፡ ወጽሙእከ ፡ ወለስተይናከ ፡::=፡ ወ
39 ማእዜ ፡ ርኢናከ ፡ ነገደከ ፡ ወተወስፍናከ ፡ ወዕረቆከ ፡ ወለልበስናከ ፡=፡ ወማእዜ ፡ ርኢ
ናከ ፡: ወድውየከኒ ፡ ወኀመጽናከ ፡ ወሙቂሐከኒ ፡ ወመጸእነ ፡ ኀቤከ ፡ ወነበብናከ ፡=፡ ወ
ያቀሠእ ፡ ንጉሠ ፡ ወይብሎሙ ፡ ለዝኁ ፡ እብለክሙ ፡ ኵሉ ፡ ዘገበርክሙ ፡ ለአሓዱ ፡ እመ
1 እሉ ፡ ንኡሰን ፡ ላኀዊየ ፡ እሰ ፡ የለመኑ ፡ ብየ ፡ ሊተ ፡ ገበርክሙ ፡::=፡ ወእመዝ ፡ ይቤ
ሎሙ ፡ ለእሰ ፡ በፀጋመ ፡ ሑሩ ፡ እመኔየ ፡ ርጥማን ፡ ወእተ ፡ እሰት ፡ ዘለዓለም ፡ ዘድል
2 ወ ፡ ለሰይጦን ፡ ወለመላእክቲሁ ፡=፡ እስመ ፡ ርኀብኩ ፡ ወሊየብላዕክሙኒ ፡ ወጸማእ
3 ኩ ፡ ወሊየስተይክሙኒ ፡:=፡ ወነግደ ፡ ኮንኩ ፡ ወሊተወስፍክሙኒ ፡ ዐረቁ ፡ ወሊየልበሰክ
4 ሙኒ ፡ ወደወይኩ ፡ ወሊኀመጽክሙኒ ፡ ተሞቅሕኩ ፡ ወሊነበብክሙኒ ፡::=፡ ለዝኁ ፡ የቀሥ
ሉ ፡ እለ ፡ በፀጋመ ፡ እንዘ ፡ ይብሉ ፡ እግዚኦ ፡ ማእዜ ፡ ርኢናከ ፡ ርኁበከ ፡ ወጽሙእ
5 ከ ፡ ወእነግደከ ፡ እወ ፡ ዕረቆከ ፡ ወድውየከ ፡ ወተሞቂሐከ ፡ ወሊተልእክናከ ፡::=፡ ወእ
መዝ ፡ ያቀሠሉ ፡ ንጉሠ ፡ እንዘ ፡ ይብል ፡ ለዝኁ ፡ እብለክሙ ፡ ዘሊገበርክሙ ፡ ለዐ ፡
6 እመእሉ ፡ ንኡሰን ፡ ሊተ ፡ ሊገበርክሙ ፡=፡ ወይሐውሩ ፡ እሉሂ ፡ ወእተ ፡ ኵነኔ ፡ ዘለዓ
ለሙ ፡ ወጸድቃንሰ ፡ ወእተ ፡ ሕይወት ፡ ዘለዓለሙ ፡::=፡

ወበደናግልኒ ፡ ወበካህናትኒ ፡::=፡

1 ፲ወ ወኮነ ፡እመዝ ፡ ፈጸመ ፡ እግዚ ፡ ሊየሱስ ፡ ዘንተ ፡ ኵሎ ፡ ነገረ ፡ ይቤሎሙ ፡ ለአርደሊሁ ፡=፡
2 ታእመረሁ ፡ ከመ ፡ እስከ ፡ ክልኤ ፡ መዋዕል ፡ ይከውን ፡ ፋሲሐ ፡ ወይእሕዝው ፡ ለወልደ ፡ እ
3 ጓለ ፡ እመ ፡ ሕያው ፡ ወይሰቅልው ፡::=፡ ወእመዝ ፡ ተጋብኡ ፡ ሊቃነ ፡ ካህናት ፡ ወሊቃናተ ፡
ሕዝብ ፡ ውስተ ፡ ዐውደ ፡ ሊቀካህናት ፡ ዘስሙ ፡ ቀያፋ ፡=፡

Quia esurivi, & cibâstis me; sitivi, & potum dedistis mihi; & peregrinus fui, & suscepistis me. Nudus fui, & amicuistis me; ægrotavi, & visitâstis me; incarceratus etiã fui, & venistis ad me, & me alloquuti estis. Tunc respondebunt justi, & dicent; Domine, quando vidimus te esurientem, & cibavimus te; & sitientem, & potum dedimus? Et quando vidimus te peregrinum, & suscepimus te; & nudum, & amicuvimus te? Et quando vidimus te ægrotantem, et visitavimus te; & incarceratum, & venimus ad te, & te alloquuti sumus? Et respondebit rex, & dicet illis, Amen dico vobis, Quodcunque fecistis uni ex his pusillis fratribus meis, qui credunt in me, mihimetipsi fecistis. Et tunc dicet illis qui de sinistra sua erunt, Abite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Satanæ, & angelis suis. Quia esurivi, & non cibâstis me; sitivi & non potum dedistis mihi. Et peregrinus fui, & non suscepistis me; nudus fui, & non amicuistis me; & ægrotavi, & non visitâstis me; incarceratus fui, & me non alloquuti estis. Tunc respondebunt qui in sinistra ejus erunt, dicentes; Domine, quando vidimus te esurientem, & sitientem, & peregrinum; nudum et ægrotum, et incarceratum, et non ministravimus tibi? Et tunc respondebit iis rex, dicens; Amen dico vobis; Quòd non fecistis uni ex his pusillis, mihi non fecistis. Et abibunt isti in judicium æternum, et justi in vitam æternam.

Et hoc de virginibus, & Sacerdotibus.

CAP. XXVI.

videre finem. At principes Sacerdotum & seniores, &
ἰδεῖν τὸ τέλος. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ
59 consessus omnis quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut
τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, (ι) ὅπως
eum morte afficerent: Et non invenerunt: & multis falsis testibus
αὐτὸν θανατώσωσι. Καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν (κ) ψευδομαρτύρων
60 accedentibus, non invenerunt. Postremò autem advenientes duo falsi testes,
προσελθόντων, οὐχ εὗρον. ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες,
Dixerunt; Hic effatus est; Possum dissolvere templum Dei, & per tres
61 Εἶπον, Οὗτος ἔφη, Δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν
dies reædificare illud.
ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν.

MS.A. (β) ἐὰν (γ) ἐφ' ὃ πάρει; (δ) ἐν μαχαίρῃ (ε) λεγιόνων (ζ) ὅτως (η) ἐξήλθετε (θ) ἐκαθεζόμην πρὸς ὑμᾶς διδάσκων (ι) ὅπως θανατώσουσιν αὐτόν· Καὶ οὐκ (κ) προσελθόντων ψευδομαρτύρων, οὐχ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

48 ... * ... ...

Versio VULGATA LATINA.

48 Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens; Quemcunque osculatus
49 fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Jesum, dixit; Ave,
50 Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus; Amice, ad quid venisti?
51 Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens servum principis sacerdotum amputavit auriculam ejus.
52 Tunc ait illi Jesus; Converte gladium tuum in locum suum: omnes enim
53 qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquàm duodecim legiones
54 angelorum? Quomodò ergò implebuntur Scripturæ, Quia sic oportet fieri?
55 In illa hora dixit Jesus turbis; Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidiè apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur Scriptura prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. At illi te- 56
57 nentes Jesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi Scribæ & seniores convenerant. Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atri- 58
um principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem sacerdotum, & omne concilium, quærebant 59
falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent: Et non invene- 60
runt, cùm multi falsi testes accessissent. Novissimè autem venerunt duo falsi testes, Et dixerunt; Hic dixit; Possum destruere templum Dei, & post tri- 61
duum reædificare illud.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

48 * وَٱلَّذِي كَانَ أَسْلَمَهُ أَعْطَاهُمْ عَلَامَةً قَائِلًا ٱلَّذِي أُقَبِّلُهُ هُوَ هُوَ فَأَمْسِكُوهُ * وَلِلْوَقْتِ جَاءَ إِلَى
49 يَسُوعَ وَقَالَ لَهُ سَلَامٌ يَا مُعَلِّمُ وَقَبَّلَهُ * فَقَالَ لَهُ يَسُوعُ يَا صَاحِ لِهٰذَا جِئْتَ * حِينَئِذٍ جَاءُوا وَوَضَعُوا
50 أَيْدِيَهُمْ عَلَى يَسُوعَ وَأَمْسَكُوهُ * وَإِذَا وَاحِدٌ مِمَّنْ كَانَ مَعَ يَسُوعَ مَدَّ يَدَهُ وَجَرَّدَ سَيْفَهُ * وَضَرَبَ
51 عَبْدَ رَئِيسِ ٱلْكَهَنَةِ فَقَطَعَ أُذُنَهُ ٱلْيُمْنَى * حِينَئِذٍ قَالَ لَهُ يَسُوعُ رُدَّ سَيْفَكَ إِلَى مَكَانِهِ فَإِنَّ كُلَّ
52 مَنْ أَخَذَ بِٱلسَّيْفِ فَبِٱلسَّيْفِ يَهْلِكُ * أَتَظُنُّ أَنِّي لَا أَسْتَطِيعُ أَنْ أَطْلُبَ إِلَى أَبِي فَيُقِيمَ لِي أَكْثَرَ
53 مِنِ ٱثْنَيْ عَشَرَ جُيُوشًا مِنَ ٱلْمَلَائِكَةِ * لَكِنْ كَيْفَ تُكْمَلُ ٱلْكُتُبُ ٱلْمُعَلِّمَةُ أَنَّ هٰكَذَا يَنْبَغِي أَنْ
54 يَكُونَ * وَفِي تِلْكَ ٱلسَّاعَةِ قَالَ يَسُوعُ لِلْجُمُوعِ هَلْ أَنَا مِثْلُ لِصٍّ خَرَجْتُمْ إِلَيَّ بِسُيُوفٍ وَعِصِيٍّ
55 لِتُمْسِكُونِي * وَفِي كُلِّ يَوْمٍ كُنْتُ عِنْدَكُمْ فِي ٱلْهَيْكَلِ جَالِسًا أُعَلِّمُ وَلَمْ تُمْسِكُونِي * لَكِنْ هٰذَا كَانَ
56 لِتُكْمَلَ كُتُبُ ٱلْأَنْبِيَاءِ * حِينَئِذٍ تَرَكَهُ ٱلتَّلَامِيذُ كُلُّهُمْ وَهَرَبُوا * أَمَّا هُمْ فَأَمْسَكُوا يَسُوعَ وَجَاؤُا
57 بِهِ إِلَى قَيَافَا رَئِيسِ ٱلْكَهَنَةِ حَيْثُ ٱجْتَمَعَ ٱلْكَتَبَةُ وَٱلشُّيُوخُ * وَتَبِعَهُ بُطْرُسُ مِنْ بَعِيدٍ إِلَى دَارِ
58 رَئِيسِ ٱلْكَهَنَةِ * فَدَخَلَ وَجَلَسَ مَعَ ٱلْخُدَّامِ لِيَنْظُرَ ٱلنِّهَايَةَ *
59 * وَإِنَّ رُؤَسَاءَ ٱلْكَهَنَةِ وَٱلشُّيُوخَ وَٱلْمَجْمَعَ كُلَّهُ كَانُوا يَطْلُبُونَ عَلَى يَسُوعَ شَهَادَةَ زُورٍ لِيَقْتُلُوهُ فَلَمْ يَجِدُوا * فَجَاءَ شُهُودُ زُورٍ كَثِيرُونَ * وَأَخِيرًا جَاءَ ٱثْنَانِ
60 * وَقَالَا هٰذَا قَالَ إِنِّي أَقْدِرُ أَنْ أَنْقُضَ هَيْكَلَ ٱللهِ وَأَبْنِيَهُ فِي ثَلَاثَةِ أَيَّامٍ *
61

Qui autem tradiderat eum, dederat illis signum, dicens; Quem osculabor, ipse est: tenete eum. Et statim adivit 48
Jesum, & dixit ei; Ave Magister. Et osculatus est eum. Dixit autem illi Je- 49
sus; Heus amice, ad hoc venisti? Tunc accesserunt, & injecerunt manus suas in Jesum, & tenuerunt eum. Et ecce unus 50
ex iis qui erant cum Jesu, extendit manum suam, & exemit gladium suum, & percussit servum principis sacerdotum, & amputavit auriculam ejus dextrâ. Tunc 51
dixit illi Jesus; Repone gladium in vaginam suam: quoniam quicunque acceperit gladium, gladio peribit. Putásne quòd 52
ego non possim rogare patrem meum, & sistat mihi plusquàm duodecim turmas angelorum? Sed quomodo implebuntur 53
scripturæ declarantes, Quòd sic oportet fieri? Et in illa hora dixit Jesus turbæ; Num ego ceu latro sum, ut exieritis ad 54
me cum gladiis & fustibus ad comprehendendum me? & quotidie apud vos in templo sedens docebam, & non tenuistis 55
me. Sed hoc fit, ut impleantur scripta 56
Prophetarum. Tunc deseruerunt eum discipuli omnes, & fugerunt. At verò illi tenuerunt Jesum, & adduxerunt 57
eum ad Caipham principem sacerdotum, quò convenerant scribæ & seniores. Et 58
sequutus est eum Petrus à longè, ad atrium principis sacerdotum: & ingressus est, ac sedit cum militibus ut videret finem.

Sectio nonagesima tertia.

Principes autem sacerdotum, & seniores, & consilium omne, quærebant con- 59
tra Jesum testimonium falsum, ut occiderent eum: & non invenerunt. Et ve- 60
nerunt testes falsi multi. Novissimè autem venerunt duo, Dicentes; Hic dixit, 61
Ego possum destruere templum Dei, & erigere illud in tribus diebus.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

48 ወዘያገብለ : ቂሃው : ትእመርተ : እንዘ : ይብል: ዘሰዲሙ : ውእቱ : ኪያሁ : ኣኀዙ::=
49 ወቀርበ : ይሁደ : ኀበ : እግዚእ : ሊየሱስ : ወሰዐሞ : ወይቤሎ : ባሕ : ረቢ::= ወይቤሎ :
50 እግዚእ : ሊየሱስ : ካልእየ : መጻእከኑ : ወእንዘኦ : እዴሆሙ : ወሊኣኀዝዎ : ለእግዚእ :
51 ሊየሱስ::= ወናሁ : ላሕዲ : እመእለ : ምስለሁ : ለእግዚእ : ሊየሱስ : ሰፍሐ : እዴሁ :
52 ወመልኣ : መጥባሓቶ : ወዘበጦ : ለግብረ : ሊቀ : ከህናት : ወሞተሮ : እገዛ::= ወይቤሎ :
እግዚእ : ሊየሱስ : ላግብእ : መጥባሓትከ : ውስተ : ቤቱ : እስሞ : ኵሉሙ : እለ : መጥባ
53 ሓት : ያንሠሉ : በመጥባሓት : ይመውቱ::= ይመስለክሙኑ : ዘሊይክል : ላስተብቍዖቶ :
54 ለእቡየ : ወያቅመ : ሊተ : ፈድፋደ : እምዐሠርቱ ፡ ወክልኤቱ : ሰራዊተ : መለእክት::= እ
55 ሮ : እንከ : ይትፈጸሙ : ቃለ : መጽሐፍ : ዘይቤ : ከመዝ : ሀለወ : ይኩን::= ወይእተ :
ጊዜ : ይቤሎሙ : ለሕዝብ : እግዚእ : ሊየሱስ : ሶቤሃ : ከመዘ : ሰራቂ : ትዴግኑ : መጻእክ
ሙ : በዕፀው : ወበመጥባሓት : ትእኅዝኒ : ወዘዕፈፉ : እነብር : መስሌክሙ : በመኵራብ : ወእ
56 ጣህር : ወሊኣኀዝክሙኒ::= ወዝኵሉ : ዘኮነ : ከመ : ይብጸሕ : ቃለ : ነቢያት :: ወእመ
ዝ : ኵሉሙ : ላርደሊሁ : ኀደግዎ : ወጐዩ::=
በሠ: ሰዓተ : ሌሊት:
57 ወእለ : ኣኀዝዎ ፡ ለእግዚእ : ሊየሱስ :: ወወሰድዎ : ኀበ: ቀያፋ: ሊቀ : ካህናት : ወኀበ : ጸሐ
58 ፍት : ወተጋብኡ : ሊቃናት::= ወተለመ : ጴጥሮስ : ባሕቲቱ: እመርሑቅ : እስከ : ዐጸ
ደ : ሊቀ : ካህናት : ወቦአ : ውስጣ : ወነበረ : ምስለ : ወዓሊ : ይርእይ : ጣሓለቅቶ : ለነገ
59 ፫::= ወይኅሠሡ : ሊቃነ : ካህናት : ወፀሓፍት : ወሊቃናት : ወኵሉ : ዕውድ : ሰጣዕተ :
60 ሓሰት : በዘ : ይቀትልዎ : ለእግዚእ : ሊየሱስ:= ወኢረከቡ : ሎቱ : ወመጽኡ : ብዙኃን :
61 ሰጣዕተ : ሓሰት : ወእለኑ :: ወድኅረ : መጽኡ : ክልኤቱ:= ወይቤሉ : ይቤ : ዝእንክል : ነ
ሢቶቶ : ለቤተ : እግዚእ : ብሑር : ወበሣልስት : ዕለት : ለንሥእ:=

Et proditor ejus dederat illis signum, dicens; Quem osculatus fuerim, ipse 48
est: prehendite eum. Et accessit Judas ad Dominum Jesum, & osculatus est 49
eum, & dixit ei; Ave Rabbi. Et dixit ei Dominus Jesus; Amice mi, venistine? 50
Et levaverunt manus suas, & non prehenderunt Dominum Jesum. Et ecce 51
unus ex illis qui cum Domino Jesu erat extendit manum suam: & evulsit gladium suum: & percussit servum principis sacerdotum, & amputavit aurem ejus. Et dixit ei Dominus Jesus; Converte gladium tuum in domum ejus: quia omnes qui gladium accipient, per gladium morientur. Existimatisne 52
quòd non possim rogare Patrem meum, & sistat mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo igitur impleretur vox scripturæ, quæ dicit; Sic 53
oportet fieri. Et illâ horâ dixit Dominus Jesus populo; Illicò tanquam latro- 54
nem persequi, venistis cum lignis & cum gladiis, ut prehendatis me: & semper sedebam vobiscum in templo, & docebam, & non me prehendistis. Et hoc to- 55
tum factum est, ut impleretur verbum Prophetarum. Et tunc omnes discipuli ejus reliquerunt eum, & fugerunt. 56

Ad nonam noctis horam.

Et illi prehenderunt Dominum Jesum, & adduxerunt eum ad Caiapham prin- 57
cipem sacerdotum, & ad Scribas, & congregati sunt seniores. Et sequutus 58
est eum Petrus solus è longè, usquè ad atrium principis sacerdotum, & ingressus est intrò, & sedit cum satellitibus, videre finem sermonis. Et quæ- 59
rebant principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores, & totum consilium testes falsos, quibus occiderent Dominum Jesum; Et non obviârunt ei: & venerunt 60
multi testes falsi, et non potuerunt: et postea venerunt duo, Et dicunt; Dixit: 61
quòd possum destruere domum Dei, et in tribus diebus erigere eam.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

صد بيست شش — بردن مسيح در خانهٔ قيافا

57 * وان كسان كه عيسي را گرفتند بخانهٔ قيافا كه بزرك اماماں † بود آوردند * ونويسندكان *
58 وپيران انجا كرد شده بودند * اما شمعون صفا از دور با عيسي مي رفت تا سراي سرور اماماں * ودر
اندرون رفت وبا سرهنكان نشست تا سر انجام كار ببيند * * بزركان واماماں وپيران وهمه جماعت
59 بر عيسي گواهي مي خواستند * تا اورا بميرانند * ونيافتند ونيز بسيار گواهان تزوير ودروغ
60 آمدند * دراخر دو كس پيش امدند * وگفتند * كه شنيديم كه اين گفته ايد
61 گفت * كه اين خانهٔ خداي را فرو اندازم * وويران كنم * وبعد از سوم روز * باز ابادان كنم

CXXVI. Abducitur Christus in domum Caiaphæ.

Et illi homines qui Jesum ceperunt, 57
domum Caiaphæ, qui maximus sacerdotum erat, adduxerunt; & Scribæ & seniores illic congregati erant. At Simeon Cephas è longinquo cum Jesu ivit usque ad aulam 58
principis sacerdotum: & introivit & cum satellitibus sedit, ut extremum finem negotii videret. Magnates autem & sacerdotes & senio- 59
res & universus cœtus, adversùs Jesum testimonium quærebant, ut illum morte afficerent. Et non in- 60
venerunt, etiamsi multi testes falsi & mendaces venirent: tandem autem duo quidam in medium venerunt, Et dixerunt; Audivimus 61
quidem hunc quem cepistis dicere, Hanc domum Dei demoliar & desolatam reddam, & post tertiam diem reædificabo.

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. Κς'.

62 Καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ, Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; 63 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς, εἶπεν αὐτῷ, Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. 64 Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Σὺ εἶπας. πλὴν λέγω ὑμῖν, Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. 65 τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, Ὅτι ἐβλασφήμησε. τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἴδε νῦν ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. 66 Τί ὑμῖν δοκεῖ; οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἔνοχος θανάτου ἐστί. 67 Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. οἱ δὲ (λ) ἐρράπισαν, 68 λέγοντες, Προφήτευσον ἡμῖν, Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; 69 Ὁ δὲ Πέτρος ἔξω ἐκαθέζετο ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ προσῆλθεν αὐτῷ μία παιδίσκη, λέγουσα, Καὶ σὺ μετὰ Ἰησοῦ ἦσθα τοῦ Γαλιλαίου. 70 Ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν (μ) πάντων, λέγων, Οὐκ οἶδα τί λέγεις. 71 Ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει (ν) τοῖς ἐκεῖ, Καὶ οὗτος ἦν μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου. 72 Καὶ πάλιν ἠρνήσατο μετὰ ὅρκου, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. 73 Μετὰ μικρὸν δὲ προσελθόντες οἱ ἑστῶτες, εἶπον τῷ Πέτρῳ, Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. Τότε ἤρξατο (ξ) καταθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, Ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησε. 75 Καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος (ο) τοῦ Ἰησοῦ, εἰρηκότος αὐτῷ, Ὅτι (π) πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω, ἔκλαυσε πικρῶς.

MS. A. (λ) ἐράπισαν, (μ) αὐτῶν πάντων, (ν) αὐτοῖς ἐκεῖ, (ξ) καταθεματίζειν (ο) Ἰησοῦ (π) πρὶν ἢ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

62 * Et surrexit summus Sacerdos, & ait ei; Nullum dás responsum? quid isti testificantur contra te? 63 Jesus verò tacebat, & subdens summus Sacerdos, dixit ei; Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Messia filius Dei. 64 Ait illi Jesus; Tu dixisti. Dico autem vobis, Ab hoc tempore vos visuros filium hominis sedentem à dextera potentiæ, & venientem super nubes cœli. 65 Tunc summus sacerdos scidit vestimenta sua, & ait; En blasphemavit: quid ergò exquiruntur nobis testes? ecce nunc audistis blasphemiam ejus. 66 Quid vultis? Responderunt & aiunt; Reus est mortis. 67 Tunc exspuerunt in faciem ejus, & infligebant ei colaphos: 68 alii verò percutiebant eum, Dicentes; Vaticinare nobis Messia, quis est qui te percussit? 69 Cephas autem sedebat extra in atrio: & accessit ad eum ancilla quædam, & ait illi; Tu quoque cum Jesu eras Nazareno. 70 Ipse autem negavit coram omnibus, & dixit; Nescio quid dicas. 71 Et quum exisset in vestibulum, vidit eum alia, & ait illis; Ibi erat etiam iste cum Jesu Nazareno. 72 Et rursus negavit cum jurejurando, Non novi hominem illum. 73 Paulò post autem accesserunt ii qui adstabant, & dixerunt Cephæ; Sanè & tu ex ipsis es: nam & locutio tua te prodit. 74 Tunc cœpit execrari, ac jurare, Non novi illum hominem. Et in ipsâ hora cantavit gallus. 75 Et recordatus est Cepha sermonis Jesu, qui dixerat ei, Antequàm cantet gallus, tribus vicibus abnegabis me. Et egressus foràs flevit amarè.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

62 * سرور اماسان بدو گفت * چرا جواب نمي دهي * بر آنان گه بر تو گواهي مي دهند * 63 عيسي خاموش شده بود * وهيچ نمي گفت * باز سرور اماسان آغاز کرد وبدو گفت * بخداي زنده ترا سوگند مي دهم با ما راست بگوي توي مسيح فرزند خدا * 64 عيسي بدو گفت تو گفتي * اکنون بشما مي گويم * از اين ساعت ببينيد فرزند آدمي را بر دست راست سهمناک نشسته * وبر ابر آسمان بيايد * * 65 انگه بزرگ اماسان جامهٔ خود را دريد * گه اينک افتري کرد مرا گواهان چه حاجت است * اکنون افتري اورا شنيديد * 66 * ديگر چه مي خواهيد * جواب دادند وگفتند بمرگ ارزانيست * * 67 انگه در روي او خيو کردند * وسيلي مي زدند * ديگران اورا مي زدند * * 68 ومي گفتند اي مسيح * براي ما پيغمبري کن گه ترا زد * صد بيست هفت منکر شدن شمعون صفا از مسيح * صفا بيرونتر در سراي نشسته بود * کنيزکي پيش او آمد وگفت و 69 تو با عيسيٰ ناصري بودي * * او در برابر همگنان کفر کرد * وگفت نمي دانم چه ميگوئي * 70

Summus sacerdotum illi dixit; Quare responsum non reddis ad eos qui contra te testimonium perhibent. Jesus silentium tenuit, nec quidquam dixit. Iterùm summus sacerdotum exorsus est, & ei dixit; Per Deum viventem te adjuro, ut nobis verùm dicas: tùne es Christus Filius Dei? Jesus ei dixit; Tu dixisti. Nunc vobis dico; Ab hoc tempore videbitis Filium hominis ad manum dexteram Terribilis sedentem, & super nubes cœli veniet. Tunc maximus sacerdotum vestimentum suum laceravit, dicens; Ecce quidem blasphemavit, mihi testibus quid opus est, postquam blasphemiam illius audieritis? Quid amplius vultis? Responderunt, & dixerunt; Morte dignus est. Tunc in faciem ejus insputerunt, & colaphos impegerunt: alii cædebant eum, Et dicebant; O Christe nobis vaticinare, quis te percussit.

CXXVII. Abnegat Simeon Cephas Christum.

Cephâ autem exteriùs in aula sedente, puella ad eum accessit, & dixit; Tu cum Jesu Nazræo fuisti. Ille verò coram omnibus negavit, & dixit; Nescio quid dicis.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

62 Et surgens princeps sacerdotum, ait illi; Nihil respondes ad ea, quæ isti
63 adversùm te testificantur? Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait
illi; Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei.
64 Dicit illi Jesus; Tu dixisti: verumtamen dico vobis; Amodò videbitis filium
hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.
65 Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens; Blasphemavit: quid
66 adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam: Quid vobis vide-
67 tur? At illi respondentes dixerunt; Reus est mortis. Tunc exspuerunt in
faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt: alii autem palmas in faciem ejus de-
68 derunt, Dicentes; Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?
Petrus verò sedebat foris in atrio: & accessit ad eum una ancilla, dicens; 69
Et tu cum Jesu Galilæo eras. At ille negavit coram omnibus, dicens; Ne- 70
scio quid dicis. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, & ait 71
his qui erant ibi; Et hic erat cum Jesu Nazareno. Et iterùm negavit cum 72
juramento; Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui sta- 73
bant, & dixerunt Petro; Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua mani-
festum te facit. Tunc cœpit detestari & jurare, Quia non novisset hominem. 74
Et continuò gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixe- 75
rat; Priùs quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foràs, flevit a-
maré.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

62 * فقام رييس الكهنة وقال له اما تجيب بشيء عما شهد به هؤلاء عليك * وان يسوع كان
63 ساكتا * فقال له رييس الكهنة اقسم عليك بالله الحي ان كنت انت المسيح ابن الله الحي
64 فقل لنا * قال له يسوع انت قلت * بل اقول لكم انكم من الآن ترون ابن الانسان جالسا
65 عن يمين القوة * واتيا على سحاب السماء * حينيذ شق رييس الكهنة ثيابه * وقال قد
66 جدف ما حاجتنا الى شهود * ها قد سمعتم التجديف * ماذا ترون * فاجابوا قائلين انه
67 مستوجب الموت * حينيذ بصقوا في وجهه ولطموه * وضربوه * قائلين تنبا لنا ايها
68 المسيح من الذي ضربك * وكان بطرس في قاع الدار جالسا فجاءت اليه جارية وقالت له
69 وانت ايضا كنت مع يسوع الجليلي * فانكر قدام الجمع قائلا لست ادري ما تقولين *
70 وخرج الى الباب فراءته اخرى فقالت للذين كانوا هناك وهذا ايضا كان مع يسوع الناصري *
71 وايضا انكر وحلف اني لست اعرف هذا الانسان * وبعد قليل جاء القيام وقالوا لبطرس
72 حقا انك انت ايضا منهم وكلامك يظهرك * حينيذ بدا يلتعن ويحلف اني ما اعرف هذا
73 الانسان * وللوقت صاح الديك * فذكر بطرس الكلام الذي قاله له يسوع انه قبل ان
74 يصيح الديك تنكرني ثلث مرات * فخرج خارجا وبكى بكاء مرا *

62 Et surrexit princeps sacerdotum, & dixit ei; Non respondes quicquam de iis
quæ testati sunt isti contra te? Et verò 63
Jesus tacebat. Ait illi princeps sacer-
dotum; Adjuro te per Deum vivum, si
tu es Christus filius Dei vivi, dic no-
bis. Ait illi Jesus, Tu dixisti: Immò 64
dico vobis, Quòd vos amodò videbitis
Filium hominis sedentem à dextris vir-
tutis, et venientem super nubes cœli.
Tunc scidit princeps sacerdotum vesti- 65
menta sua, et dixit; Jam blasphemavit.
Quid opus est nobis testium? ecce jam
audistis blasphemiam. Quid vobis vi- 66
detur? Responderunt, dicentes; Pro-
fectò reus est mortis. Tunc exspuerunt 67
in faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt, et percusserunt eum, Dicentes; 68
Prophetiza nobis, ô Christe, quis est qui
te percussit? Erat autem Petrus in atrio 69
atrii sedens: et accessit ad eum ancil-
la, et dixit ei; Et tu quoque eras cum
Jesu Galilæo. Negavit autem coram 70
eo tu, dicens; Nescio quid dicas. Et 71
exiit ad januam, vidit eum alia, et
dixit his qui erant ibi; Et hic erat cum
erat cum Jesu Nazareno. Et iterum 72
negavit et juravit, quòd ego non novi
hunc hominem. Et post pusillum acce- 73
runt adstantes, et dixerunt Petro;
Verè tu es etiam ex eis, et loquela tua
te declarat. Tunc cœpit imprecari sibi, 74
et jurare; Ego non cognosco hunc homi-
nem. Et continuò cantavit gallus. Et 75
recordatus est Petrus sermonis quem dixe-
rat ei Jesus, Quòd antequam cantet
gallus, negabis me tribus vicibus. Et
egressus est foràs, et flevit fletu amaro.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

62 ወተንሥአ : ሊቀ : ካህናት : ወይቤሎ : ሊትሰመዕኑ : ዘመጠኔዝ : ያስተዋድዩከ:=> ወሊያ
63 ውሥለ : እግዚእ : ሊየሱስ : ወይቤሎ : ሊቀ : ካህናት : ለመሓልኩከ : በሕግዚአብሔር : ሕ
ያው : ካመ : ትንግረኒ : እመ : አንተሁ : ክርስቶስ : ወልዱ : ለአግዚአብሔር : ሕያው ::=>
64 ወይቤሎ : እግዚእ : ሊየሱስ : ለንተ : ትቤ : ወባሕቱ : እብለከሙ : ለመይለዚሰ : ትረኢይ
ው : ለወልደ : አጋለ : እመ : ሕያው : እንዘ : ይነብር : በየማነ : ኃይል :: ወእንዘ : ይመጽ
65 እ : በደመና : ሰማይ::=> ወሠጠጠ : ላልባሲሁ : ሊቀ : ካህናት : እንዘ : ይብል : ምንተ :
66 እንከ : ትፈቅዱ : ሎቱ : ሰማዕተ::ናሁ : ጸረፈ : ወሰማዕክሙ : ፀርፈቶ:=> ምንተ : እንከ:
67 ትብሉ : ወለሠሥለ : ወይቤሉ :: ይቅትልዎ::=> ወተፍሉ : ሠስተ : ገጹ : ወሸርዕዎ : ወ
68 ጸፍዕዎ:=> እንዘ : ይብሉ ፣ ተነብይ : ለነ : ክርስቶስ : ሎኑ : ሠእቱ : ዘለጸፍዐከ::=>
በእንተ : ዘከሙ : ክሕደ : ጴጥሮስ:
69 ወጴጥሮስ : ይነብር : ለፍለ : ሠስተ : ዐጸድ : ወመጽአት : ወለተ : ወትቤሎ : ለንተሂ : ም
70 ለ : እግዚእ : ሊየሱስ : ገሊላዊ : ሀለውከ::=> ወክሕደ : በገጸ : ኵሉ : እንዘ : ይብል : ሊ
71 ያለመሮ : ዘትብሊ::=> ወወፂለ : ሖሳተ : ርእየቶ : ክልእት : ወትቤሎሙ : ለአለ : ህየ :
72 ይቀውሙ : ዝኒ : ሃሎ : መክለ : እግዚእ:ሊየሱስ : ናዝራዊ:=> ወክሕደ: ካዕበ: ወመሐለ :
73 ከመ : ሊያለመሮ : ለውእቱ : ብእሲ::=> ወሕቀ : ብዂሉ : መጽሉ : አለ : ይቀውሙ : ወይ
74 ቤልዎ : ለጴጥሮስ : አማን : ለንተሂ : እመኔሆሙ : ለንተ : ወነገርከ : ያወውቅ:=> ወእመ
ዝ : ወመሐለ : ወተረገመ : ከመ ፡ ሊያለመሮ : ለውእቱ : ብእሲ :: ወበጊዜሃ ፡ ነቅወ : ያር
75 ሆ::=> ወተዘከረ : ጴጥሮስ : ቃሉ : ለጎዚእ : ሊየሱስ : ዘይቤሎ : ለወልስ ፣ ትክሕደኒ : ዘ
እንበለ : ይነቁ : ደርሆ : ወወፅላ ፡ ለፍለ : ወበከየ : መሪረ::=>

Et surrexit princeps sacerdotum, & dicit ei; Nonne audis quantum te accu- 62
sant? Et non respondebat ei Dominus Jesus: & dicit ei princeps sacerdotum, 63
Adjuravit te per Deum vivum, ut dicas mihi si tu es Christus filius Dei vivi.
Et dicit ei Dominus Jesus, Tu dicis: verumtamen dico vobis, Ab hoc tempore 64
videbitis filium hominis sedentem in dextra virtutis, & venientem in nubibus
cœli. Et laceravit vestimenta sua princeps sacerdotum, dicens; Quid igitur 65
opus habetis contra eum testibus? ecce blasphemavit, & audistis blasphe-
miam ejus. Quid igitur dicitis? Et responderunt, & dicebant; Occi- 66
dant eum. Et inspuerunt in faciem ejus, & colaphos impegerunt ei, & alii 67
palmis percusserunt eum, Dicentes; Vaticinare nobis Christe, quis est 68
qui te percussit?

De abnegatione Petri.

Et Petrus sedebat foris in atrio: & accessit puella, & dicit ei; Et tu cum 69
Domino Jesu Galilæo fuisti. Et negavit in facie omnium, dicens; Nescio 70
quid dicis. Et exeunte illo januam, vidit eum alia puella: & dicit illis 71
qui stabant illic, Hic fuit cum Domino Jesu Nazareno. Et negavit iterum 72
& juravit, quòd nescio hunc hominem. Et paululùm loquente eo venerunt 73
astantes, & dicebant Petro; Verè tu ex illis es: & sermo tuus manifestum fe-
cit. Tunc autem & juravit & maledixit, quòd non novi hunc hominem: & sta- 74
tim resonuit gallus. Et recordatus est Petrus sermonis Domini Jesu, quem 75
dixerat ei; Ter negabis me, priusquàm resonat gallus. Et exivit foràs, &
flevit amarè.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

71 * چون از انجا بيرونتر رفت * كنيزكي ديكر ديد وكفت بديشان اين مرد نيز با عيسي
72 ناصري بود * * باز بسوكندها كفر كرد * كه ان مرد را نمي شناسم * * اندكي بيشتر
73 از انك ايستاده بودند پيش صفا آمدند * وكفتند بحقيقت † تو از ايشان هستي اينك سخنان
74 تو ترا مي نمايد * * انكه صفا اغاز كرد بنفرين وسوكندها كه ان مرد را من نمي
75 شناسم * وهماندم خروس بانك زد * * صفا كلمهٔ مسيح را كه بدو كفته بود ياد اورد *
كه زودتر از انك خروس بانك دارد تو سه بار مرا انكار كني * از انجا بيرون رفت وتلخناك
بكريست * وكناه او عفو شد

71 *Cùm illinc egressus esset, puella* 71
altera cum *vidit, et dixit illis;*
Hic homo etiam cùm Jesu Naza-
reo fuit. Iterùm cum juramen- 72
to negavit, dicens; *Quia ipsum*
hominem non novi. Paulò ulte- 73
riùs quidam ex eis qui astabant
ad Cephan venerunt, et dixe-
runt; In veritate tu ex illis es,
ecce verba tua te declarant.
Tunc Cephas cœpit cum execra- 74
tione et jureiurando asserere,
quòd hunc hominem ego non no-
vi: et continuò gallus vocem
emisit. Cephas verbum Chri- 75
sti, quod ei dixerat; in memoriam
revocavit; quòd priusquàm gal-
lus vocem ediderit; tu tribus vi-
cibus me abnegabis: illinc ex-
que egressus est & amarè flevit, et
peccatum ejus remissum est.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ. ΚΕΦ. ΚΖ'.

CAP. XXVII. κζ'.

τιζ'
β
τιη
α
κζ'
τιθ
ι

1 Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ
οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε θανατῶσαι αὐτόν. Καὶ δήσαντες
2 αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι. Τότε
3 ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε
τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ πρεσβυτέροις, λέγων,
4 Ἥμαρτον, παραδοὺς αἷμα ἀθῷον. Οἱ δὲ εἶπον, Τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ (α)ὄψει.
5 Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ ἀνεχώρησε· καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Οἱ δὲ
6 ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια, εἶπον, Οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς
Κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι. Συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν
7 ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις. Διὸ ἐκλήθη

ager ille, Ager sanguinis, usque hodiè. Tunc impletum est quod
8 ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, Ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ
9 Jeremiam Prophetam, dicentem; Et acceperunt triginta argenteos, pretium
(β) Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν
appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel: Et dederunt eos in agrum
10 τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ τῶν Ἰσραήλ· Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν
figuli, sicut constituit mihi Dominus. At Jesus stetit ante præsi-
11 τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγε-
dem: & interrogavit eum præses, dicens; Tu es rex Judæorum?
μόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμὼν, λέγων, Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;
Ait Jesus dixit illi; Tu dicis. Et in accusari ipsum à
12 ὁ δὲ Ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, Σὺ λέγεις. Καὶ ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ
13 principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi
τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Τότε λέγει αὐτῷ
Pilatus; Non audis quanta te contra testantur? Et non respondit ei
14 ὁ Πιλάτος, Οὐκ ἀκούεις πόσα σοῦ καταμαρτυροῦσι; Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ
ad ullum verbum, ita ut mirari præsidem vehementer. Per autem diem
15 πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν. Κατὰ δὲ ἑορ-
solennem consueverat præses absolvere unum turbæ vinctum, quem voluissent.
τὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον.
τκγ' Habebant autem tunc vinctum insignem, dictum Barabbam.
16 Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν.

MS. A. (α) ὄψῃ. (β) Ἱερεμίου

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Matutinis feriâ sextâ passionis. 70.

CAP. XXVII.

1 Quum autem esset diluculum, consilium inière adversùs Jesum principes sacerdotum, & seniores populi, ut eum morti addicerent. Et vincierunt eum, eumque adduxêre, ac tradiderunt Pilato præfecto. Tunc 3 Judas proditor, quum vidisset damnatum esse Jesum, pœnituit, & profectus restituit illos triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus. Et ait; Peccavi, quip- 4 pe qui prodiderim sanguinem justum. At illi dixerunt ei; Quid ad nos? tu noveris. Et projecit pecuniam in templum, & discessit; abiensque strangulavit sese. Principes 6 verò sacerdotum tulerunt pecuniam, dicentes; Non licet mittere ipsam in locum oblationis, quoniam pretium sanguinis est. Et 7 inierunt consilium, emeruntque ex eo agrum figuli, ad monumentum peregrinorum. Propterea appellatus fuit ager ille, Ager san- 8 guinis, ad hunc usque diem. Tunc impletum est quod dictum fuerat per prophetam, 9 dicentem; Et accepi triginta argenteos, pretium Pretiosissimi, de quo pacti sunt à filiis Israel. Et dedi eos pro agro figuli, ut præ- 10 cepit mihi Dominus. Ipse verò Jesus stetit 11 coram præfecto: & interrogavit eum præfectus, & dixit ei; Tu es rex Judæorum? ait illi Jesus, Tu dixisti. Quumque accusarent 12 eum principes sacerdotum & seniores, ne verbum quidem ipse respondit. Tunc di- 13 xit Pilatus, Non audis quàm multa testificentur contra te? Neque reddidit ei responsum, 14 ne ullo quidem verbo, & hac de re admiratus est valdè. Porrò in omni festo con- 15 sueverat præfectus dimittere vinctum unum populo, quem ipsi voluissent. Detinebatur 16 autem ab eis vinctus famosus, qui vocabatur Bar-Abba.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

صد بیست هشت — بردن مسیح را کرفته پیش پیلاطوس

1 * چون صباح شد بزرکان امامان وپیران خلق * براي عیسي مشورت † کردند که اورا
2 بمیرانند * بستند * واورا پیش پیلاطوس زوباشي آوردند — صد بیست نه
3 پشیمان شدن یهودا از کارخود — *واز انجا یهوداي سپارنده * چون دید که عیسي
کرفتار مرك شد * پشیمان شد * وپیش بزرك امامان رفت * سي نقره را بدیشان باز کردانید *
4 وکفت کناه کردم که خون پاك را سپاردم * ایشان کفتند ما کیستیم تو مي داني * مال را
5 در هیکل انداخت * ورفت خود را خبه کرد * انکه بزرکان امامان مال را ستدند وکفتند *
6 واجب نباشد که درخانهٔ قربان اورا بیندازیم * براي انك بهاء خونست * * اتفاق کردند
7 وزمین کوزه کر را بدان مال خریدند * براي کورستان غریبان * وآن زمین * تا این
8 ساعت * ده خون خوانده شود * اینجا تمام شد انچ در پیغمبر کفته شد
9 * نبوت — سي ازمال ستدم خون سنکي * بهاء را که ازبني اسرایيل شرط کردند *

CXXVIII. Adductio Christi capti coram Pilato.

CAP. XXVII.

1 Cùm manè factum esset, summi sacerdotes, & seniores populi, de Jesu consilium inierunt quomodo eum morti traderent. Vinxerunt 2 eum, & coram Pilato præfecto adduxerunt.

CXXIX. Pœnitentia Judæ propter facinus suum.

3 Tum deindè Judas proditor, quum vidisset Jesum morti damnari, pœnitentiam egit: & ad summum sacerdotum abiens, triginta argenteos eis reddidit, Et dixit; Pec- 4 cavi, quia sanguinem innocentem vobis tradidi. Illi respondérunt, Nos quid sumus? tu noveris. Et 5 pecuniam in templo projecit, & abiens seipsum strangulavit. Tunc 6 summi sacerdotes pecuniam acceperunt, & dixerunt; Consentaneum non est ut in domum oblationum eam conjiciamus; propterea quod pretium sanguinis est. Et consensu 7 facto, terram figuli ea pecuniâ emerunt, in sepulchretum peregrinorum. Et illa terra usque ad hanc 8 horam, Ager sanguinis vocatur. Hic impletum est quod in Propheta 9 dictum est: Prophetia.

Triginta argenteos accepi, sanguinem ponderis; pretium quod à filiis Israelis pacti sunt.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

CAP. XXVII.

1 MAnè autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seni-
2 res populi adversùs Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum,
3 & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quòd
damnatus esset; pœnitentiâ ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdo-
4 tum, & senioribus, Dicens; Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt;
5 Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit: & abiens la-
6 queo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt; Non
7 licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito,
8 emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus
est ager ille, Haceldama, hoc est, Ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc 9
impletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem; Et acceperunt
triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel: Et 10
dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Jesus autem stetit 11
ante præsidem: & interrogavit eum præses, dicens; Tu es Rex Judæorum? Dicit
illi Jesus; Tu dicis. Et cùm accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, ni- 12
hil respondit. Tunc dicit illi Pilatus; Non audis quanta adversùm te dicunt testi- 13
monia? Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehemen- 14
ter. Per diem autem solennem consueverat præses populo dimittere unum vin- 15
ctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctũ insignem, qui dicebatur Barabbas. 16

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* اَلْفَصْلُ الرَّابِعُ وَالتِّسْعُونَ *

Sectio nonagesima quarta.

CAP. XXVII.

1 * وَلَمَّا كَانَ الْغَدُ تَشَاوَرَ جَمِيعُ رُؤَسَاءِ الْكَهَنَةِ وَشُيُوخُ الشَّعْبِ عَلَى يَسُوعَ لِيَقْتُلُوهُ * 2 فَرَبَطُوهُ
3 وَمَضَوْا بِهِ إِلَى فِيلَاطُسَ الْقَائِدِ * حِينَئِذٍ لَمَّا رَأَى يَهُوذَا الَّذِي أَسْلَمَهُ أَنَّهُ قَدْ دِينَ نَدِمَ *
4 وَأَعَادَ الثَّلَاثِينَ الْفِضَّةَ إِلَى رُؤَسَاءِ الْكَهَنَةِ وَالشُّيُوخِ * وَقَالَ أَخْطَأْتُ فِي تَسْلِيمِي دَمًا زَكِيًّا *
5 6 فَقَالُوا لَهُ بِحَسْبِ مَا عَلَيْنَا أَنْتَ أَعْلَمُ * فَطَرَحَ الْفِضَّةَ فِي الْهَيْكَلِ ثُمَّ مَضَى فَاخْتَنَقَ * فَأَخَذَ
رُؤَسَاءُ الْكَهَنَةِ الْفِضَّةَ وَقَالُوا لَا يَحِلُّ لَنَا أَنْ نَجْعَلَهَا فِي بَيْتِ الْقُرْبَانِ لِأَنَّهَا ثَمَنُ دَمٍ * فَتَشَاوَرُوا 7
8 وَابْتَاعُوا بِهَا حَقْلَ الْفَخَّارِ مَقْبَرَةً لِلْغُرَبَاءِ * وَلِذَلِكَ دُعِيَ ذَلِكَ الْحَقْلُ حَقْلَ الدَّمِ إِلَى الْيَوْمِ *
9 * حِينَئِذٍ تَمَّ مَا قِيلَ مِنْ إِرْمِيَاءَ النَّبِيِّ أَخَذُوا الثَّلَاثِينَ الْفِضَّةَ ثَمَنَ الْمُرْكَبِيِّ الَّذِي سَاوَمُوا عَلَيْهِ
10 بَنُو إِسْرَائِيلَ * وَدَفَعُوهَا فِي حَقْلِ الْفَخَّارِ * كَمَا أَمَرَنِي الرَّبُّ كَذَلِكَ أَقُولُ * فَقَامَ يَسُوعُ قُدَّامَ الْقَائِدِ 11
وَسَأَلَهُ الْقَائِدُ قَائِلًا أَأَنْتَ هُوَ مَلِكُ الْيَهُودِ فَقَالَ لَهُ يَسُوعُ أَنْتَ قُلْتَ * وَفِيمَا يُعْرِضُ عَلَيْهِ رُؤَسَاءُ 12
الْكَهَنَةِ وَالشُّيُوخُ لَمْ يُجِبْهُمْ بِشَيْءٍ * حِينَئِذٍ قَالَ لَهُ فِيلَاطُسُ أَمَا تَسْمَعُ مَا يَشْهَدُونَ بِهِ عَلَيْكَ * 13
14 * فَلَمْ يُجِبْهُ بِكَلِمَةٍ فَعَجِبَ الْقَائِدُ جِدًّا *

* اَلْفَصْلُ الْخَامِسُ وَالتِّسْعُونَ *

1 Quum autem fuisset manè, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & se-
niores populi adversùs Jesum, ut occiderent eum. Et ligaverunt eum, & ab- 2
duxerunt eum ad Pilatum ducem. Tunc 3
cum vidisset Judas qui tradidit eum, quòd jam damnatus esset, pœnitentiâ du-
ctus est, & retulit triginta argenteos
principibus sacerdotum & senioribus, Et dixit; Peccavi prodendo sanguinem 4
innocentem. Dixerunt ei, Nil ad nos, tu
cis melius. Et projecit argentum in tem- 5
plo; deindè abiit & suspendit se. Acce- 6
perunt autem principes sacerdotum ar-
gentum, & dixerunt; Non licet nobis
ponere illud in domo oblationis, quia est
pretium sanguinis. Et consilium inie- 7
runt, & emerunt eo agrum figuli, in se-
pultu am peregrinorum. Et propter hoc 8
vocatus est ille ager, Ager sanguinis, us-
que in hodiernum diem. Tunc impletum 9
est quod dictum est à Jeremia prophetа;
Acceperunt triginta argenteos pretium
innocentis, de quo pacti sunt filii Israel:
Et dederunt eos in agrum figuli. Sicuti 10
præcepit mihi Dominus, sic dico. Stetit 11
autem Jesus ante ducem: & interroga-
vit eum dux, dicens; An tu es rex Ju-
dæorum? Ait illi Jesus; Tu dixisti.
Et dum accusarent eum principes sacer- 12
dotum & seniores, non respondit iis
quicquam. Tunc dixit ei Pilatus, Non- 13
ne audis quid testificantur adversùm te?
Nec respondit ei verbum. Et miratus est 14
dux vehementer.

Sectio nonagesima quinta.

Erat autem duci consuetudo dimitten- 15
di turbæ quolibet festo vinctum, quem
voluissent. Habebant autem tunc latro- 16
nem, qui vocabatur Baranban.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

በጽባሕ : በዓርብ ::=:

1 ወጸቢሖ : ተማክሩ : ኵሎሙ : ሊቃነ : ካህናት : ወሊቃናተ : ሕዝብ: ይቅትልዎ : ለእግዚእ :
2 ጌሢሱስ ::=: ወአሰሮሙ : ወአድዎ: ወመጠውዎ : ላጲላጦስ: ጸንጢናዊ: ለመልእካ: አሕዛብ ::=:
በእንተ : ዘከመ : ነሰሐ : ይሁዳ ::=:
3 ወእመዝ : ሶበ : ርእየ : ይሁዳ : ዘለግብሶ: ከሙ: ለርስሕዎ : ነሰሐ : ወለግብአ : ወንስተ : ሠ
4 ላሰ : ብሩረ : ለሊቃነ : ካህናት : ወለረበናት : ወለሊቃውንት : ሕዝብ::= እንዘ : ይብል :
ኀጢአተ : ዘለግባእኩ : ደመ:ንጽሐ: ወዘለቅተልኩ : ጻድቀ:: ወይቤልዎ : ሚሳዕኩነ : ለንተ :
5 እኩሮ ::=: ወገደፉ : ወንስተ : ብሩረ : ወሰተ: ምኵራብ: ወሖረ : ወተኀንቀ : ወሞተ::=:
6 ወነሥኡሉ : ሊቃነ : ካህናት : ወንስተ : ብሩረ : ወይቤሉ : ሊይካውን : ንደዮ : ወሰተ : ቍርባ
7 ን : እስመ : ዛጠ:ደመ:ወንቱ::=: ወተማኪሮ : ተሠየጡ : ቦቱ : ሥድረ : ዘለብሐዊ :
8 ለሙቃብረ : እንግደ::= ወተሰመየ : ወንቱ : ሥድር : ሥድረ : ደመ : እስከ : ዮም::=: ወ
9 ይእተ : ለሚረ : በጽሐ :ቀለ : እርሚያስ : ነቢይ : ዘይቤ : ወነሥኡ : ሠላሰ:ብሩረ : ዛጠ :
10 ለቁቡር: ዘለክበረ:እሥደቁቀ: እስራኤል:=: ወወሀቡ: ለገራህተ: ለቤሓዊ:በከመ:አዘዘኒ:
እግዚኦስኬር ::=:

በዓርብ : በቦ : ሰዓት::=:

11 ወቀመ : እግዚእ : ለየሱሰ : ቀድሜሁ : ለመልእከ : ለሕዛብ : ወተስእሎ : መልእከ : ሕዛብ :
12 ወይቤሎ : ለንተሁ:ንጉሦ: ለለ ይሁድ: ወይቤ : እ°ዚእ : ለየሱስ : ለንተ : ትቤ::=: ወእ
ንዘ : የስተዋደይወ : ሊቃነ : ካህናት : ወሊቃውንተ : ሕዝብ:ለልቦ:ዘያወሠለው : ወሊመንተ
13 ሂ::=: ወእመዝ : ይቤሎ : ጲላጦሰ : ሊትሰመዕኑ : መጠነ : የስተዋደዩከ : ወሊያወሠሉ :
14 ወሊለለከተ : ቃለ : እሰከ : ያነክር : መልእክ : ጥቀ::=: ወበበ : በሜል : ያለመድ : መልእከ:
15 ሕሕዛብ: ለሕይወ: ለሐደ: ለሕዝብ: እመወሰተ: ውቁሐን: ዘፈቀዱ :ወዘኀረዩ::=: ወቦ:ለ
16 ሜሃ : ውቁሕ : ዘስሙ : በርባን : ስሙዕ : ሊቀ : ፊያት: ወያለመሮ: ኵሉ::=:

CAP. XXVII.

Matutinis parasceues.

ET manè consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi; 1
ut occiderent Dominum Jesum. Et ligantes eum adduxerunt eum, & tra- 2
diderunt eum Pilato Pontinæo principi populi.

De pœnitentia Judæ.

Et tunc videns Judas qui eum prodiderat, quòd condemnâssent eum? pœniten- 3
tiam egit: & restituit ipse triginta numnios argenteos principibus sacerdo-
tum, & Rabbinis, & senioribus populi, Dicens; Peccavi, quòd tradiderim 4
sanguinem innocentem; & quòd occid' fecerim Justum: & dicunt ei, Quid ad
nos? tu scito. Et projecit hoc argentum in templo; & abiit, & strangulatus 5
fuit, & obiit. Et acceperunt principes sacerdotum hoc argentum, & dicunt; 6
Non licet projicere illud in korban, quia pretium sanguinis est. Et consilium 7
capientes, emerunt pro illo terram figuli in sepulturam peregrinorum. Et nomi- 8
natur hæc terra, Terra sanguinis, usque hodiè. Et hâc die venit verbum Je- 9
remiæ prophetæ, qui dixit; Et acceperunt triginta argenteos, pretium Honorati;
quem honoraverunt ex filiis Israel. Et dederunt eum pro agro figuli, sicut con- 10
stituit mihi Dominus.

Ad tertiam horam paraseeues.

Et stetit Dominus Jesus coram præside populi, & interrogavit eum præses popu- 11
li, & dicit ei, Tune es rex Judæorum? Et dicit Dominus Jesus, Tu dicis. Et 12
quum objicerent ei principes sacerdotum, & seniores populi, nihil respon-
debat iis omninò. Et tunc dicit ei Pilatus; Nónne audis quanta objiciunt ti- 13
bi? Et non respondebat unum verbum, usq. dum miraretur præses valdè. 14
Et singulis festis mos erat præsidi populi vitam concedere unius, populo, è vinctis, 15
quem voluissent, & elegissent. Et fuit tunc vinctus cujus nomen Barban, fa- 16
mosus princeps latronum, & cognoscebant eum omnes.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

10 11 * وبرمين كورەكر ايشانرا دادم * انچنانك خدا فرمود * چون عيسي برابر پيلاطوس
روباشي ايستاد * روباشي ازو پرسيد * وكفت توي ملك يهوديان * عيسي بدو كفت تو
12 كفتي * وچون سرور امامان وپيران * بروي دروغ مي كفتند * اوچيزي جواب نداد
13 14 * وپيلاطوس † بدو كفت نمي شنوي بر توچه كواهي مي دهند * مسيح هيچ نكفت
15 وجواب نداد * بدين معني † پيلاطوس درتعجب ماند * وروباشيرا عادت بود كه هر
سال روز عيد * اسيري ازبراي عوام آزاد مي كرد * انكس را كه ايشان مي خواستند *
16 * واسيري معروف نامش برابا در زندان بود *

Digitized by Google

Cœtûs ergò illis, dixit illis Pilatus; Quem vultis absolvam vobis? 17 Συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν;
Barabbam, an Jesum dictum Christum? Sciebat enim quòd per invidiam tra- 18 Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Ἤδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρε-
didissent eum. Sedente autem illo super tribunali, misit ad eum 19 δωκαν αὐτόν. Καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν
uxor ejus, dicens; Nihil tibi & justo illi: multa enim pas- ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα, Μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔ-
sa sum hodiè per somnium propter eum. At principes sacerdotum & se- 20 παθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρε-
niores persuaserunt turbis, ut peterent Barabbam, Jesum σβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν
perderent. Respondens autem præses, ait illis; Quem vultis de 21 ἀπολέσωσιν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμὼν, εἶπεν αὐτοῖς, Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν
duobus absolvam vobis? Illi verò dixerunt; Barabbam. Dicit illis Pilatus, Quid 22 δύο ἀπολύσω ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον, Βαραββᾶν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τί
igitur faciam Jesum dictum Christum? Dicunt ei omnes; Crucifiga- 23 οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; (γ) Λέγουσιν αὐτῷ πάντες, Σταυρωθήτω.
tur. At præses ait; Quid enim mali fecit? Illi autem abundè clamabant, di- τω. ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη, Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέ-
centes; Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis 24 γοντες, Σταυρωθήτω. Ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον
tumultus fieret, Summens aquam lavit manus coram turbis, dicens; θόρυβος γίνεται, λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου, λέγων,
Innocens sum à sanguine justi hujus: vos videritis. Et (δ) αἵματος τοῦ δικαίου τούτου· ὑμεῖς ὄψεσθε. Καὶ 25
respondens universus populus dixit; Sanguis ejus super nos, & super nostros no- ἀποκριθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἶπε, Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡ-
stros. Tunc absolvit illis Barabbam: at Jesum flagellans, μῶν. Τότε ἀπέλυσεν αὐτοῖς τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας, 26
tradidit ut crucifigeretur. Tunc milites præsidis assumentes παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ. Τότε οἱ στρατῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν 27
Jesum in prætorium, coegerunt ad eum universam cohortem. Et Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν. Καὶ 28
exuentes eum, circumdederunt ei chlamydem coccineam. Et plectentes co- ἐκδύσαντες αὐτὸν, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην. Καὶ πλέξαντες στέ- 29
ronam de spinis, imposuerunt super caput ejus, & arundinem in φανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κάλαμον (ε) ἐπὶ τὴν
dextera ejus: & genuflectentes ante eum, illudebant ei, dicen- δεξιὰν αὐτοῦ· καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἐνέπαιζον αὐτῷ, λέγον-
tes, Gaude, rex Judæorum. Et insputentes in eum, acceperunt τες, Χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Καὶ ἐμπτύσαντες εἰς αὐτὸν, ἔλαβον 30
arundinem, & percutiebant in caput ejus. Et postquâ illuserunt ei, τὸν κάλαμον, καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν αὐτῷ, 31
exuerunt eum chlamydem: & induerunt eum vestimentis ejus: & ab- ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ· καὶ ἀπ-
duxerunt eum ad crucifigendum. ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι.

MS. A. (γ) Λέγουσιν πάντες, (δ) αἵματος τούτου τοῦ δικαίου· (ε) ἐν τῇ δεξιᾷ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 ܘܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܦܝܠܛܘܣ ܡܢ ܬܒܥܝܢ ܠܟܘܢ ܐܫܪܝ ܐܢ ܒܪܐܒܐ ܐܘ ܝܫܘܥ ܕܡܬܩܪܐ ܡܫܝܚܐ
18 ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܓܪ ܕܒܓܢܝܘܬܐ ܡܣܪܘܗܝ ܠܗ ܐܡܪ ܠܗ ܕܝܢ ܒܗ ܒܗ ܒܗ

Versio VULGATA LATINA.

17 Congregatis ergò illis, dixit Pilatus; Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an
18 Jesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per invidiam tradidissent eum.
19 Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens; Nihil tibi & ju-
20 sto illi: multa enim passa sum hodiè per visum propter eum. Principes autem sa-
cerdotum, & seniores, persuaserunt populis ut peterent Barabbam, Jesum verò per-
21 derent. Respondens autem præses, ait illis; Quem vultis vobis de duobus dimit-
22 ti? At illi dixerunt; Barabbam. Dicit illis Pilatus; Quid igitur faciam de Jesu,
23 qui dicitur Christus? Dicunt omnes; Crucifigatur. Ait illis præses; Quid enim
24 mali fecit? At illi magis clamabant dicentes; Crucifigatur. Videns autem Pila-
tus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: acceptâ aquâ, lavit manus co-
ram populo, dicens; Innocens ego sum à sanguine justi hujus: vos videritis. Et 25
respondens universus populus, dixit; Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.
Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigere- 26
tur. Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregaverunt ad 27
eum universam cohortem: Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumde- 28
derunt ei, Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arun- 29
dinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes; Ave rex
Judæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput 30
ejus. Et postquàm illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vesti- 31
mentis ejus, & duxerunt eum ut crucifigerent.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

17 * وفيما هم مجتمعون قال لهم فيلاطس من تريدون ان اطلق لكم * اباربان ام يسوع الذي
18 يقال له المسيح * لانه كان علم انهم انما اسلموه حسدا * وفيما هو جالس على المنبر ارسلت
19 امرأته اليه قائلة بحسب ذلك الصديق فاني تالمت في هذه الليلة كثيرا في الحلم من اجله *
20 ورؤساء الكهنة طلبوا الى الجمع ان يسألوه في باربان ويهلك يسوع * اجابهم القائد قائلا
21 من تريدون ان اطلق لكم من الاثنين فقالوا باربان * فقال لهم فيلاطس فما اصنع بيسوع
22 الذي يقال له المسيح فقالوا كلهم يصلب * قال لهم اي سر عمل فازدادوا صياحا قائلين
23 اصلبه * فلما راى فيلاطس انه لا ينتفع شيا لكن يزداد سجسا اخذ ماء فغسل يديه
24 قدام الجمع * وقال اني بري من دم هذا الصديق انتم اخبر * فاجاب جميع الشعب
25 قائلين دمه علينا وعلى اولادنا * حينيذ اطلق باربان وجلد يسوع واسلمه ليصلب *
26 * الفصل السادس والتسعون *
27 * حينيذ اخذ جند القائد يسوع الى الايوان وجمعوا عليه الجند * وعروه والبسوه لباسا
28 احمر * وضفروا اكليلا من سوك وبركوه على راسه * وجعلوا قصبة في يمينه * ثم جثوا
29 على ركبهم قدامه * وهزوا به قائلين سلام يا ملك اليهود * وبصقوا في وجهه * واخذوا القصبة
30 وضربوا بها راسه * فلما هزوا به نزعوا عنه اللباس [ ] والبسوه ثيابه وذهبوا به ليصلب *
31

Quare dum ipsi congregati essent, dixit 17
eis Pilatus; Quem vultis ut dimittam
vobis? Baranbanum, an Jesum qui di-
citur Christus? Quoniam is sciebat 18
quòd ipsi quidem tradidissent eum per in-
vidiam. Dumque ipse sederet super tri- 19
bunali, misit uxor ejus ad eum, dicens;
Devita illum justum: nam passa sum
in hac nocte multum in somnio propter
eum. Et principes sacerdotum deprecati 20
sunt turbam, ut peterent ab eo Baranba-
num, & perderent Jesum. Respondit eis 21
Dux, dicens; Utrum vultis dimittam
vobis è duobus? Dixerunt, Baranbanum.
Ait illis Pilatus; Quid igitur faciam 22
de Jesu qui dicitur Christus? Dixerunt
omnes, Crucifigatur. Dixit eis, Quod 23
malum perpetravit? At invaluerunt cla-
mantes, & dicentes; Crucifige eum.
Cùm autem vidisset Pilatus se non profi- 24
cere quicquam, sed augeri tumultum, ac-
cepit aquam, & lavit manus suas coram
turba, & dixit; Equidem innoxius sum
à sanguine hujus justi, vos meliùs sci-
tis. Respondit universus populus, dicen- 25
tes; Sanguis ejus super nos sit & super
filios nostros. Tunc dimisit Baranbanum, 26
& flagellavit Jesum, & tradidit eum
ut crucifigeretur.

Sectio nonagesima sexta.

Tunc duxerunt milites ducis Jesum in 27
prætorium, & congregaverunt adversùs
eum cohortem: Et exuerunt eum, & 28
vestierunt eum veste purpureâ. Et nexu- 29
erunt coronam de spinis, & posuerunt
eam super caput ejus, & posuerunt arun-
dinem in dextera ejus. Deinde procu-
buerunt super genua sua coram eo, & il-
luserunt ei, dicentes; Ave rex Judæo-
rum. Et expuerunt in faciem ejus: & 30
acceperunt arundinem, eáque percusse-
runt caput ejus. Et cùm illusissent ei, 31
exuerunt eum veste purpureâ, & indue-
runt eum vestimentis suis: & duxerunt
eum ut crucifigeretur.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

17 ወእንዘ : ሃለው : ኵሉሙ : ጉቡእን : እሙንቱ : ይቤሎሙ : ጲላጦስ : ለሕዝብ : ምኑ : ትፈ
18 ቅዱ : ለሐዩ : ለክሙ : በርባንሃኑ : ወሚሞ : ሊየሱስሃኑ : ዘስሙ : ክርስቶስ:=: እስመ :
19 ያለሮር : ክሙ : በቅንለቶሙ : እግብእዎ::=: ወእንዘ: ይነብር:ውስተ: ዐውድ:ለለስት :
ጎቤሁ : ብእሲቱ : እንዘ : ትብል : ዑቅላ : ሊተሐብኅ : ላዕለ : ውእቱ : ጸድቅ : እሰመለ : ብ
ዙኅለ: ሐለሙኩለ : ዮሙለ : በሕልመለ : በእንቲኣሁለ::=:
በደግሙ : መስቀል : ዘጸሙ::=:
20 ወሊቃን : ካህናት : ወሊቃውንት : ለሆ : ለበሉ : ሕዝበ : ክሙ : በርባንሃ : ይስእሉ : ወሊየ
21 ሱስሃ : ይቅትሉ:=: ወለወሥለ : መልእክ: እስዘብ: እንዘ : ይብሎሙ : መንሃ:ትፈቅዱ :
22 እመክልሌሆሙ : ለሐዩ : ለክሙ::=: ወይቤሉ : በርባንሃ : ወይቤሎሙ : ጲላጦስ : ምንት:
23 እንካ : እርሲዮ : ለእግዚእ : ሊየሱስ: ዘስሙ: ክርስቶስ : ወይቤሉ: ኵሉሙ : ስቅሎ:=: ወ
ይቤሎሙ : መልእክ : ምንት : እኵየ : ገብረ : ወለፈድፋዶ : ጸሪካ : እንዘ : ይብሉ:ስቅሎ :
24 ስቅሎ::=: ወእመዝ : ርእየ : ጲላጦስ : ከመ:አልቦ : ዘይበቍዕ : ዘእንበለ : ክሙ : ዒዲ :
ሀከከ : ዘይከውን : ነገሠ: ማየ : ውተሃፀበ: እደሁ : በቅድሜሆሙ : ለሕዝብ:እንዘ : ይብል:
25 ንጹሕ : ለነ : እመደሙ : ለዝ : ጸድቅ : ለንትሙ : ለእመሬ::=: ወይቤሉ : ኵሉሙ : ሕ
26 ዝብ : ደሙ : ለዕቤነ : ወለዕለ : ወሉድነ::=: ወእመዝ : ፈትሐ : ሎሙ:በርባንሃ : ወቀሠ
ፎ : ለእግዚእ : ሊየሱስ : ወመጠመጡ : ይስቅልዎ::=:
በዓርብ : በረ : ሰዓት::=:
27 ወእመዝ:መስተሬትዓተ:ሐሬ: ነሠእዎ:ለእግዚእ: ሊየሱስ: እመኵናኑ: ወለስተጋብሉ : ጭጎበ
28 ሮሙ:=: ወለልበሰዎ: ከለጫደ:=: ወፀፈሬ: ላክሊለ:ዘሦክ:ወለስተቀጸልዎ: ውስተ : ርእ
29 ሱ: ወለእሳዝዎ:ሕለተ:ውስተ: የማኑ : ወለስተብረኩ : ቅድሜሁ:ወይሰለቁ: ለዕቤሁ : ወይብ
30 ልዎ:ባሕ:ንጉሠ:እይሁድ:=: ወይወርቁ:ላዕቤሁ:ወይኩሩዕዎ:በክለት:ርእሶ::=: ወተሰቢ
31 ቍሙ:ለዕቤሁ:ሰለብዎ:ውእቱ:ክሳጫደ: ወለልበሰዎ:ለልባሲሁ: ወወሰድዎ: ደስቅልዎ::=:

Et omnibus iis coactis, dicit Pilatus populo; Quem vultis salvem vobis? 17
Barbánne, aut Jesum cujus nomen est Christus? Quia sciebat quòd propter 18
invidiam eorum tradidissent eum. Et sedente eo in conventu, misit ad eum 19
uxor ejus, dicens; Caveto ne offendas contra hunc justum: quia multa somniavi
hodiè in somno propter eum.

In secunda crucifixionis Quadragesimæ.

Et principes sacerdotum, & seniores etiam allocuti sunt populum, ut Barban 20
peterent, & Jesum occiderent. Et respondit præses populi, dicens iis; Quem 21
vultis è duobus ut salvem vobis? Et dicunt, Barban. Et dicit illis Pilatus; 22
Quid igitur faciam Domino Jesu, cujus nomen est Christus? Dicunt ei omnes;
Crucifige illum. Et dicit iis præses populi; Quid mali fecit? Et ampliârunt 23
clamorem, dicentes; Crucifige eum, crucifige eum. Et videns Pilatus quòd ni- 24
hil proficeret, sed adhuc tumultus fieret, accepit aquam, & lavit manus suas
coram populo dicens; Purus sum à sanguine hujus justi: Vos attendite. Et 25
dicunt omnes populi; Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. Et tunc 26
dimisit iis Barban; Et flagellavit Dominum Jesum, & eum tradidit illis ut
crucifigerent eum.

Ad sextam parascecues horam.

Et tunc castrenses milites susceperunt Dominum Jesum à judicatorio, & con- 27
gregati sunt simul. Et induerunt eum chlamyde. Et plexuerunt coronam è 28
spinis, & in modum coronæ eam imposuerunt capiti ejus, & eum tenere fe- 29
cerunt arundinem in dextra sua: & genu flexerunt ante eum, & illudebant
super eum, & dicunt ei, Ave rex Judæorum. Et expuunt in eum, & percuti- 30
unt cum arundine caput ejus. Et quum illusissent super eum, exuerunt eum 31
chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum crucifi-
gere eum.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

25 * ایشان بانك بر اوردند † بجمع وگفتند * خون او بر ما * وازان فرزندان ما
26 * فیلاطوس چون شنید * برابا را ازاد کرد * وعیسي را بسوط زد وسپارد که بردارشود
27 * صد سي انجا که مسیح را میان داوستان بردند * انگه سرهنگان روپاشي
28 عیسي را در دهلیز بردند * عوامان وزندان بروي گرد شدند * وبرهنه اش کردند
29 وپیراهن سرخ اورا پوشانیدند * * وازخار تاج † بافتند وبر سراو نهادند * وني در دست او
دادند * ودر پیش اوزانو زدند * وبروتسخر مي کردند * ومي گفتند سلام بر تواي ملك
30 یهودیان * * وبر روي او خیو کردند * وني را ستدند وبرسراو کوفتند * وچون تسخر را تمام کردند *
31 سرخ را ازو بر کندند وجامهٔ خودش را پوشانیدند * وازانجا بردند * تا بردار اویخته شود *

Illi vocem simul extulerunt, & di- 25
xerunt, Sanguis ejus super collum
nostrum & filiorum nostrorum sit.
Pilatus cùm audisset, Barabbam 26
dimisit: & Jesum flagellavit, tra-
ditque ut in crucem ageretur.

CXXX Ubi Christum in judica-torium duxerunt.

Tunc milites præfecti, Jesum in 27
atrium duxerunt, turbis nebulonum
in eum coactis. Et nudârunt eum, 28
& tunicâ rubrâ eum induerunt. Et 29
è spinis coronam texentes, capiti ei
imposuerunt: arundinem etiam in
in manum ejus dederunt; & coram
eo genuflectebant, eúmque illude-
bant, dicentes; Pax tibi O rex Ju-
dæorum. Et in faciem ejus con- 30
spuebant, arundinemque accipie-
bant, & super caput eum percusse-
runt. Cúmque illusionem finivissent, 31
30 τὸν ναὸν, (ν) καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, Σῶσον σαυτὸν, καὶ κατάβα ἀπὸ
cruce. Similiter autem & summi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum
31 τοῦ σταυροῦ. Ὁμοίως (ξ) δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες, πρὸς ἀλλήλους μετὰ
Scribis dicebant; Alios *servavit*, seipsum non potest *servare*. Christus
32 τῶν Γραμματέων ἔλεγον, Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Ὁ Χριστὸς
rex Israel descendat nunc de cruce, ut videamus & credamus. Et
ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν. καὶ
concrucifixi ei *exprobrabant* ei. Factâ autem horâ sextâ, tenebræ
33 οἱ συνεσταυρωμένοι αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν. Γενομένης δὲ ὥρας ἕκτης, σκότος
factæ sunt per totam terram, usque in horam nonam. Et horâ nonâ
34 ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, ἕως ὥρας (ο) ἐνάτης. Καὶ τῇ ὥρᾳ τῇ (π) ἐννάτῃ
exclamavit Jesus voce magnâ; dicens, Eloi, eloi, lamma sabachthani?
ἐβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἐλωΐ, Ἐλωΐ, (ρ) λεμὰ σαβαχθανί;
quod est interpretatum; Deus meus, Deus meus, *in* quid me dereliquisti?
ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, (σ) Ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου, εἰς τί με ἐγκατέλιπες;
Et quidam *astantium* audientes, dicebant; Ecce Eliam vocat. Currens
Καί τινες τῶν (τ) παρεστηκότων ἀκούσαντες, ἔλεγον, Ἰδοὺ Ἠλίαν φωνεῖ. Δραμὼν
35
autem unus, & implens spongiam aceto, circumponénsque calamo, potum dabat
36
δέ τις, καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους, περιθείς τε καλάμῳ, ἐπότιζεν
ei, dicens; Sinite, videamus si veniat Elias *detrahere* eum. At Jesus
αὐτὸν, λέγων, Ἄφετε, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς
37
emittens vocem *magnam*, expiravit. Et *interexpansum* templi scissum est in
ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην, ἐξέπνευσε. Καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς
38
duo à *sursum* usque deorsum. Videns autem Centurio *astans* ex adverso
δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Ἰδὼν δὲ ὁ κεντυρίων ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας
39
ejus, quia sic clamans expirâsset, ait; Verè homo hic, filius erat
αὐτοῦ, ὅτι (υ) οὕτω κράξας ἐξέπνευσεν, εἶπεν, Ἀληθῶς ὁ ἄνθρωπος οὗτος υἱὸς ἦν
Dei. Erant autem & mulieres de longè *spectantes*, *in* quibus erat Maria Mag-
40 Θεοῦ. Ἦσαν δὲ καὶ γυναῖκες ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι, ἐν αἷς ἦν Μαρία ἡ Μαγ-
dalene, & Maria Jacobi *parvi*, & Joſe mater, & Salome.
δαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, καὶ Ἰωσῆ μήτηρ, καὶ Σαλώμη.

MS. A. (λ) τρίτη ὥρα, (μ) ἀυτοῦ. ***Καὶ οἱ παραπορευόμενοι (ν) καὶ τρισὶν, (ξ) καὶ οἱ (ο) ἐνάτης. (π) ἐνάτῃ (ρ) λιμὰ σιβακθανεί; (σ) Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, (τ) ἐκεῖ ἑστηκότων (υ) ὅτως

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Erat autem hora tertia, quum cruci affixerunt
25 * ܗܘܬ ܕܣܝܡܘ ܠܗ ܒܨܠܒܐ ܘܗܘ ܫܥܬܐ ܬܠܬܝܬܐ ܘܟܬܒܘ ܥܠ ܪܫܗ ܟܬܒܐ ܕܥܠܘܗܝ ܗܘ ܕܝܢ ܟܬܝܒ
eum. Erátque inſcripta occaſio mortis ipſi-
26
us in codicillo, Hic eſt Jeſus rex Judæorum.
Inſuper crucifixerunt cum eo duos latrones,
27 ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܘܥܡ ܬܪܝܢ ܠܨܘܗܝ ܚܕ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܘܚܕ ܡܢ ܣܡܐܠܗ ܘܫܠܡ ܟܬܒܐ
unum à dextera ejus, & alterum ab ejus ſini-
ſtra. Et impleta eſt ſcriptura quæ dicit;
28 * ܕܐܡܪ ܟܬܒܐ ܕܥܡ ܥܒܪܝܢ ܢܬܚܫܒ ܗܘ ܘܥܡ ܥܘܠܐ ܢܬܚܫܒ ܗܘ *
Cum flagitioſis annumeratus eſt.

Mediâ die. 39.

Quinetiâ ii qui præteribant, blaſphemabant
29 * ܘܥܒܪܝܢ ܗܘ ܕܥܒܪܝܢ ܡܬܓܕܦܝܢ ܠܗ ܘܡܢܘܥܝܢ ܪܝܫܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ ܐܘܗ ܗܘ ܕܡܚܪܒ ܗܝܟܠܐ
in eum, & motantes capita ſua, dicebant; O
30 ܘܒܬܠܬ ܝܘܡܝܢ ܡܒܢܐ ܗܘ ܫܘܙܒ ܢܦܫܟ ܘܢܚܬ ܡܢ ܨܠܒܐ * ܗܟܢܐ ܘܟܗܢܐ ܪܒܪܒܢ ܥܡ ܣܦܪܝܐ
tu qui diſſolvis templum & ædificas illud tri-
duo, Libera teipſum, & deſcende de cruce.
30
Similiter autem & principes ſacerdotum ri-
31 ܗܟܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܡܪܝܢ ܥܡ ܚܕ ܚܕ ܥܡ ܣܦܪܝܐ ܘܟܬܒܐ ܐܡܪܝܢ ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܫܘܙܒ ܠܐ ܝܟܠ ܗܘ
debant unus cum alio, necnon Scribæ, & di-
cebant; Alios ſervavit, ſeipſum non poteſt
32 ܠܡܫܘܙܒ ܢܚܬ ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܕܝܣܪܝܠ ܢܬܚܬ ܗܫܬܐ ܡܢ ܨܠܒܐ ܕܢܚܙܐ ܘܢܗܝܡܢ ܒܗ ܘܐܦ
ſervare. Meſſias rex Iſrael deſcendat nunc
31
de cruce, ut videamus & credamus ei: Quin-
ܕܥܡ ܗܢܘܢ ܕܨܠܒܘ ܥܡܗ ܡܬܚܫܒܘ ܠܗ * ܗܘ ܕܝܢ ܙܒܢ ܒܫܬ ܫܥܬܐ ܬܫܥܝܬܐ ܩܠܥ ܝܫܘܥ
etiam illi qui erant crucifixi cum eo, expro-
brabant ei.

Ad nonam horam. 40.

Quumque eſſent ſex horæ, factæ ſunt tenebræ
33 * ܒܟܠ ܐܪܥܐ ܥܕ ܫܥܬܐ ܬܫܥܝܬܐ. ܘܒܫܥܬܐ ܬܫܥܝܬܐ ܩܠܥ ܝܫܘܥ ܒܩܠ ܪܡ
ſuper univerſam terram uſque ad horam no-
nam. Et horâ nonâ exclamavit Jeſus altâ
34 * ܘܐܡܪ ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ. ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ. ܕܦܫܪ ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ
voce, & ait; Il, Il, lemono ſcebacton; hoc eſt,
Deus mi, Deus mi, quare dereliquiſti me?
35 ܠܡܐ ܫܒܩܬܢܝ. * ܘܡܢ ܕܩܪܒ ܒܗ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܠܝܢ ܐܡܪܝܢ ܗܐ ܠܐܠܝܐ ܩܪܐ ܗܘ
Quidam autem qui audierunt ex iis qui ad-
ſtabant, dicebant; Eliam vocavit. Cucur-
36 ܗܢܐ. ܘܪܗܛ ܚܕ ܘܡܠܐ ܣܦܓܐ ܘܫܕܐ ܥܠ ܩܢܝܐ * ܘܐܫܩܝܗ ܠܡܫܬܐ ܘܐܡܪ ܐܢܘܢ ܫܒܘ
rit autem quidam, & implevit ſpongiam ace-
to, alligavitque calamo ut propinaret ei. Et
dicebant; Sinite, videamus an veniat Elia
37 ܢܚܙܐ ܗܠ ܐܬܐ ܐܠܝܐ ܠܡܢܣܒ ܠܗ. * ܘܝܫܘܥ ܕܩܪܐ ܒܩܠ ܪܡ ܘܫܒܩ ܘܐܫܠܡ ܪܘܚܗ.
deſcenſum ei præbiturus. Ipſe verò Jeſus
38
clamavit altâ voce, & finivit. Et ſuperfici-
es valvarum templi ſciſſa eſt in duas partes,
39 ܘܦܪܣܬ ܦܬܘܚܐ ܕܗܝܟܠܐ ܠܬܪܝܢ ܡܢ ܠܥܠ ܥܕ ܠܬܚܬ. * ܘܟܕ ܚܙܐ ܗܘ ܩܢܛܪܘܢ ܕܩܐܡ
à ſummo uſque ad imum. Quum vidiſſet
autem Centurio ille qui ſtabat apud ipſum,
ܩܕܡ ܗܘ ܕܐܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܗܘ ܐܡܪ ܕܗܟܢܐ ܩܪܐ ܘܐܫܠܡ ܐܡܪ ܕܒܪ ܐܢܫ ܗܢܐ ܗܘ ܒܪ ܐܠܗܐ.
eum ita clamâſſe, & finiiſſe, dixit; Verè ho-
mo iſte erat filius Dei. Erant autem mulie-
40 * ܐܝܬ ܐܢܬܬܐ ܕܡܛܝܠܢ ܡܢ ܪܚܩ ܘܒܝܢܬܗܝܢ ܡܪܝܡ ܡܓܕܠܝܬܐ ܘܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܥܩܘܒ
res procul ſpectantes, Maria Magdalena, &
Maria mater Jacobi minoris, & Joſe, & Sa-
ܙܥܘܪܐ ܘܝܘܣܦ ܘܫܠܘܡܬ ܕܟܕ ܗܘܬ ܒܓܠܝܠ ܡܫܬܡܫܢ ܠܗ ܘܫܪܬܐ ܐܚܪܢܬܐ ܕܣܠܩܘ ܥܡܗ
lomis.

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

25 * وچون اورا بر صليب كردند * در سوم ساعت * كه اورا بر صليب اويختند * بهانه
26
مرك اورا در كتاب † نبشته شد * كه اينست ملك يهوديان * * ودو دزد با وي † اويختند
27
28 يكي بر دست † راست † او ويكي بر دست † چپ † او * تا تمام شود كتاب كه
29 گفت با گنه كاران شمارده شود * * وايشان نيز كه مي گذشتند * بر وي افتري †
مي كردند * وسر مي جنبانيدند * ومي گفتند اي خراب كننده هيكل وتا سه
30 روز † ابادان كن * * اگر مي توائي نفس خودرا برهان * واز صليب فرو بيا * * واين
31
چنين بزركان واماميان نيز با يكديگر مي خنديدند * ونويسندگان مي گفتند * كه ديگرانرا
32 زنده كرده نمي توانند خودرا زنده كردن * * بانك مي زدند اي مسيح ملك اسرائيل از صليب
فرو بيا * تا ببينيم وبتو ايمان بياوريم * وان دو دزد نيز كه با وي بدار كرده بودند * *
33 بروي عيب مي كردند * * ودر ششم ساعت بر همه روي زمين تاريكي پيدا شد *
34 تا نهم ساعت * * ودر نهم ساعت عيسي † باواز بلند نعره زد وگفت * ايلي
ايلي چرا مرا فرو گذاشتي * ومعني آن خداي من خداي من چرا مرا گذاشتي *

Et cùm eum in crucem egiſſent, 25
in tertiâ horâ poſtquàm eum in
cruce ſuſpendiſſent, Prætextus 26
mortis ejus in libello ſcriptus eſt,
quòd, Hic eſt rex Judæorum.
Et duos latrones cum eo ſuſpen- 27
derunt; unum ad manum dex-
tram ejus, & alterum ad ma-
num ſiniſtram ejus. Ut implere- 28
tur Scriptura, quæ dicit, Cùm
peccatoribus numeratus eſt. Et 29
illi etiam qui tranſibant, ei con-
viciabantur, & caput moventes
dicebant; O qui demoliris tem-
plum & intra tres dies ædificas,
Si potes teipſum libera, & de 30
cruce deſcende. Et ſimiliter ma- 31
gnates & ſacerdotes etiam ali-
us cum alio ridebant, & Scri-
bæ dicebant; Alios quidem vi-
vos fecit, non poteſt ſeipſum
vivum ſervare. Et clamabant; 32
O Chriſte rex Iſrael, de cruce de-
ſcende, ut videamus, & tibi fi-
dem habeamus: & iſti duo la-
trones etiam, qui cum eo in
crucem acti erant, eum probris
affecerunt. Et in ſexta hora 33
univerſæ faciei terræ caligo ob-
orta eſt, uſque ad nonam ho-
ram. Et in nona hora Jeſus 34
voce altâ exclamavit, Et di-
xit; Eli, Eli, cur me dereli-
quiſti? cujus ſignificatio eſt, Deus
mi, Deus mi, quare me deſeruiſti?

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

25 Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ ejus in-
26 scriptus; REX JUDÆORUM. Et cum eo crucifigunt duos latrones; unum à
27 dextris, & alium à sinistris ejus. Et impleta est scriptura quæ dicit; Et cum
28 iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, moventes capita
29 sua, & dicentes; Vah, qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædi-
30 ficas: Salvum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sa-
31 cerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant; Alios salvos fecit,
32 seipsum non potest salvum facere. Christus rex Israël descendat nunc de cru-
ce, ut videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, convitiaban-
33 tur ei. Et factâ horâ sextâ, tenebræ factæ sunt per totam terram usque in
horam nonam. Et horâ nonâ exclamavit Jesus voce magnâ, dicens; Eloi, 34
Eloi, lamma sabacthâni? quod est interpretatum; Deus meus, Deus meus,
ut quid dereliquisti me? Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant; 35
Ecce Eliam vocat. Currens autem unus, & implens spongiam aceto, cir- 36
cumponénsque calamo, potum dabat ei, dicens; Sinite, videamus si veniat
Elias ad deponendum eum. Jesus autem emissâ voce magnâ expiravit. Et velum 37
templi scissum est in duo, à summo usque deorsùm. Videns autem Centurio, qui 38
ex adverso stabat, quia sic clamans expirâsset, ait; Verè hic homo Filius Dei erat. 39
Erant autem & mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, 40
& Maria Jacobi minoris & Joseph mater, & Salome:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

25 * وكان وقت الساعة الثالثة وصلب * الفصل الثالث والخمسون * وكانت عليه 26
Erat autem tempus horæ tertiæ, & crucifixus fuit. 25

Sectio quinquagesima tertia.

27 صفه مكتوبة انه ملك اليهود * وصلبوا معه لصين واحدا عن يمينه واخر عن يساره * وتم 28
Et erat super illâ titulus scriptus, Quòd ipse esset rex Judæorum. Et crucifixe- 26
runt cum eo duos latrones, unum à dextera ejus, & alterum à sinistra ipsius. Et 27
completa est scriptura dicens, Eum fore numerandum inter sceleslos. Et qui præ- 28
teribant ante eum, blasphemabant eum, et movebant capita sua, ac dicebant; O qui 29
dissolvit templum, & ædificat illud in tribus diebus, Salvum te fac, & de- 30
scende de cruce. Et principes sacerdotum 31
deridebant alter cum altero, itidemque
Scribæ, dicētes; Salvavit alios, nónne po-
test salvare seipsum? Si est ipse Christus 32
rex Israel, descendat nunc de cruce, ut vi-
deamus eum, & credamus in eum. Et qui
crucifixi fuerant tum eo, convitiabantur
ei similiter. Cùm autem fuisset tempus 33
horæ sextæ, factæ sunt tenebræ super ter-
ram universam usq; ad tempus horæ nonæ.

Sectio quinquagesima quarta.

Et tempore horæ nonæ exclamavit Jesus 34
voce altâ, dicens; Ili, Ili, lamma azabta-
ni? cujus interpretatio est, Deus meus,
Deus meus, quare dereliquisti me? Et 35
quum audissent quidam ex astantibus,
dixerunt; Ecce, vocat Eliam. Et cucur- 36
rit unus & implevit spongiam aceto, &
extulit eam super arundinem, & potavit
eum, dicens; Sinite cum, ut videamus
utrùm Elia veniat ad deponendum eum.
Exclamavit autem Jesus voce altâ, & 37
tradidit spiritum. Et scissum est velum 38
operculi templi in duo, à summo ad imū.
Cùm autem vidisset Dux centum qui sta- 39
bat ex adverso ipsius, quòd jam tradi-
disset spiritum, ait; Verè quidem hic ho-
mo est filius Dei. Et mulierss aspicie- 40
bant à longé: ex quibus erat Maria
Magdalene, et Maria mater Jacobi mi-
noris, et mater Josis, et Salome.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

በዓርብ : በጎ : ሰዓት:

Sextâ horâ paraſcenes.

25 ወሰዶስቱ: ሰዓት: ሶቤሃ: ጊዜ: ይሰቅልዎ::=> ወይብል:መጽሐፈ: ጌጋዩ: ኀጥዓ: Et sexta hora *erat* quando crucifigebant eum. Et dicebat inſcriptio criminis e- 25
26 ለሕይሁድ::=> ወሰቀሉ: ምስሌሁ: ክልኤት: ፈያት:እሓደ: በየማኑ:ወእሓደ: በፀጋ jus, REX JUDÆORUM. Et crucifixerunt cum illo duos latrones; unum ad dextrâ 26
27 ሙ::=> ወተፈጸመ: መጽሐፍ: ዘይቤ: ተኁለቀ: ምስለ: ዐማፂያን::=> ወኀሊፉትሂ: ejus, & unum ad ſiniſtram ejus. Et impleta fuit ſcriptura, quæ dicit; Numerat 27
28 ይፀርፈ: ላዕሌሁ: ወይሓውሱ: ርእሶሙ: ወይብልዎ: ዘይነሥአ : ለቤተ : መቅደስ : ወ eſt cum iniquis. Et prætereuntes blaſphemabant contra eum, & movebant capi- 28
29 በሠሉስ: መዋዕል: ይሐንጾ::=> ኦድኅኒ: ርእሰከ: ወርደኢ: ወረድ: እመስቀልከ::=> ta ſua, & dicebant ei; Deſtruens Domū ſanctam, & triduo ædificans, Libera te- 29
30 ወከማሁ: ሊቃነ: ካህናትኒ: ወጸሐፍት: ይሰለቁ: ለዕሌሁ : ወይብልዎ: ዘከዕደ : ያድ ipſum & adjuvato, & deſcende à cruce tua. Et ſimiliter principes ſacerdotum 30
31 ሓኀ: ወርእሶ: ሊይክል: ስእነ: አድኅኖ::=> ወክርስቶስኒ: ውእቱ: ንጉሠ: እስራኤ & ſcribæ illudebant ſuper eum, & dicebant; Qui alium ſervat, & ſeipſum non 31
ለ: ይረድኄ: ይእዜ: እመኑ: ምስቀሉ: ወኀርእይ: ወኀእመኑ: ቦቱ:: ወእለኒ: ትሰቅሉ: potuit ſervare. Et Chriſtus ille rex Iſrael deſcendat igitur nunc è cruce ejus, 32
33 መስሌሁ: ይዘነጕጕዎ::=> ወሰበ: ኮነ: ጊዜ: ቀትር: ጸልመ: ጸሓይ: ወኵሉ: ዓለ & videbimus & credemus in illo. Et qui crucifixi erant cum eo exprobrabant
ም: ጸልመ: እስከ: ተሰዓት::=> በዓርብ:በዘ: ሰዓት::=> ei. Et quum meridies eſſet, ſol tenebroſus fuit, & totus mundus tenebroſus fuit, 33
usque ad nonam *horam*.

Nonâ horâ paraſcenes.

34 ወጊዜ: ተሰዓት: ኦሳት: ገኀረ: እግዚእ: ሊየሱስ: በዓቢይ: ቃል:ወይቤ: ሌሎሄ: ሌሎ Et tempore horæ nonæ exclamavit Dominus Jeſus magnâ voce, & dixit; Elohe, 34
ሄ: ለማ: ሰበቀተኒ : ወበትርጓሜሁ : ይብል : አምላኪየ: ለምላኪየ: ለምንት: ሓደገ Elohe, lama ſabacthani? & in expoſitione ſua dicit, Deus meus, Deus meus,
35 ኒ::=> ወቦ: እለ: ይቤሉ: እመእለ: ይቀውሙ: ሌልየሰሃ: ይጼውዕ::=> ወርጸ: አሐ quare dereliquiſti me? Et fuerunt quidam qui dicebant ex adſtantibus; Eliam vo- 35
36 ዱ: ወመልአ: ስፍንገ: ብሒጺ: ወለሰረ: በሕለበት: ወአስተዮ: ወይቤሉ:ሓድጉ: ኒር cat. Et cucurrit quidam, & implevit ſpongiam aceto, & alligavit eum calamo, & 36
37 ኦዮ: ለእሙ: ይመጽእ: ሌልየስ፣ ያወርደ::=> ወገኀረ: እግዚእ: ሊየሱስ: በዓቢይ potum dedit, & dixit; Sinite, videamus ſi veniat Elias deponere eum. Et clama- 37
38 ቃል: ወወፅአት: መንፈሱ: ሶቤሃ::=> ወተሠጠ: መንጦለዕተ: ምጵራብ: ለክልኤ:እ vit Dominus Jeſus cum magna voce, & exivit ſpiritus ejus ſtatim. Et ſciſſum fuit 38
39 መላዕሉ: እስከ: ታሕቱ::=> ወርእዮ: ሱራዊ: ዘይቀውም: መንጸረ: ከመ: ከመዝ: velum templi in duas partes, à ſummo uſque ad imum. Et videns miles qui ſta- 39
40 ሂሮ: ሞተ : ይቤ: ለማኑ: ዝንቱ: ብእሲ: ወልደ: እግዚኦብሔር : ውእቱ::=> ወ bat ex adverſo, quòd ſic clamans obiiſſet, dixit; Amen hic homo filius Dei eſt.
ለዋ: ለእስት: ይቀውማ: ወይኔጽሩ : እመርሑቅ : ሚርያ: መግደላዊት: ወማርያ: እን Et erant mulieres ſtantes & ſpectantes procul, Maria Magdalene, & Maria quæ 40
ተ: ያዕቆብ: ዘይንእስ: ወእሙ: ለዮሴፍ : ወሰሎሜ::=> *erat* Jacobi Minoris, & mater Joſephi, & Salomé.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

35 * وكساني كه ازان جماعت ايستاده بودند كفتند ايليارا مي خواند * دويد يكي وابرك را 36
Et quidam, qui ex turba aſtan- 35
tes erant, dicebant; Eliam vo-
cat. Cucurrit unus, & ſpon- 36
giam aceto implevit, & ſummæ
arundini impoſuit, ut eum po-
taret: dicebant; Sine, ut vide-
amus, num Elias veniat & eum
liberet. Tunc Jeſus clamorem 37
emiſit, & animam reddidit.
Eodem momento facies portæ 38
templi in duas partes ſciſſa eſt,
à ſummo ad imum. Militum 39
dux qui illic aderat, cum vo-
cem audiſſet, & hæc vidiſſet,
fidem habuit & dixit; Cer-
tum eſt, quòd hic vir Filius
Dei eſt. Erant autem mulieres ali- 40
quot, quæ è longinquo ſpectabant,
ut Maria Magdalene, et Maria ma-
ter Jacobi parvi, & Joſe, & Sa-
lomé.

پر سركه كرد * وبر سر ني نهاد * تا اورا بخوراند كفتند * اورا بكذار تا ببينيم * مكر ايليا بيايد
37
38 واورا برهاند * * انكه عيسي نعره زد وجانرا سپارد * * همانديم روي در كذشت * بدونيمه
39 شكافت * از بالا تا زير * * سپه سالار كه انجا حاضر بود * چون اوارشنيد * وان حال بديد * ايمان
40 آورد وكفت راست است كه اين مرد فرزند خداست * * وبودند زناني چند * كه از
دور نكه مي كردند * چون مريم مجدلاني * ومريم مادر † يعقوب † كوچك * ويوسا *
وسلوم *

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ. ΚΕΦ. ΜΗ'.

Quæ & cùm esset in Galilæa, sequebantur eum & ministrabant ei: &
41 (φ) Αἳ ὅτε ἦν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, ἠκολούθουν αὐτῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ· (χ) καὶ
aliæ multæ *illæ* simul *consciscse ei in* Hierosolymam. Et jam sero *facto*, ΜΗ'
42 ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱερουσάλυμα. Καὶ ἤδη ὀψίας γενομένης, σπζ
(quia erat Parascene, quod est ante-Sabbatum,) Venit Joseph ab Ari-
43 (ψ) (ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστι (ω) προσάββατον,) Ἦλθεν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἁρι- α
mathæa, *honestus consul* qui & ipse erat expectans regnum
μαθαίας, εὐσχήμων βουλευτὴς, ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν
Dei, *ausus* introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.
τοῦ Θεοῦ, τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον, καὶ ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ.
At Pilatus mirabatur si jam *mortuus fuisset*. Et *advocans Centurionem*,
44 Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε. καὶ προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα,
interrogavit eum si *dudum* mortuus esset. Et *cognoscens* à Centurione, donavit
45 ἐπηρώτησεν αὐτὸν εἰ πάλαι ἀπέθανε. Καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος, ἐδωρήσατο
corpus Joseph. Et mercatus sindonem, & *detrahens* eum, involvit sin- σκη
46 τὸ σῶμα τῷ Ἰωσήφ. Καὶ ἀγοράσας σινδόνα, καὶ καθελὼν αὐτὸν, ἐνείλησε τῇ σιν- α
done; & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra: &
δόνι, καὶ (α) κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας· καὶ
advolvit lapidem ad ostium monumenti. *At* Maria Magdalene, &
47 προσεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου. Ἡ δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, (β) καὶ σκθ
Maria *Josæ spectabant* ubi poneretur. ς
Μαρία Ἰωσῆ ἐθεώρουν ποῦ (γ) τίθεται.

CAP. XVI. ις'.

Et *peracto Sabbato*, Maria Magdalene, & Maria *quæ* Jacobi, & σλ
1 Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου, καὶ η
Salome, emerunt aromata, ut venientes ungerent *ipsum*. Et valdè manè una
Σαλώμη, ἠγόρασαν ἀρώματα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν. Καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς 2
Sabbatorum veniunt ad monumentum, exorto Sole. Et dicebant
σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Καὶ ἔλεγον 3
ad *se*; Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? (Et
πρὸς ἑαυτάς, Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; (Καὶ 4
respicientes *spectant quòd devolutus esset lapis;*) Erat quippe magnus valdè.
ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος.) ἦν γὰρ μέγας σφόδρα.
Et introëuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris,
Καὶ εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, 5
circumamictum *stolam candidam*: & obstupuerunt. *Ille verò* dicit illis; Ne σλα
περιβεβλημένον στολὴν λευκήν· καὶ ἐξεθαμβήθησαν. Ὁ δὲ λέγει αὐταῖς, Μὴ 6 β
expaveseite: Jesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est
ἐκθαμβεῖσθε· Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν τὸν ἐσταυρωμένον· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν
hîc: ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis
ὧδε· ἴδε ὁ τόπος ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. (α) Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς 7
ejus, & Petro, quia *præcedit* vos in Galilæam: ibi eum videbitis,
αὐτοῦ, καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε,
sicut dixit vobis. Et exeuntes *citò* fugerunt à monumento: *tenebat eas* σλγ
καθὼς εἶπεν ὑμῖν. Καὶ (β) ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου· εἶχε δὲ 8 β
eas tremor & *stupor*: & nemini *nihil* dixerunt: timebant enim.
αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις· καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ.

MS. A. (φ) Καὶ ὅτε (χ) καὶ αἱ τέσσαρες πολλαὶ (ψ) (ἐπειδὴ (ω) προσαββάτιζον,) Ἐλθὼν (α) καθήκεν αὐτὸ (β) καὶ Μαρία ἡ Ἰωσὴφ (γ) τίθηται. MS. A. Κεφ. ις'. (α) Ἀλλὰ (β) ἐξελθοῦσαι ἔφυγον

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

41 * ... ...

Versio VULGATA LATINA.

41 Et cùm esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ si-
42 mul cum eo ascenderant Jerosolymam. Et cùm jam serò esset factum, (quia erat
43 parasceue, quod est ante sabbatum,) Venit Joseph ab Arimathæa nobilis decurio,
qui & ipse erat expectans regnũ Dei, & audacter introivit ad Pilatum, & petiit cor-
44 pus Jesu. Pilatus autem mirabatur si jam obiisset. Et accersito centurione, inter-
45 rogavit eum si jam mortuus esset. Et cùm cognovisset à centurione, donavit cor-
46 pus Joseph. Joseph autem mercatus sindonem, & deponens eum involvit sindone,
& posuit eum in monumento, qd erat excisum de petra, & advolvit lapidem ad osti-
47 um monumenti. Maria autẽ Magdalene, & Maria Joseph, aspiciebant ubi poneretur.

CAP. XVI.

1 ET cùm transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome eme-
runt aromata ut venientes ungerent Jesum. Et valdè manè unâ sabbatorum, 2
veniunt ad monumentum, orto jam Sole, Et dicebant ad invicem; Quis re- 3
volvet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt revolu- 4
tum lapidem. Erat quippe magnus valdé. Et introeuntes in monumentum vi- 5
derunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stolâ candidâ: & obstupue-
runt. Qui dicit illis; Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazarenum, 6
crucifixum: surrexit, non est hîc, ecce locus ubi posuerunt eum. Sed 7
ite, dicite discipulis ejus, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam: ibi
eum videbitis, sicut dixit vobis. At illæ exeuntes, fugerunt de monumen- 8
to: invaserat enim eas tremor & pavor: & nemini quidquam dixerunt: ti-
mebant enim.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

41 * هؤلاء هن اللواتي كن يتبعنه من الجليل ويخدمنه * واخريات كثيرات صعدن معه الي 41
42 يروشليم * فلما كان المساء لانها كانت الجمعه التي هي قبل السبت * واتي يوسف من الرامه 42 43
43 وكان حسن الري مهابا دا راي وكان ايضا يترجي ملكوت الله * جسر ودخل الي فيلاطس
وطلب منه جسد يسوع * فاما فيلاطس فتعجب اذ كان مات منذ اتي * فاستدعا قايد المايه 44
44 واسئلهم منه ان كان مات انفا * فلما علم امره من قبل القايد دفع جسد يسوع الي يوسف * 45
45 فاشتري لفافه وانزله ولفه بها * ووضعه في جدث منقور في صخره * وحجرا علي باب القبر * 46
47 * وكانت مريم المجدليه ومريم ام يوسا تنظران اين تركه * فلما كان السبت ابتاعت مريم 47 1
1 المجدليه ومريم ام يعقوب وسالومي طيبا ليطيبن القبر * وفي احد السبوت باكرا جدا 2
2 واتين القبر اذ طلعت الشمس * قايلات بعضهن لبعض من يدحرج لنا الحجر عن باب 3
3 القبر * فتطلعن ونظرن الحجر قد دحرج لانه كان عظيما جدا * فلما دخلن القبر نظرن 4 5
4 5 شابا جالسا عن اليمين عليه لباس ابيض فخفن * فقال لهن لا تخافن انتلبسن يسوع الناصري 6
6 الذي صلب قد قام ليس هو ههنا * وها الموضع الذي وضع فيه * لكن اذهبن وقلن 7
7 لتلاميذه ولبطرس انه يسبقكم الي الجليل فهناك ترونه كما قال لكم * فخرجن مسرعات 8
8 من القبر لان الرعده والخير اخذهن * فلم يقلن لاحد شيا لانهن خفن *

Hæ sunt quæ sequebantur eum à Gali- 41
læa, & ministrabant illi: & aliæ mul-
tæ, quæ ascenderant cum eo ad Jeroso-
lymam. Et cùm esset serum, quia erat Pa- 42
rasceue, quod est ante sabbathum, Venit 43
Joseph qui erat à Rama (erat autem de-
corus specie, venerandus, præditus ju-
dicio, & præterea expectabat regnum
Dei) ausus est, & introivit ad Pilatum,
& petiit ab eo corpus Jesu. Pilatus au- 44
tem miratus est, quòd esset mortuus jam-
dudum: & vocari jussit Centurionem et
percontatus est ab eo, an mortuus esset
iam. Et cùm cognovisset rem ejus à Cen- 45
turione, concessit corpus Jesu Joseph o.
Emitque fasciam, & deposuit illud, atq; 46
involvit illud in eâ, & posuit illud in
monumento excisо in petra, posuitque la-
pidem ad ostium monumenti. Maria au- 47
tem Magdalene, & Maria mater Josis
spectabant ubi poneretur.

CAP. XVI.

ET cùm esset sabbatum, emerunt Ma- 1
ria Magdalene, & Maria mater Jaco-
bi, & Salome aromata, ut condirent se-
pulchrum. Et in una sabbathorum manè 2
valdè perveuerunt ad monumentum orto
sole, Dicentes una earum ad aliam; Quis 3
revolvet nobis lapidem ab ostio monu-
menti? Et intuitæ sunt ac viderunt la- 4
pidem jam avolutum: nam erat magnus
admodum. Cúmque introîssent monu- 5
mentum, viderunt juvenem sedentem à
dextera, super quem erat vestimentum
candidum: & perterritæ sunt. Dixit 6
verò eis, Ne timeatis usquam: Quæritis-
ne Jesum Nazarenum qui crucifixus
est? jam surrexit, non est hic: & ecce
locus, in quo positus fuerat. Sed ite, & 7
dicite discipulis ejus, & Petro, quòd ipse
præcedet vos in Galilæam: ibi videbitis
eum, ut dixerat vobis. Igitur egressæ sunt 8
properantes è sepulchro: quoniam tremor
& stupor apprehenderat eas, & non dixe-
runt cuiquam quicquam quia timuerant.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

41 እለ፡ተለዋሁ፡ እመገቢሳ፡ ወተልእካሁ፡ ወባዕያትሂ፡ በዙኅት፡ እለ፡ ዓር ጋ፡ ምስሉሁ፡
42 ሊያሩሰሌም ።።=። በእንተ፡ስእለት፡ ሠጋሁ፡ ለእግዚእነ።።=። ወመሲዮ፡ ዓርብ፡
43 ለሜሁ፡ በለት፡ ሰንበት።=። ወእቱ፡ መጽለ፡ ዮሴፍ፡ እመለርማቲያስ፡ ብእሲ፡ ሴር፡ ወ
ጠቢብ፡ ፍውእቱ፤ ይሰፈው፡ መንግሠተ፡ እግዚአብሔር፡ ወተኀበለ፡ ወቦለ፡ ኀበ፡ ጲላጦ
44 ስ፡ ወሰላለ፡ በድኖ፡ ለእግዚእ፡ ሊየሱስ።=። ወለእከረ፡ ጲላጦስ፡ እሮ፡ ምተ፡ ወጸውዓ፡
45 ለቶረዊ፡ ወይቤሎ፡ ወድኦኑ፡ ሞተ፡ ወይቤ፡ እወ፡ ሞተ።=። ወለእሜሮ፡ በኀበ፡ ቶረዊ፡
46 ኀመ፡ ሞተ፡ ጸገወ፡ ለዮሴፍ፡ በድኖ፡ ሶቤሃ።።=። ወተሠየጠ፡ ሰንዳናተ፡ ወለወረደ፡ ወገኀ
ዞ፡ በሰንዳናን ፡ ወቀበሮ፡ ወስተ ፡ መቃብር ፡ ዘለወቀረ፡ ወስተ፡ ሸኩሕ ፡ ወለእሸር
47 ሸረ፡ እብነ፡ ወስተ፡ ለፈ፡ መቃብር።።=። ወሜር ያ፡ መገደላዊት፡ ወሜርያ፡ እንተ፡ ዮ
ሴፍ ፡ ርእያ ፡ ኀበ ፡ ቀበርዎ።።=።
1 1ፀ ወኀለፈት፡ ሰንበት፡ወሜርያ፡መገደላዊት፡ወሜርያ፡ለእተ፡ያዕቆብ፡ወሰሎሜ፡ተሠየ
2 ጠ፡ለፈወ፡ኀመ፡ይመጽእ፡ወይቅብላሁ፡በድኖ።።=። ወሐራ፡ወለእግሃ፡ኀቀ፡ሐዊረ፡ኀበ፡
3 መቃብር፡በእሑድ፡ሰንበት፡ ወሰበ፡ሠረቀ፡ፀሐይ።=። ይቤላ፡በቤናቲሆን፡መኑ፡ይኀሥ
4 ታ፡ ለነ፡ ለእብን፡ለመዳኅተ፡መቃብር።።=። ወረዊጸን፡ርእያሃ፡ ለእብን፡ ኀበ፡ ለእሸ
5 ርሸረት፡ ወዓበይ፡ ይእቲ፡ ኀቀ።።=። ወበዊለእ፡ ውስተ፡ መቃብር፡ረከባ፡ ለሐደ፡ወረ
6 ዛ፡እንዘ፡ይነብር፡መንገለ፡የማን፡ ወይለብስ፡ ንጹሐ፡ለልባሰ፡ወደንገፀ።=። ወይቤሎን፡
ሊትደንገፁ፡ሊየሱስሃኑ፡ናዝሬዊ፡ተኀሠሠ፡ ዘተሰቅለ፡ ተንሥአ፡ ወሊሀሎ፡ ዝየሰ፡ ወና
7 ሁ ፡ መካኑ ፡ ኀበ ፡ ተቀብረ።=። ወሖረ ፡ ንግራሆሙ ፡ ለለር ደሊሁ ፡ ወለጴጥሮስ፡
8 ኀመ ፡ ይቀድሞሙ ፡ ገሊላ ፡ ወበህየ ፡ ይሬእይዎ ፡ በከመ ፡ ይቤሎሙ።።=። ወወ
ፅኦ ፡ እመነ ፡ መቃብር ፡ ወጉዖ ፡ እስመ ፡ ለኀዘን ፡ ርዓድ ፡ ወደንገፄ ፡ ወሊነገሩ፡
ወሊለመኑሂ ፡ እስመ ፡ ፈርሃ።።=።

Quæ sequutæ fuerant eum è Galilæa, & ministraverant ei, & aliæ multæ quæ 41
ascenderant cum eo Hierosolyma. *De petendo corpore Domini nostri.*
Et quum vesper esset parasceues quando intrayit Sabbathum, Venit ille Jo- 42
seph ex Arimathæa vir bonus & intelligens, & ipsè expectabat regnum Dei, & 43
confidentiâ fretus erat, & introiit ad Pilatum, & petiit corpus Domini Jesu. Et 44
miratus est Pilatus, quomodo mortuus esset, & vocavit militem, & dixit ei; Anne
jam mortuus est? & dixit; Etiam, mortuus est. Et quum cognovisset à milite quòd 45
obiisset, gratis concessit Josepho corpus ejus statim. Et emit sindonem, & deposuit 46
eum, & involvit eum in sindone: & sepelivit eum in sepulchro quod exciderant
in Petra, & advolvit lapidem in os sepulchri. Et Maria Magdalene, & Maria quæ 47
mater erat Josephi videbant ubi sepelivissent eum.

CAP. XVI.

ET transivit sabbathum, & Maria Magdalene, & Maria quæ *erat* Jacobi: & 1
Salome emerunt aromata, ut venirent, & ungerent corpus ejus. Et abierunt, & 2
manicaverunt valdè, veniendo ad sepulchrum primo sabbathi: & quum exor-
tus esset sol, Dixerunt inter se; Quis revolvet nobis lapidem ab ostio sepulchri? 3
Et accurrentes viderunt lapidem, ubi devolutus erat, & valdè magnus erat. 4
Et intrantes in sepulchrum invenerunt quendam juvenem sedentem versùs dex- 5
tram, & amictum stolâ candidâ, & obstupuerunt. Et dixit iis; Ne expaveſcite, 6
Jesum Nazarenũ quæritis qui crucifixus fuit; surrexit, & non est hîc: & ecce locum
ubi sepultus fuit. Et ite, nuntiate discipulis ejus & Petro, ut præcedat eos *in* Ga- 7
lilæam, & ibi videbunt eum sicut dixit iis. Et exierunt è sepulchro, & fugerunt 8
quoniâ prehendisset eos tremor & pavor: & nuntiaverũt nemini, quia timebant.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 * چون نزديك امدند * ونظر كردند كور باز بود * وسنك بر كرديده * ايشان متوهم شدند * سبب
5 انك سنك سخت بزرك بود * * چون در كور امدند جواني ديدند * بر دست راست نشسته * لباس
6 او سپيد * ونور ازو مي تابيد * زنان حيران شدند * * آن شخص بديشان كفت مترسيد * عيسي
ناصري را مي خواهيد * انك بر دار شده بود * از كور بر خاست * اينجا نيست * واينك جايكه
7 كه درو نهاده شد * * الا شما برويد وبا صفا وديكر شاكردان † بكوييد * كه مسيح پيشتر از
8 شما بجليل مي رود * اورا انجا بينيد * چنانك در اول بشما كفت * * چون شنيدند ترسناك
از كور بدر آمدند زيرا عجب ولرز ايشانرا كرفته بود * با كسي سخن نمي كفتند *
ومي ترسيدند

*Cùm propè vehissent & aspexissent, 4
sepulchrum apertum erat & saxum
devolutum: ipsæ exanimatæ erant,
eâ de causâ quòd saxum valdè
grande esset. Cùm in sepulchrum ve- 5
nissent, juvenem viderunt ad ma-
num dexteram sedentem; vestitus
ejus albus erat, & lumen ab eo ful-
gebat: mulieres autem attonitæ
erant. Ipse vero eis dixit; Ne ti- 6
mete, Jesum Nazarenum quæritis, qui
crucifixus est: è sepulchro surrexit,
hîc non est, ecce quidem locus ubi
positus erat. Vos autem abite, & 7
Cephæ & reliquis discipulis dicite,
quòd Christus præcedit vos in Ga-
lilæam, eum illic videbitis, quem-
admodum in initio vobis dixit. Cùm 8
audissent, paventes è sepulchro
egressæ sunt, quia admiratio & tre-
mor eas occupaverat: sed nemini
verbum dicebant, quòd timerent.*

Digitized by Google


ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ.

Resurgens autem manè primâ Sabbati, apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ex qua ejecerat septem dæmonia. Illa profectâ nuntiavit his cum eo exiſtentibus, lugentibus & flentibus. Et illi audientes, quia viveret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt. Poſt autem hæc duobus ex ipſis deambulantibus apparuit in alia forma, euntibus in agrum. Et illi abeuntes nuntiaverunt reliquis: nec illis crediderunt. Poſterius, recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobravit incredulitatem eorũ, & duritiam cordis, quia iis qui eum reſuſcitatum, non crediderunt. Et dixit eis; Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Credens & baptizatus, ſalvabitur: at non credens, condemnabitur. Signa autem credentibus, hæc ſequentur; In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: Serpentes tollent: & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & pulchrè habebunt. Quidem igitur Dominus, poſtquàm locutus eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedit à dextris Dei. Illi autem egreſſi, prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante per ſubſequentia ſigna. Amen.

Τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον ἐγράφη ἐν στίχοις α,φξ, κεφαλαίοις σλς.

MS.A. (γ) Τστερον ϗ, (δ) ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ (ε) ϗκολουθήσει τοῦτο, (ζ) βλάψῃ· (η) σημεῖον. Εὐαγγέλιον κατὰ Μάρκον.


Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.



Diluculò autem primâ ſabbathi reſurrexit, & apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, ex qua ſeptem dæmonia ejecerat. Et ipſa profecta annunciavit iis, qui cum eo fuerant, lugentibus ac flentibus. Qui quum audiſſent eas dicentes ipſum vivere, & apparuiſſe ſibi, fidem eis haudquaquam adhibuêre. Poſteà apparuit duobus ex ipſis aliâ ſpecie, quum ambularent & proficiſcerentur in villam. Et illi profecti dixerunt cæteris, at ne iis quidem crediderunt. *Ad oblationem Aſcenſionis.* 43. Poſtremò verò apparuit ipſis undecim quum diſcumberent, & exprobravit penuriam fidei eorum, & duritiem cordis ipſorum, quippe qui iis qui conſpexerant eum ſuſcitatum, non credidiſſent. Et ait illis, Proficiſcimini in univerſum mundum, & prædicate Evangelium meum per totum creatum. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, & linguis novis loquentur: Et ſerpentes tollent: &, ſi toxicum mortiferum biberint, non nocebit eis: Manus ſuas imponent ægrotis, & ſanitati reſtituentur. Porrò Jeſus Dominus noſter poſtquàm locutus cum eis fuiſſet, cœlos conſcendit, conſeditque à dextera Dei. Illi verò exierunt ac prædicârunt ubique, & Dominus noſter adjuvabat eos, & confirmabat ſermones eorum per ſigna quæ ipſi edebant.

Evangelii ſacroſancti, præconii Marci, quod Latinè locutus eſt & annuntiavit Romæ,
FINIS.

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.



LXV. Surrectio Chriſti è ſepulchro, & aſcenſio ejus in cœlum.

Meſſias itaque in aurora feriæ primæ de mortuis ſurrexit, & primùm Mariæ Magdalenæ conſpectus eſt, ex qua ſeptem dæmonia ejecerat. Et illa profecta aliis qui cum ipſa fuerant annuntiavit, qui contriſtati erant & flebant. Et cùm audiſſent quòd vivus eſſet, fidem non habuerunt. Et poſt hæc duobus ex illis conſpectus eſt aliâ formâ, cùm ambularent & in agrum irent. Et illi abeuntes omnibus dixerunt, rurſus illis etiam fidem non habuerunt. Poſtremò autem omnibus undecim conſpectus eſt, qui unà congregati ſedentes erant: & incredulitatem eorum eis exprobravit, & duritiem cordis illorum, quòd eum ſuſcitatum vidiſſent, & fidem non habuiſſent. Et mandavit illis, In omnes fines mundi ite, & Evangelium meum prædicate. Is qui crediderit, & fidem habuerit, & aquâ Chriſtianus factus fuerit, ſalvus erit: & qui fidem non habet, in peccato eſt. Et ſigna & miracula illis qui fidem non habuerint oſtendetis: dæmonia ejicietis & fugabitis, & linguis novis ſermonem loquemini: Et ſi ſerpentes venenoſos tollatis, punctura quidem ipſorum in vobis nihil efficiet; & manus ægrotis imponatis, valetudinem adipiſcentur: & quicquid in nomine meo petieritis, vobis datum erit. Hæc Apoſtolis mandavit, & in cœlum aſcendit, & ad manum dextram Dei ſedit. Tunc illi egreſſi ſunt, & in omni loco prædicaverunt; & Dominus noſter illis opem dedit, & miraculis & ſignis, quæ faciebant, ſermo eorum confirmatus eſt, auxilio Domini noſtri.

Abſolutum eſt Evangelium
MARCI.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

9 Surgens autem manè, primâ sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de
10 qua ejecerat septem dæmonia. Illa vadens nuntiavit his, qui cum eo fue-
11 rant, lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia viveret, & visus esset
12 ab ea, non crediderunt. Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostен-
13 sus est in alia effigie, euntibus in villam: Et illi euntes nuntiaverunt cæ-
14 teris: nec illis crediderunt. Novissimè recumbentibus illis undecim appa-
ruit: & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis; quia iis, qui
15 viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis; Euntes in mundum
universum prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & bapti-
16 zatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem
17 eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis
loquentur novis: Serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis no-
18 cebit: super ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Dominus quidem Je-
19 sus postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Il-
20 li autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem con-
firmante, sequentibus signis.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

9 * وقام باكر احد السبوت * وظهر اولا لمريم المجدلية التي اخرج منها سبعة شياطين *
10 فانطلقت واخبرت الذين كانوا معه الذين كانوا ينوحون ويبكون * فلما سمع اوليك انه
11 حي وانها ابصرته لم يصدقوا * ومن بعد ظهر لها كان اثنان منهم ماشيين في طريق
12 حي وانها ابصرته لم يصدقوا * ومن بعد ظهر لهما في سبه اخر في حقل * فمضيا واخبرا البقية *
13 ولا لهذين ايضا صدقوا * وبعد ذلك
14 والاحد عشر مجتمعين ظهر لهم وبكتهم لقلة ايمانهم وسوء قلوبهم * لانهم لم يصدقوا الذين
15 ابصروه انه قام من الاموات * وقال لهم انطلقوا الى العالم اجمع واكرزوا بالانجيل في الخليقة
16 كلها * فمن امن واعتمد خلص ومن لم يومن يدان * وهذه الايات تتبع المومنين باسمي *
17 يخرجون الشياطين * ويتكلمون بالسنة جديدة * ويحملون بايديهم الحيات فلا تودهم * وان
18 شربوا السم القاتل فلا يضرهم * ويضعون ايديهم على المرضى فيبرون * ومن بعد ما كلمهم
19 الرب ايضا ارتفع الى السماء وجلس عن يمين الله * وخرج اوليك فكرزوا في كل مكان * وكان
20 الرب يعمل معهم ويحقق كلامهم بالايات التابعة اياهم *

كمل بعون الله تعالى حتم

انجيل القديس مار مرقس السليح الكارز بحياة الابد * بركاته تسلمنا امين *

Surrexit autem diluculo primæ sabbatorum, & apparuit invrimis Mariæ Magdalenæ, ex qua ejecerat septem dæmonia. Abiitque ipsa, et annuntiavit iis 10
qui fuerant cum eo: qui lamentabantur & flebant. Cùm autem audissent illi 11
ipsum esse vivum, & ipsam vidisse eum, non crediderunt. Et postquàm apparuit 12
illi, erant duo ex eis ambulantes in via, & apparuit ambobus sub figura alia, in rure quodam. Et ipsi abierunt, & narra- 13
verunt cæteris. At neque his etiam duobus crediderunt. Præterea dum essent 14
undecim congregati, apparuit eis, & corripuit eos ob penuriam fidei eorum, & duritiam cordium ipsorum, eò quòd non credidissent iis qui viderant eum surre-
xisse à mortuis. Et dixit eis; Ite in 15
mundum universum, et prædicate Evangelium in creato universo. Quique cre- 16
diderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condem-
nabitur. Et hæc signa sequentur credentes 17
in nomine meo. Ejicient dæmonia, & loquentur linguas novas: Et tollent ma- 18
nibus suis serpentes, & non nocebunt eis: & si biberint venenum mortiferum, non nocebit eis: & ponent manus suas super ægros, & sanabuntur. Et postquàm allo- 19
cutus est eos Dominus etiam, ascendit in cœlum, & sedit ad dexteram Dei. Et ex- 20
icrunt illi, & prædicaverunt in omni loco Et Dominus operabatur cum illis, et confirmabat sermonem eorum signis sequentibus ipsos.

Absoluta est, opitulante Deo excelso, impressio Evangelii sacrosancti Divi Marci Apostoli, præconis vitæ æternæ, cujus benedictiones circundent nos, Amen.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

9 ወተንሢአ: በጽባሕ: በእሑድ: ስንበት: ለስተርኢአ: ቅደመ: ለማርያ: መግደላዊት:
10 እንተ: እመኒሃ: ለሠዋእ: ሰብዓተ: እጋንንተ:። ወይእቲ: ሖዊረ: ዜነወቶሙ:
11 ለእለ: ምስሌሁ: ሀለው: ቀደሙ: እንዘ: ሀለው: ይላሕዉ:ወይበኽዩ:። ወእሙን
12 ቱሂ:ሶበ: ሰምዑ: ከመ: ለስተርኢአ: ወሕያው:ውእቱ: ሊኢመንዋ:። ወእመዝ:
ለሰተርእዮሙ: ለክልኤቱ:እመኒሆሙ: በካልእ:ሪእይ: እንዘ: የሐውሩ: ሖቅለ:።
13 ወሖሩ:እሙንቱሂ:ወወነገሩ:ለቢጸው:። ወሎሙኒ:ሊኢመንዎሙ:። ወእመዝ:
14 ድኅረ:ካዕበ:እንዘ: ይረፍቁ: ዓሠርቱ: ወለሐዱ: ለስተርእዮሙ: ወግእዘ: ጸንዐ: ልበ
15 ሙ:ወኢኢሚንዎቶሙ:እሰመ:ለእለ:ርእይዎ: ከመ: ተንሥአ: ሊኢመንዎሙ:። ወ
16 ይቤሎሙ:ሖሩ:ውስተ:ኵሉ:ዓለመ:ወስብኩ:ወንጌለ:ለኵሉ:ፍጥረት:። ዘአመ
17 ነ:ወተጠመቀ: ይድኅን: ወዘሰ:ኢኢመነ: ይደየን:። ታላመረ: በሕቱ: ለእለ: ላመ
ኑ: ይግበሩ: በስመ:ዚላየ:ለጋንንተ: ያወፅኡ: ወበካል: ልሰን: ይትናገሩ: ሐዲሰ:።
18 ወለሪዊተ:መድር:ይእሥዙ:። ወዘኒ:ይቀትል: እሙ: ሰትዩ: ሉልቦ: ዘይነክዮሙ:ወደ
19 በ:ድዉያን:እደዊሆሙ: ያነብሩ: ወይጤጥኑ:። ወእግዚእነሰ: እግዚእ: ሊየሱስ:
እመድኅረ: ተናገሮሙ:ዓርገ: ውስተ: ሰማይ: ወነበረ: በየማነ: እግዚአብሔር: እቡ
20 ሁ:። ወ ወጲለሙ : እሙንቱ : ሰበኩ: ኵሉሄ: እንዘ: እግዚአብሔር : ይረድእ:
ወቃሉ : ያጸንዕ : በተለመረ : ዘይተሉ : ለጤን:።

ወተፈጸመ: ወንጌል:ዘማርቆስ:ወቃሉ: 1P ጊP:።

Et surgens manè in primo sabbathi apparuit primò Mariæ Magdalenæ, ex qua 9
ejecerat septem dæmones. Et illa vadens nuntiavit iis qui cum eo fuerant 10
olim, lugentibus, & flentibus. Et illi quum audivissent quòd aparuisset ei, & 11
quòd vivus esset, fidem non adhibuerunt ei. Et tunc apparuit duobus ex ipsis 12
in alia specie euntibus rus. Et abierunt illi, & nuntiaverunt sociis suis, & illis 13
non crediderunt. Et postremò iterum, recumbentibus ipsis undecim apparuit; 14
& exprobravit duritiem cordis eorum, & incredulitatem eorum: quia iis qui
vidissent eum, quòd resurrexisset è mortuis, non crediderunt. Et dixit iis, Ite in 15
totum mundum, & prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & 16
baptizatus fuerit servabitur, & qui non crediderit condemnabitur. Signa tan- 17
tùm credentibus subjicientur. In nomine meo dæmones ejicient, & omninò lin-
guâ loquentur novâ. Et serpentes prehendent, & lethale si biberint non noce- 18
bit iis, & super ægrotos manus suas imponent, & restituent. Et Domi- 19
nus quidem noster, Dominus Jesus, postquàm loquutus esset iis, ascendit in cœ-
lum; & sedit ad dexteram Dei patris sui. Et exeuntes illi prædicârunt ubique, 20
Deo adjuvante, & sermonem confirmante per signa subsequentia, Amen.

Absolutum est Evangelium S. Marci.
Et voces ejus, 1700.

(α) ΤΑ᾽ ΚΕΦΑ᾽ΑΑΙΑ ΤΟΥ̃ ΚΑΤΑ᾽ ΛΟΥΚΑ̃Ν ᾽ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ̃.

Α᾽ Περὶ τ ἀπογραφῆς.
Β᾽ περὶ τ ἀγραυλούντων ποιμένων.
Γ᾽ (β) περὶ τ Συμεὼν.
Δ᾽ περὶ (γ) Ἄννης τ προφήτ.
Ε᾽ περὶ τῦ ῥηθέντ ῥήματ πρὸς Ἰωάννην.
ς᾽ περὶ τ ἐπερωτησάντων τ Ἰωάννην.
Ζ᾽ περὶ τ πειρασμῦ (δ) τ Χριστ.
Η᾽ περὶ τ ἔχοντ πνεῦμα δαιμονίου.
Θ᾽ περὶ τ πενθερᾶς (ε) τ Πέτρ.
Ι᾽ περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων νόσων.
ΙΑ᾽ περὶ τ ἄρχας τ ἰχθύων.
ΙΒ᾽ περὶ τ λεπρῦ.
ΙΓ᾽ περὶ τ παραλυτικῦ.
ΙΔ περὶ Λευὶ τ τελώνου.
ΙΕ᾽ περὶ τῦ ξηρὰν ἔχοντ (ζ) τ χεῖρ.
Ις᾽ περὶ τ τ ἀποστόλων ἐκλογῆς.
ΙΖ᾽ περὶ τ μακαρισμῶν.
ΙΗ᾽ περὶ τ ἑκατοντάρχου.
ΙΘ᾽ περὶ τ υἱῦ τ χήρας.
Κ᾽ περὶ τ ἀποσταλέντων (η) ὑπὸ Ἰωάννου.
ΚΑ᾽ περὶ τ ἀληθάσης τ Κύριον μύρῳ.
ΚΒ᾽ περὶ τ παραλυτικῆς τ ἀπειρογον.
ΚΓ᾽ περὶ τ ἐπαμύσεως τ ὑδάτων.
ΚΔ᾽ περὶ τ λεγεῶνος.
ΚΕ᾽ περὶ τ συναγωγὸς τ ἀρχισυναγώγου.
Κς᾽ περὶ τ αἱμορρούσης.
ΚΖ᾽ περὶ τ ἀποστόλων τ δώδεκα.
ΚΗ᾽ περὶ τῶν πέντε ἄρτων κ τῶν δύο ἰχθύων.
ΚΘ᾽ περὶ τ (θ) τ Κυρίου ἐπερωτήσεως.
Λ᾽ περὶ τ μεταμορφώσεως (ι) τ Κυρίου.
ΛΑ᾽ περὶ τ ζηλωταζομένου.
ΛΒ᾽ περὶ τ διαλογιζομένων τίς μείζων.
ΛΓ᾽ περὶ τ μὴ διατρεπομένου ἀκολουθῆν.
ΛΔ᾽ περὶ τ ἀναδεικνυμένων ἑβδομήκοντα.
ΛΕ᾽ περὶ τ ἐπερωτήσαντ νομικῦ.
(κ)Λς᾽ περὶ τ ἐμπιόντος εἰς τὸν λησταί.
ΛΖ᾽ περὶ Μάρθας κ Μαρίας.
ΛΗ᾽ περὶ τεσσαρακοντῆς.
ΛΘ᾽ περὶ τ ἔχοντ δαιμόνιον κωφόν.
Μ᾽ περὶ τ ὀπ τ ὄχλου ἐπαρθείσης φωνήν.
ΜΑ᾽ περὶ τ αἰτούντων σημεῖον.
ΜΒ᾽ περὶ τ Φαρισαίου τ καλέσαντ (λ) τ Κύριον.
ΜΓ᾽ περὶ τ τελωνισμῦ τ νομικῶν.
ΜΔ᾽ περὶ τ ζύμης τ Φαρισαίων.
ΜΕ᾽ περὶ τ θέλοντ μερίσασθαι τὴν (μ) κληρονομίαν.
Μς᾽ περὶ τ (ν)εὐφορησάσης χώρας πλουσίου.
ΜΖ᾽ περὶ τ Γαλιλαίων κ τῶν ἐν τῷ Σιλωὰμ.
ΜΗ᾽ περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας.
ΜΘ᾽ περὶ τ Φαρισαίων.
Ν περὶ τ ἐπερωτήσαντ οἱ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι.
ΝΑ᾽ περὶ τῶν εἰπόντων τῷ Ἰησῦ διὰ Ἡρῴδην.
ΝΒ᾽ περὶ τ ὑδρωπικῦ.
ΝΓ᾽ περὶ τῦ μὴ ἀγαπᾶν τὰς πρωτοκλισίας.
ΝΔ περὶ τ κλημένων (ξ) εἰς τὸ δεῖπνον.
(ο)ΝΕ᾽ περὶ οἰκοδομῆς πύργ Παραβολή.
Νς᾽ περὶ τ ἑκατὸν προβάτων παραβολή.
ΝΖ᾽ περὶ τ ἀποδημήσαντ (π) εἰς χώραν μακράν.
ΝΗ᾽ περὶ τ οἰκονόμ τ ἀδικίας.
ΝΘ᾽(ρ) περὶ τ πλουσίου κ τ Λαζάρ.
Ξ᾽ περὶ τ δέκα λεπρῶν.
ΞΑ᾽ περὶ τ κριτῦ τ ἀδικίας.
ΞΒ᾽ πρὸς τ Φαρισαίους κ τ τελώνην.
ΞΓ᾽ πρὸς τ ἐπρωτήσαντ (σ) πλούσιον τὸν Ἰησῦν.
ΞΔ᾽ πρὸς τ πυθῆν.
ΞΕ᾽ (τ) πρὸς τ Ζακχαῖον.
Ξς᾽ πρὸς τ παραδόντ λαοῖν ἑαυτῷ βασιλείαν.
ΞΖ᾽ πρὸς τ λαβόντας (υ) τὰς μνᾶς.
ΞΗ᾽ πρὸς τ πῶλον.
ΞΘ᾽ (φ) πρὸς τ ἐπερωτησάντων τ Κύριον ἀρχιερέων κ Γραμματέων.
Ο᾽ πρὸς τ ἀμπελῶν Παραβολή.
ΟΑ᾽ πρὸς τῶν ἐγκαθέτων διὰ τὸν κῆνσον.
ΟΒ᾽ πρὸς τ Σαδδουκαίων.
ΟΓ᾽ (χ) πρὸς τῦ, Πῶς λέγ Δαβὶδ ὄντ ὁ Χριστός.
ΟΔ᾽ περὶ τ τὰ δύο (ψ) λεπτὰ βαλόντος.
ΟΕ᾽ περὶ τ Σωτηρίας ἐρώτησις.
Ος᾽ περὶ τῦ πάθ.
ΟΖ᾽ περὶ τ φιλονεικησάντων τίς μείζων.
ΟΗ᾽ περὶ τ ἐξαιρέσεως τ (ω)σαννᾶ, κ ἀγρήσεως Πέτρ.
ΟΘ᾽ περὶ τ παρ᾽ Ἡρῴδου ἐξουδενήσεως.
Π᾽ περὶ τῶν κοπτομένων γυναικῶν.
ΠΑ᾽ περὶ τῦ μετανοήσαντ λῃσταί.
ΠΒ᾽ περὶ τ αἰτήσεως τ σώματ τῦ Κυρίου.
ΠΓ᾽ (α) περὶ τῦ Κλεόπα.

MS. A. (α) Abscinditur Capitulorum inscriptio: sine titulo sic sequuntur, Περὶ τ ἀπογραφῆς.
(β) περὶ Συμεών. (γ) Ἄνναι (δ) τῦ Σωτῆρ. (ε) Πέτρ. (ζ) χεῖρα. (η) ὑπὸ (θ) * τ μαθητῶν (ι) τ Ἰησῦ. (κ) Λς᾽. Cap. hoc dislocatur in MS. A. & ponitur post Cap. περὶ τῦ ἔχοντ δαιμόνιον κωφόν. (λ) τ Ἰησῦν. (μ) οὐσίαν. (ν)εὐφόρησεν (ξ) ἐν τῷ δείπν. (ο) NE᾽. παραβολὴ περὶ οἰκοδομῆς πύργ. Νς᾽. παραβολὴ περὶ ἑκατὸν προβάτων. (π) εἰς χώραν (ρ) περὶ πλουσίου κ Λαζάρ. (σ) τ Ἰησῦν πλούσιον. (τ) περὶ Ζακχαίου. (υ) τὰς δέκα μνᾶς. (φ) περὶ ὧν ἠρώτησαν τ Ἰησῦν ἀρχιερεῖς κ πρεσβύτεροι. Ο᾽. παραβολὴ ἀμπελῶν. ΟΑ᾽ ἐπερώτησις διὰ τ κῆνσον. (χ) ἐπερώτησις, Πῶς ὄντ υἱὸς Δαβὶδ ὁ Χριστός. (ψ) λεπτά. ΟΕ᾽. ἐπερώτησις περὶ ζυντελείας. (ω) Σατανᾶ. ΟΘ᾽. ἐξουδένησις Ἡρῴδου. (α) ΠΓ᾽ περὶ Κλεόπα.

Τῦ κτ Λουκᾶ Εὐαγγελίου τὰ κεφάλαια.

Digitized by Google

SECUNDUM LUCAM SANCTUM EVANGELIUM.
ΤΟ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

CAP. I. α'.

1 ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορη-
α 1 μένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπη-
2 ρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκρι-
3 βῶς, καθεξῆς σοι γράψαι, κράτιστε Θεόφιλε, Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατη-
χήθης, λόγων τὴν ἀσφάλειαν.

5 ΕΓΕΝΕΤΟ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἱερεύς τις
ὀνόματι Ζαχαρίας, ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά· καὶ ἡ γυνὴ αὐτῷ ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών,
6 καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ. Ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ,
7 πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου ἄμεμπτοι. Καὶ οὐκ ἦν

illis natum, eò quòd Elisabeth erat sterilis, & ambo provecti in die-
αὐτοῖς τέκνον, καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα, καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέ-
bus suis erant. Factum est autem in Sacerdotio fungendo ipsum in ordine vi-
ραις αὐτῶν ἦσαν. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημε-
8 cis suæ ante Deum, Secundùm consuetudinẽ Sacerdotii, sortitum est fuisse,
ρίας αὐτοῦ (β)ἔναντι τοῦ Θεοῦ, Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι,
9 ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans
εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου. Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον
10 foris horâ incensi. Visus est autem illi angelus Domini, stans à dextris al-
ἔξω τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θυ-
11 taris incensi. Et turbatus est Zacharias videns, & timor incidit in eum.
σιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. Καὶ ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδών, καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν.
12 Ait autem ad illum angelus; Ne timeas, Zacharia: quoniã exaudita est petitio tua: &
Εἶπεν δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἄγγελος, Μὴ φοβοῦ Ζαχαρία· διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ
13 uxor tua Elisabeth gignet filium tibi, & vocabis nomen ejus, Joannem. Et
ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην. Καὶ
14 erit gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt.
ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις, καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ (γ)γενέσει αὐτοῦ χαρήσονται.

MS. A. Ἐυαγγέλιον κτ Λουκᾶν. (α) καὶ ὄνομα (β) ἐναντίον (γ) γενέσει

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

IN NOMINE DOMINI DEIQUE nostri Jesu Christi, excudimus Evangelium sacrosanctum, præconium Lucæ Evangelistæ, quod locutus est, & annuntiavit Græcè in Alexandria magna.

Lectio matutinis annuntiationis Zachariæ. 1.

1 Quoniam plurimi voluerunt scribere narrationes earum actionum, de quibus nos certi sumus; utpote rebus quas tradiderunt nobis ii, qui à principio spectatores ac ministri fuerunt ejusmet sermonis: Visum est 3 etiam mihi, quippe qui fuerim impensè proximus illis omnibus, ordine suo cuncta ad te scribere, celeberrime Theophile. Ut recog- 4 noscas veritatem eorum sermonum, quibus te discipulum exhibuisti.

CAPUT I.

5 Fuit in diebus Herodis regis Judæ sacer- dos quidam nomine Zacharias ex ministerio domûs Abia: uxor autem ejus ex filiabus 6 Aharon, cujus nomen erat Elisebá. Erant autem ambo justi coram Deo, & ambulantes in omnibus mandatis ejus, & in justitia Domini sine reprehensione. Nullum porrò habebant 7 filium, quandoquidem Elisebà erat sterilis, amboque erant multorum dierum. Factum 8 est autem quum ipse sacerdotio fungeretur in ordine ministerii sui coram Deo: Ritu sa- 9 cerdotii accidit ei, ut adoleret incensum: & ingressus est templum Domini. Tota verò 10 turba populi orabat foris tempore suffitûs. Et apparuit ipsi Zachariæ angelus Domini 11 stans à dextera altaris suffimenti. Et concur- batus est Zacharias quum vidisset eum, & tremor irruit in eum. Dixit autem ei ange- 13 lus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua, & uxor tua Elisebà pariet ti- bi filium, & vocabis nomen ejus Johan- 14 nem. Eritque tibi gaudio & exultationi, ac plurimi gaudebunt ipsius nativitate.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

EVANGELIUM *LUCÆ*, quod linguâ Græcâ Ægyptiacâ in Alexandria scripsit.

CAPUT I.

1 Eo quòd multi voluerunt scribere historiam mirorum, quæ nos firmiter credimus & profitemur: Juxta il- 2 lud quod nobis traditum fuit ab iis, qui ab initio viderunt, & sermoni ministerium fecerunt. Mihi etiam 3 visum est, ut qui curâ & studio omnibus quàm proximus fui, res singulas loco suo tibi perscribere, Theophile fidelissime: ut scias certitudinem 4 sermonum, quibus benevolè affectus & auditor fuisti.

II. Annuntiat Angelus Zachariæ de Johanne.

5 Fuit in diebus Herodis regis Judææ quidam Cohen, (i. e. sacerdos) cui nomen Zacharias, de ministerio gentis Abiæ: & uxor ejus erat de familia Aaron, & nomen ejus Elisebà. Ambo Deo digni, & cum Deo 6 recti erant, & in omnibus mandatis ejus incedebant, & in justitia Domini absque timore aut vitio. Et 7 filium non habebant, eò quòd Elisebà sterilis esset, & ambo ætate provecti & pleni annorum essent.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM secundùm LUCAM.

CAPUT I.

1 QUoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis comple-
2 tæ sunt, rerum: Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri
3 fuerunt sermonis: Visum est & mihi, assecuto omnia à principio diligenter, ex
4 ordine tibi scribere, optime Theophile, Ut cognoscas eorum verborum, de qui-
5 bus eruditus es, veritatem. Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos qui-
dam nomine Zacharias, de vice Abia; & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen
6 ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus man-
7 datis & justificationibus Domini sine querela. Et non erat illis filius, eò quòd es-
set Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, 8
cùm sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum, Secundùm consuetu- 9
dinem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini: 10
Et omnis multitudo populi erat orans foris horâ incensi. Apparuit autem illi 11
Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, 12
& timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus; Ne timeas, Zacharia, quo- 13
niam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vo-
cabis nomen ejus, Joannem: Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in na- 14
tivitate ejus gaudebunt:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* بِسْمِ ٱلْإِلٰهِ ٱلْوَاحِدِ ٱلْآبِ وَٱلِٱبْنِ وَرُوحِ ٱلْقُدُسِ * إِنْجِيلُ ٱلْقِدِّيسِ لُوقَا ٱلْحَكِيمِ أَحَدِ ٱلسَّبْعِينَ
كَتَبَهُ يُونَانِيًّا بِٱلْإِلْهَامِ رُوحِ ٱلْقُدُسِ بَرَكَاتُهُ تَشْمَلُنَا آمِينَ * فَاتِحَةُ ٱلْإِنْجِيلِ ٱلْمُجَيَّدِ *

1 2 * لِأَجْلِ أَنْ كَثِيرِينَ رَامُوا كَتْبَ قِصَصِ ٱلْأُمُورِ ٱلَّتِي تَحَقَّقَتْ بَيْنَنَا حَالِرُونَ * كَمَا عَهِدَ إِلَيْنَا أُولَئِكَ
3 ٱلْأَوَّلُونَ ٱلَّذِينَ كَانُوا مِنْ قَبْلُ مُعَايِنِينَ وَكَانُوا خُدَّامًا لِلْكَلِمَةِ * رَأَيْتُ أَنَا أَيْضًا إِذْ كُنْتُ تَابِعًا
4 لِكُلِّ شَيْءٍ بِتَحْقِيقٍ أَنْ أَكْتُبَ إِلَيْكَ أَيُّهَا ٱلْعَزِيزُ ثَاوُفِيلَا * لِتَعْرِفَ حَقِيقَةَ ٱلْكَلَامِ ٱلَّذِي عُلِّمْتَ
5 بِهِ * كَانَ فِي أَيَّامِ هِيرُودُسَ مَلِكِ ٱلْيَهُودِيَّةِ كَاهِنٌ ٱسْمُهُ زَكَرِيَّا مِنْ خِدْمَةِ آلِ أَبِيَّا * وَكَانَتْ
6 مِنْ بَنَاتِ هَرُونَ وَٱسْمُهَا ٱلْيَصَابَاتُ * وَكَانَ كِلَاهُمَا بَارَّيْنِ قُدَّامَ ٱللّٰهِ * سَائِرِينَ فِي جَمِيعِ ٱلْوَصَايَا
7 وَحُقُوقِ ٱلرَّبِّ بِغَيْرِ مَيْلٍ * وَلَمْ يَكُنْ لَهُمَا وَلَدٌ لِأَنَّ ٱلْيَصَابَاتَ كَانَتْ عَاقِرًا * وَكَانَا كِلَاهُمَا قَدْ طَعَنَا فِي
8 أَيَّامِهِمَا * فَبَيْنَمَا هُوَ يَكْهَنُ فِي أَيَّامِ نَوْبَةِ خِدْمَتِهِ أَمَامَ ٱللّٰهِ * كَعَادَةِ ٱلْكَهُوتِ إِذْ بَلَغَتْهُ نَوْبَةُ وَضْعِ
9 10 ٱلْبَخُورِ * فَدَخَلَ هَيْكَلَ ٱلرَّبِّ * وَكَانَ جَمِيعُ ٱلشَّعْبِ يُصَلُّونَ خَارِجًا وَقْتَ ٱلْبَخُورِ * فَظَهَرَ لَهُ مَلَكُ
11 12 ٱلرَّبِّ قَائِمًا عَنْ يَمِينِ مَذْبَحِ ٱلْبَخُورِ * فَلَمَّا رَآهُ زَكَرِيَّا ٱضْطَرَبَ وَعَسِيَهُ خَوْفٌ عَظِيمٌ * فَقَالَ لَهُ
13 ٱلْمَلَكُ لَا تَخَفْ يَا زَكَرِيَّا فَقَدْ سُمِعَتْ طَلِبَتُكَ * وَمِرْأَتُكَ ٱلْيَصَابَاتُ تَلِدُ لَكَ ٱبْنًا وَتُسَمِّيهِ يُوحَنَّا *
14 * وَيَكُونُ لَكَ فَرَحٌ عَظِيمٌ وَتَهْلِيلٌ * وَكَثِيرُونَ يَفْرَحُونَ بِمَوْلِدِهِ *

In nomine Dei unî, Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Evangeliû sancti Lucæ medici, unius ex Septuaginta, quod scripsit Græcè, inspirante Spiritu sancto. Benedictiones ejus complectantur nos, Amen.

Initium Evangelii glorioſi.

1 *Quoniam multi meditati ſunt ſcriptionem hiſtoriarum rerum quarum nos ſumus gnari; Prout teſtatum reliquerunt*
2 *nobis iſi priores qui fuerunt antè ſpectatores & fuerunt miniſtri verbi: Viſum*
3 *eſt mihi etiam, quippe qui fuerim inhærens cuilibet rei cum firmitate, ſcribere*
4 *ad te, ô chariſſime Theophile, ut cognoſcas veritates ſermonis quo es eruditus.*

CAPUT I.

pervenisset, ad latus montis O-
livarum, duos ex discipulis su-
is misit: Et illis dixit; Ite 30
in hunc pagum, qui è regione no-
bis est: cùm intraveritis, invenie-
tis asininum pullum ligatum,

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminâsti. Dicit ei; De ore tuo te judico, serve nequam: sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens quod non posui, et metens quod non seminavi: Et quarè non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam? Et astantibus dixit; Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei; Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, Quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Et his dictis, præcedebat ascendens Jerosolymam. Et factum est, cùm appropinquâsset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos, Dicens; Ite in castellum, quod contrà est: in quod introeuntes, invenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo unquam hominum sedit: solvite illum, & adducite. Et si quis vos interrogaverit; Quarè solvitis? sic dicetis ei; Quia Dominus operam ejus desiderat. Abierunt autem qui missi erant: & invenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum. Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini ejus ad illos; Quid solvitis pullum? At illi dixerunt; Quia Dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad Jesum. Et jactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Jesum. Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via. Et cùm appropinquaret jam ad descensum Montis oliveti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magnâ super omnibus, quas viderant, virtutibus,

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Quia timui te, cùm sis homo crudelis, tollens quod non posuisti, & metens quod non seminâsti. Dixit autem ei, Ex ore tuo judicabo te, o serve nequam. Quandoquidem nôsti me esse hominem crudelem, tollentem quod non posui, & metentem quod non seminavi: Quare non reliquisti argentum meum super mensam, ut venirem & exigerem illud cum fœnoribus suis? Deinde dixit astantibus, Auferte ab eo minam, & date eam illi qui habet decem minas. Et dixerunt ei; Domine, habet decem minas. Ait illis; Dico vobis, quòd cuilibet habenti dabitur: & ab eo qui non habet, sanè quod cum eo est, auferetur. Veruntamen inimicos meos illos, qui non voluerunt ut regnarem super eos, adducite ad me illos huc, & jugulate illos coram me.

Sectio sexagesima nona.

Et cùm dixisset hoc, abiit ascendens ad Jerusalem. Et factum est, cùm appropinquâsset ad Bethphage, & Beth-aniam, prope montem qui vocatur Mons olivarum, misit duos ex discipulis suis, Dicens; Ite ad hoc castellum quod contra vos est, & invenietis asellum alligatum, quem non conscendit homo unquam: solvite illum, & adducite illum. Et si dixerit vobis aliquis, Quare solvitis eum? dicite ei hæc, Quia Dominus eget illo. Et cùm abiissent qui missi fuerant, invenerunt sicut dixerat eis. Et dum ipsi solverent asellum, dixerunt eis domini ipsius; Quare solvitis asellum? Inquiunt illis, Quia Dominus eget illius. Et duxerunt illum ad Jesum, & jecerunt vestimenta sua super pullum, et equitare fecerunt Jesum super illum. Et dùm ipsi ambularent, sternebant vestimenta sua in via. Et cùm appropinquâsset ad declivitatem Montis olivarum, cœpit universa turba & discipuli gaudere, & laudare Deum voce magnâ propter omnes virtutes quas viderunt,

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Quia timui te, quia cognosco te quòd durus homo es, & tollis quod non deposuisti, & metis quod non seminâsti, & colligis quod non sparsisti. Et dixit ei dñs ejus, Secundùm sermonem tuum judicabo te, serve male & piger: sciebas me, quòd homo durus sum, & tollo quod non deposui, & meto quod non seminavi, & colligo quod non sparsi: Et quare non tradidisti pecuniam meam in mensam, & ipse ego veniens exegissem eam cum usura. Et dixit astantibus ibi, Tollite ab eo hanc minam, & date eam illi qui habet decem minas. Et dixerunt ei; Dñe, nónne habet decem minas? Et dixit iis, Dico vobis; Omni qui habet, dabunt ei, & adjicient ei; & ei qui non habet, quod datum est ei, adiment. Veruntamen illos inimicos meos, qui nolunt regnare me, adducite & transfigite coram me.

De pullo.

Et hoc dicens antegressus est, & ascendit Hierusalem. Et quum appropinquâsset Bethphage & Bethaniæ, ad montem cujus nomen *erat* Elaion, misit duos ex discipulis ejus. Et dixit iis, Ite *in* civitatem quæ vobis ex adverso est, & introeuntes, invenietis pullum ligatum, cui non insedit homo, & solvite illum, & adducite illum. Et si quis fuerit qui dicet vobis, Quare solvitis eum, dicite; Dominus indiget eo. Et proficiscentes qui missi erant, invenerunt sicut dixisset iis stantem pullum. Et solverunt pullum: & *quum* solventes *erant* pullum, dixerunt iis domini ejus; Quare solvitis pullum? Et dixerunt, Dominus indiget eo. Et acceperunt, & adduxerunt eum, ad Dominum Jesum, & injecerunt super eum vestimenta sua, super pullum: & insidere fecerunt ei Dominum Jesum. Et proficiscentes straverunt vestimenta sua, in via. Et accedentes ad descensum termini Montis olearum, cœperunt omnes discipuli ejus gaudere, & laudare Deum in magna voce, propter omnes quas vidissent virtutes, voce *inquam* magnâ.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

super quem nondum quispiam sedit, eum solvite. Et si interrogaverint, Quare solvitis? Dicite, Domino nostro opus ejus est. Et qui missi sunt abierunt, & quemadmodum illis dixerat, invenerunt. Cúmque pullum solverent, domini ejus eis dixerunt; Quare pullum istum solvitis? Et eis dixerunt; Quia Domino nostro eo opus est. Et pullum ad Jesum adduxerunt: Jesus vestimentum suum tergo ejus imposuit, & insedit.

CXI. Adventus Christi Hierosolymam.

Et cùm Christus illuc proficisceretur, homines vestimenta sua exuebant, & in via projicibant, ut ille super ea transiret: Et cùm ad summum descensûs montis Olivarum venisset, discipuli & turba vocem extulerunt, & Deo laudem in excelso dixerunt, super omnibus virtutibus quas viderant.

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΚΕΦ. ΞΘ'.

Dicentes; Benedictus *veniens* rex in nomine Domini: pax in
38 Λέγοντες, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρήνη (λ) ἐν
cœlo, & gloria in excelsis. Et quidam Pharisæorum de *turba* dixerunt
39 οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου (μ) εἶπον
ad illum; Magister, increpa discipulos tuos. Et *respondens*
40 πρὸς αὐτὸν, Διδάσκαλε, ἐπιτίμησον τοῖς μαθηταῖς σου. Καὶ ἀποκριθεὶς
ait *illis*, Dico vobis; Quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et
41 εἶπεν αὐτοῖς, Λέγω ὑμῖν, Ὅτι ἐὰν οὗτοι (ν) σιωπήσουσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. Καὶ
ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam, Dicens; Quia si cogno-
42 ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν (ξ) ἐπ' αὐτῇ, Λέγων, Ὅτι εἰ ἔ-
visses & tu, & quidem in die tua hac, quæ ad pacem *tuam*: nunc autem
γνως καὶ σὺ, καίγε ἐν τῇ (ο) ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου· νῦν δὲ
abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt
43 ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπί σε, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ
inimici tui *vallum tibi*, & circumcingent te, & coangustabunt te undique: Et
44 ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν· Καὶ
solo æquabunt te, & filios tuos in te: & non relinquent in te lapidem super lapidem:
ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί· καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ·
eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœ-
45 ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν, ἤρ-
pit ejicere vendentes in illo, & ementes, Dicens illis; Scriptum est,
46 ξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἐν αὐτῷ, καὶ ἀγοράζοντας, Λέγων αὐτοῖς, Γέγραπται,
Domus mea, domus orationis est: vos autem illam feciſtis ſpeluncam latronũ.
(π) Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.
σλδ α 47 Et erat docens *per diem* in templo: *at* principes ſacerdotũ & Scri-
Καὶ ἦν διδάσκων τὸ καθ' ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ· οἱ δὲ ἀρχιερεῖς (ρ) καὶ οἱ Γραμμα-
bæ quærebant illum perdere, & *primi* plebis. Et non inveniebant quid fa-
τεῖς ἐζήτουν αὐτὸν ἀπολέσαι, καὶ οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ. Καὶ οὐχ' εὕρισκον τὸ, τί ποιή-
cerent: populus enim omnis ſuſpenſus erat, illum audiens.
σωσιν· ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων.

CAP. XX. κ'.

ΞΘ' σμ β 1 Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ἐκείνων διδάσκοντος αὐτοῦ τὸν λαὸν ἐν τῷ ἱερῷ,
& evangelizante, *ſuperſtiterant* principes ſacerdotũ & Scribæ cum ſe-
καὶ εὐαγγελιζομένου, ἐπέστησαν (α) οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς σὺν τοῖς πρε-
nioribus, Et aiunt ad illum, dicentes; Dic nobis in qua poteſtate hæc
σβυτέροις, Καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν, λέγοντες, Εἰπὲ ἡμῖν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα
2 facis, aut quis eſt *dans* tibi poteſtatem hanc. Reſpondens autem dixit
ποιεῖς, ἢ τίς ἐστιν ὁ δούς σοι τὴν ἐξουσίαν ταύτην. Ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε
3 ad illos; Interrogabo vos & ego unum verbũ, & *dicite* mihi: Baptiſmus
πρὸς αὐτοὺς, Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ (β) ἕνα λόγον, καὶ εἴπατέ μοι· Τὸ βάπτισμα
4 Joannis ex cœlo erat, an ex hominibus?
Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἦν, ἢ ἐξ ἀνθρώπων;

MS. A. (λ) ὁ ἐρχόμενος, (μ) εἶπαν (ν) σιωπήσουσιν, (ξ) ἐπ' αὐτὴν, (ο) ἡμέρᾳ ταύτῃ, (π) Ὅτι ὁ οἶκός (ρ) καὶ Γραμματεῖς Κεφ. κ'. MS. A. (α) οἱ ἱερεῖς καὶ Γραμματεῖς (β) λόγον ἕνα,

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 * ... Et dicebant, Benedictus rex qui venit in no-
mine Domini: pax in cœlo, & gloria in ex-
39 ... celſis. Quidam autem ex Phariſæis è me-
dia turba dicunt ei; Rabi, objurga diſcipu-
40 los tuos. Ait illis, Dico vobis; Si ſiluerint
iſti, lapides clamabunt.
41 42 *Ad veſperas ſecundâ feriâ hebdomadis Paſſionis.* 61.
Quumque appropinquâſſet, vidiſſetque ci-
vitatem, flevit ſuper ea: Et ait, O ſi nôſſes
ea quæ pertinent ad pacem tuam, vel ſaltem
iſto die tuo, nunc autem occulta ſunt ab ocu-
43 lis tuis. Advenient autem tibi dies, quibus
cingent te hoſtes tui, & conſtringent te ab
44 omni loco. Et evertent te, filioſque tuos
intra te: neque relinquent in te lapidem ſu-
per lapidem, pro eo quòd non noveris tem-
pus viſitationis tuæ. Quumque ingreſſus
45 eſſet in templum, cœpit ejicere eos qui eme-
bant in eo & vendebant: Et ait illis, Scri-
46 ptum eſt, Domus mea, domus orationis eſt:
vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.
47 Et ipſe docebat quotidiè in templo. Princi-
pes autem ſacerdotum, & Scribæ & ſenio-
48 res populi ſtudebant eum perdere. Nec in-
veniebant quid agerent ei: omnis enim po-
pulus pendebat ab eo, ut ipſum audiret.
Ad ſtationem tertiam noctis tertiæ Paſſionis. 62.
CAP. XX.
1 ET factum eſt quâdam die, quum doceret
in templo populum, & evangelizaret, ut in-
ſurrexerint in eum principes ſacerdotum &
2 Scribæ cum ſenioribus: Et dicunt ei, Dic
nobis quânam poteſtate hæc facias, & quis
3 eſt ille qui dedit tibi hanc poteſtatem? Re-
ſpondit Jeſus, & dixit eis; Interrogabo vos
4 & ego ſermonem, ac dicite mihi: Baptiſma
Johannis, è cœlo erat, an ex hominibus?

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 * ومي كفتند * نجسته است ملك * كه بنام خدا مي آيد * سلام † بر آسمان * وستايش
39 بربلندي * * كساني ازمعتزلان بميان جماعت بعيسي كفتند * بزرك شاكرد انترا خاموش
40 كن * * جواب بديشان داد وكفت * بشما راست بكويم * هر كه كه ايشان † خاموش شوند سنكها
و كلوخ باواز اينند
صد دوازده كريستن مسيح بر اورشليم
41 * وچون نزديك رسيد وشهر را ديد * بر شهر بكريست * * وكفت اورشليم تا كي نشناسي ان
42 كسانرا * كه رحمت وسلامتي ايشان آن تونيد * اينك امروز رحمتها از ديدار تو † پوشيك شدند *
43 * بر سر تو روزها بيايد * كه دشمنان † بر كرد اكرد تو مسلط شوند * وهر سوي ترا مضايقه
44 كنند * * و بنياد ترا خراب كنند * وفرزندان ترا در درون تو نيست كنند * وسنك بر سنك نكذارند *
عوض انك روزكار † راحت وتيمار † خود نشناختي * * چون در هيكل در آمد * ديد بعضي
45 مردم كه در خريد و فروخت مي كردند * * مسيح ايشانرا بدر كرد * وبديشان كفت نبشته
46 شد خانه من خانهٔ نمازست و طاعت شما اورا مغارهٔ † دزدان † ساخته ايد * ومقام طراران *

Et dicebant; Benedictus eſt rex, 38
qui in nomine Dei venit: pax in
cœlo, & laus in excelſo. Quidam 39
è Phariſais inter turbam ad Jeſum
dixerunt; Magiſter, diſcipulis tuis
ſilentium fac. Reſponſum illis de- 40
dit, & dixit; Vobis verum dico,
quandocunque hi tacebunt, lapides
& ceſpites in vocem devenient.

CXII. Fletus Chriſti ſuper Hieroſolymam.

Et cùm appropinquaret, & urbem 41
vidcret, ſuper urbem flevit: Ac di- 42
xit; Hieroſolyma, quamdiu meſcies
illos, quorum miſericordia & ſalus
tua ſunt? Ecce hodie miſericordiæ
ab aſpectu tuo occultatæ ſunt. In 43
caput tuum dies venient, quibus
inimici in circuitu tui prævale-
bunt, & undique te coarctabunt.
Et fundamentum tuum deſtruent, & 44
filios tuos intra te conficient, &
lapidem ſuper lapidem non relin-
quent: eò quòd tempus requietis
& viſitationis tuæ non cognoveris.
Cùm autem in templum ingreſſus 45
eſſet, vidit quoſdam homines, qui in
eo emptionem & venditionem facie-
bant. Chriſtus illos ejecit, & illis 46
dixit; Scriptum eſt, Domus mea
domus orationis eſt, & obedientiæ,
vos eam ſpeluncam latronum effeci-
ſtis, & locum erumniſcarum.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

Dicentes; Benedictus, qui venit rex in nomine Domini: pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidam Pharisæorum de turbis, dixerunt ad illum; Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait; Dico vobis, Quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et ut appropinquavit, videns civitatem flevit super illam, dicens; Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coangustabunt te undique: Et ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes, Dicens illis; Scriptum est, Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quot die in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere: Et non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum. 47 48

CAP. XX.

ET factum est in una dierum, docente illo populum in templo, & evangelizante, convenerunt Principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus, Et aiunt dicentes ad illum; Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut: Quis est, qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem Jesus, dixit ad illos; Interrogabo vos & ego unum verbum. Respondete mihi: Baptismus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus? 1 2 3 4

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

38 * قَائِلِينَ مُبَارَكٌ الْمَلِكُ الآتِي بِاسْمِ الرَّبِّ * اَلسَّلاَمُ فِي السَّمَاءِ * وَالْمَجْدُ فِي الْعَلاَءِ * وَإِنَّ قَوْمًا مِنَ
39 الْفَرِيسِيِّينَ مِنْ بَيْنِ الْجَمْعِ قَالُوا لَهُ يَا مُعَلِّمُ انْتَهِرْ تَلاَمِيذَكَ * فَأَجَابَهُمْ قَائِلاً أَقُولُ لَكُمْ إِنْ سَكَتَ
40 41 هَؤُلاَءِ نَطَقَتِ الْحِجَارَةُ * فَلَمَّا قَرُبَ وَنَظَرَ الْمَدِينَةَ بَكَى عَلَيْهَا وَقَالَ * لَوْ عَلِمْتِ فِي هَذَا الْيَوْمِ مَا
42 43 لَكِ فِيهِ مِنَ السَّلاَمَةِ فَأَمَّا الآنَ فَإِنَّهُ قَدْ خَفِيَ عَنْ عَيْنَيْكِ * وَسَوْفَ تَأْتِي أَيَّامٌ يُلْقِي أَعْدَاؤُكِ
44 مَعَالِمَكِ وَيُحِيطُ بِكِ فِيهَا أَعْدَاؤُكِ وَيُحَاصِرُونَكِ مِنْ كُلِّ نَاحِيَةٍ * وَيُقَلِّبُونَكِ وَبَنِيكِ فِيكِ * وَلاَ
45 يَتْرُكُونَ فِيكِ حَجَرًا عَلَى حَجَرٍ لأَنَّكِ لَمْ تَعْلَمِي زَمَانَ تَعَهُّدِكِ * وَلَمَّا دَخَلَ الْهَيْكَلَ بَدَأَ يُخْرِجُ
46 الَّذِينَ يَبِيعُونَ وَيَشْتَرُونَ فِيهِ * وَقَالَ لَهُمْ مَكْتُوبٌ أَنَّ بَيْتِي هُوَ بَيْتُ الصَّلاَةِ وَأَنْتُمْ جَعَلْتُمُوهُ
47 مَغَارَةَ لِلُّصُوصِ * وَكَانَ كُلَّ يَوْمٍ يُعَلِّمُ فِي الْهَيْكَلِ وَكَانَ رُؤَسَاءُ الْكَهَنَةِ وَالْكَتَبَةُ وَمُقَدِّمُوا الشَّعْبِ
48 يَطْلُبُونَ هَلاَكَهُ * فَلَمْ يَجِدُوا مَا يَصْنَعُونَ لأَنَّ جَمِيعَ الشَّعْبِ كَانَ مُتَعَلِّقًا بِهِ يَسْمَعُ مِنْهُ *

1 * اَلْفَصْلُ السَّبْعُونَ * وَكَانَ فِي أَحَدِ الأَيَّامِ إِذْ هُوَ يُعَلِّمُ الشَّعْبَ فِي الْهَيْكَلِ
2 وَيُبَشِّرُ وَقَفَ رُؤَسَاءُ الْكَهَنَةِ وَالْكُتَّابُ وَالشُّيُوخُ * وَقَالُوا لَهُ قُلْ لَنَا بِأَيِّ سُلْطَانٍ تَفْعَلُ هَذَا
3 4 أَوْ مَنْ أَعْطَاكَ هَذَا السُّلْطَانَ * فَأَجَابَهُمْ قَائِلاً أَنَا أَسْأَلُكُمْ عَنْ كَلِمَةٍ فَأَجِيبُونِي * أَمَعْمُودِيَّةُ
يُوحَنَّا كَانَتْ مِنَ السَّمَاءِ أَمْ مِنَ النَّاسِ *

Dicentes; Benedictus rex veniens in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et verò quidam ex Pharisæis de medio turbæ dixerunt ei; Magister, increpa discipulos tuos. Respondit eis, dicens; Dico vobis, Si tacuerint isti, loquentur lapides. Cùm autem appropinquâsset & vidisset civitatem, flevit super illam, & dixit; Si scires in hac die quantum sit tibi in ea pacis, verùm nunc absconditum est ab oculis tuis. Et quidem venient dies, quibus dejicient inimici tui vexilla tua, & quibus circundabunt te inimici tui, & obsidebunt te undique. Et subvertent te, & filios tuos intra te. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: quia non cognovisti tempus visitationis tuæ. Et cùm ingressus esset templum, cœpit expellere eos qui vendebant & emebant in eo: Et dixit illis; Scriptum est, quòd domus mea est domus orationis: vos autem fecistis eam speluncam latronibus. Et singulis diebus docebat in templo. Et principes sacerdotum, & scribæ, & primates plebis quærebant interitum ejus. At non inveniebant quid facerent, quia totus populus pendens erat ab illo, audiebátque eum. 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48

Sectio septuagesima.

CAP. XX.

ET accidit in una dierum, dum ipse docret populum in templo & annunciaret, ut steterint principes sacerdotum, & scribæ, & seniores, Ac dixerint ei; Dic nobis quâ auctoritate facis hoc, aut quis dedit tibi hanc auctoritatem? Respondit eis, dicens; Ego interrogabo vos verbum unum, & respondete mihi: Baptismus Johannis, erat de cœlo, an ex hominibus? 1 2 3 4

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

38 ወይብሉ፡ቡሩክ፡ዘይመጽእ፡በሰመ፡እግዚአብሔር፡ቡሩክ፡ንጉሠ፡እሰራኤል፡ ወሰላመ፡
39 በሰማያት፡ወስብሐት፡በለርያመ፡።።ፈ ወቦ፡ እመፍሪሰዊያን፡ እመሕዝብ፡ እለ፡ይቤ
40 ልሙ፡ሊቅ፡ገሠጸው፡ለእርደሊክ።።ፈ ወለውሠለሙ፡ወይቤሎሙ፡እብለክሙ፡ለእ
41 ሙ፡ለርመው፡እሉ፡እሙንቱ፡እዕበን፡ ይኬልሑ።።ፈ ወበጺሖ፡ርእያ፡ለሳግር፡ወበከየ፡
42 ሳዕሌሃ።።ፈ ወይቤለ፡ ሶበ፡ ታሌመሪ፡ ዮመ፡ሰላመኪ፡ላንትኒ፡ወበሕቲ፡ይእዜሰ፡ተሰወ
43 ረ፡እመዕይንትኪ።።ፈ ወይበጽሐኪ፡ መዋዕል፡ለመ፡ይዳግቱኪ፡ፀርኪ፡ ወይትዓየኑ
44 ኪ፡ወይሐጽሩ፡ ሳዕሌኪ፡ ወያስተጋብሑኪ፡ እመኵልሄ።።ፈ ወይነፅኑኪ፡ ወውሉድ
ኪሂ፡መስሌኪ።። ወሊይጎድጉ፡እብነ፡ ደበ፡ እብነ፡ በውስቴትኪ፡እስመ፡ሊያእመርኪ፡
መዋዕለ፡ዛህልኪ።።ፈ በእንተ፡እለ፡ሰደደ፡እለ፡ይሠይጡ፡በቤተ፡መቅደስ።።ፈ
45 ወቦኡ፡መኵራብ፡ወሰደደ፡ኩሉ፡ እለ፡ ይሠይጡ፡ ወይዛየጡ፡ በቤተ፡መቅደስ፡ ወገፍተ
ኡ፡ሚእደቲሆሙ፡ለመዋልጠኑ፡ ወመናብር ቲሆሙ፡ ለእለ፡ ይሠይጡ፡ርግቡ፡ገንጸለ።።ፈ
46 ወይቤሎሙ፡ጽሑፍ፡ዘይብል፡ቤትየሰ፡ቤተ፡ጸሎት፡ ይእመይ፡ ወለእንትሙሰ፡ ትረሰዩ፡በዓ
47 ተ፡ፈያት ፡ ወሰረቅት።።ፈ ወኩሉ፡ እሚረ፡ ይሜህሮሙ፡ በመኵራብ ፡ ወይፋለሠ
48 መ፡ሊቃነ፡ካህናት፡ ወጸሐፍት፡ወሊቃነ፡ሕዝብ፡ በዘ፡ ይቀትልመ።።ፈ ወየኃጥሉ፡ ዘይ
ፌስይመ፡ እስመ፡ኩሉሙ፡ሕዝብ፡ይሰቀሉ፡ በላጽመለቱ።።ፈ
በእንተ፡እለ፡ተስእልመ፡ለእግዚእነ፡ሊቃነ፡ካህናት፡ወጸሐፍት፡በመላክተ፡
መኑ ፡ትገብር ፡ ክመዝ።።ፈ

1 ፲ ወእመዝ ፡ አሐተ ፡ ዕለተ ፡ እንዘ ፡ ይሜህሮሙ ፡ ለለሕዝብ ፡ በመኵራብ፡
2 ወይነግሮሙ ፡ ቆሙ ፡ ላዕሌሁ፡ ሊቃነ ፡ ካህናት ፡ ወጸሐፍት ፡ ወረባናት።።ፈ ወይቤ
ልሙ፡ንግረነ፡በመላክተ፡ መኑ፡ ትገብር፡ክመዝ፡ ወመኑ፡ አበሐከ፡ ትግበር፡ ዘንተ።።ፈ
3 ወእዋ ለሠለሙ፡ወይቤሎሙ፡እሱላለክሙ፡ቃነሂ፡ላሐተ፡ነገረ፡ ዘትኔግረኒ።።ፈ ፕም
4 ቀቱ፡ለዮሐንስ፡ዘእመለይቴ፡ይእቲ፡ እመሰማይኑ፡ ወሚሙ፡ዘእመሰብእኑ።።ፈ

Et dixerunt, Benedictus qui venit in nomine Dei, benedictus rex Israel, & pax in cœlis, & gloria in excelsis. Et fuerunt ex Pharisæis è turba, qui dixerunt ei; Magister, objurga discipulos tuos. Et respondit iis, & dixit iis, Dico vobis; Si siluerint illi, hi lapides exclamabunt. Et approprinquans vidit civitatem, & flevit super ea. Et dixit ei, Si cognovisses diem pacis tuæ, etiam tu, verùm nunc latitavit ab oculis tuis. Et continget tibi dies quando circumcingent te inimici tui: & circundabunt te, & circumvallabunt te, & coangustabunt te undique: Et prosternent te *in terram*, & filios tuos tecum, & non relinquent lapidem super lapidem in te: eò quòd non noveris tempus reconciliationis tuæ. 38 39 40 41 42 43 44

De expellendo eos qui vendebant in Domo sancta.

Et intravit templũ, & expulit omnes qui vendebant & emebant in Domo sancta, & subvertit mensas commutatorum, & cathedras eorum qui vendebant columbas. Et recitavit iis scripturam quæ dicit, Domus mea domus orationis nominatur, & vos facitis eam speluncam furum & latronum. Et quotidiè docebat eos in templo, & quærebant principes sacerdotum, & Scribæ; & principes plebis, in quo trucidarent eum. Et non potuerunt quid facere ei, quia omnes populi suspensi erant, audiendo eum. 45 46 47 48

CAP. XX.

De principibus sacerdotum, & scribis qui Dominum nostrum interrogabant; Quâ authoritate efficis hujusmodi?

ET tunc quodá die quũ doceret populos in templo, & loqueretur iis, insurrexerunt in eum principes sacerdotum, & Scribæ, & doctores: Et dixerunt ei, Dic nobis in qua authoritate facis sic, & quis permisit tibi ut facias hoc? Et respondit iis, & dixit iis; Interrogabo vos ego etiam unum verbum, quod dicetis mihi. Baptismus Johannis unde est? è cœlone, vel ab hominibus? 1 2 3 4

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

47 * و اوان پس هر روز † در هيكل تعليم مي داد * اما بزركان امامان وپيران ونويسندكان * وجماعت
48 عوام * مي خواستند * كه اورا هلاك كنند * وچاره نمي يافتند † كه چه كنند * براي
انك همه عالم † نكران سخن او بودند كه بشنوند

صد سيزده سوال كردن از مسيح كه بكدام سلطنت اين چيزها مي كني

1 * روزي بر عادت خود مسيح در كنشت تعليم مي داد * ومردم را ببشارت ملكوت اميدوار مي كرد *
2 بزركان وامامان * وپيران * وعوام * برو غلو كردند * [وگفتند] كه تو اين همه بكدام اين سلطنت مي
3 كني * [واين حكم را بتو كه داد] * عيسي بديشان جواب داد وگفت من نيز از شما كلمه مي پرسم *
4 بمن بگوييد * كه معموديت † يحي يعني شستكاه او * از آسمان بود يا از آدميان *

Et abhinc deinceps quotidie in templo docebat: sed maximi sacerdotes, & seniores, & scribæ, & multitudo populi quærebant ut eum perderent. Et rationem non invenerunt quâ quid agerent: eò quòd universus populus expectantes sermonem ejus erant, ut audirent. 47 48

CXIII. Interrogant Christum, Quâ authoritate hæc agis?

CAP. XX.

DIe quodam juxta consuetudinem suam Christus in templo docebat, & homines in Evangelio regni sperare fecit: magnates autem & sacerdotes, & seniores, & vulgus in eum impetum fecerunt: Et dixerunt; Tu verò hæc omnia quâ authoritate facis? Et hanc potestatem quis tibi dedit? Jesus illis responsum dedit, & dixit; Ego etiam à vobis verbum interrogabo, mihi dicite: Baptismus Johannis (i.e. Lavacrum ejus) è cœlo erat an ex hominibus? 1 2 3 4

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΚΕΦ. Ο'. ΟΑ'.

Illi autem cogitabant apud seipsos, dicentes; Quia si dixerimus, De cœlo, dicet; 5 Οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Ὅτι ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ οὐρανοῦ, ἐρεῖ, Quarè ergò non credidistis illi? Si autem dixerimus; Ex hominibus, omnis populus 6 Διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; Ἐὰν δὲ εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων, πᾶς ὁ λαὸς lapidabit nos: persuasum enim est Joannem Prophetam esse. Et respon- 7 καταλιθάσει ἡμᾶς· πεπεισμένος γάρ ἐστιν Ἰωάννην προφήτην εἶναι. Καὶ ἀπεκρί- derunt non scire undè. Et Jesus ait illis; Neque ego dico vobis in 8 θησαν μὴ εἰδέναι πόθεν. Καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, Οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν ἐν O' qua potestate hæc facio. Cœpit autem ad populum dicere parabolam 9 ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιῶ. Ἤρξατο δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγειν τὴν παραβολὴν σημ β hanc; Homo quidâ plantavit vineam, & elocavit eam colonis, & peregrè ταύτην· Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδετο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδή- fuit tempora sufficientia. Et in tempore misit ad cultores servum, ut de 10 μησε χρόνους ἱκανούς. Καὶ τῷ καιρῷ ἀπέστειλε πρὸς τοὺς γεωργοὺς δοῦλον, ἵνα ἀπὸ fructu vineæ darent illi: at cubni cædentes eum, dimise- τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος (γ) δώσουσιν αὐτῷ· οἱ δὲ γεωργοὶ δείραντες αὐτὸν, ἐξαπέστει- runt inanem. Et addidit mittere alterum servum: illi autem & illum cæden- 11 λαν κενόν. Καὶ προσέθετο (δ) πέμψαι ἕτερον δοῦλον· οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραν- tes & inhonorantes, dimiserunt inanem. Et addidit mittere tertium: illi 12 τες καὶ ἀτιμάσαντες, ἐξαπέστειλαν κενόν. Καὶ προσέθετο πέμψαι τρίτον· οἱ autem & hunc vulnerantes ejecerunt. Dixit autè dominus vineæ; Quid 13 δὲ (ε) καὶ τοῦτον τραυματίσαντες ἐξέβαλον. Εἶπε δὲ ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, Τί

faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan hunc videntes verebuntur. ποιήσω; πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται). Videntes autem illum coloni, ratiocinabantur ad seipsos, dicentes; Hic est Ἰδόντες δὲ αὐτὸν οἱ γεωργοὶ, (ζ) διελογίζοντο πρὸς ἑαυτοὺς, λέγοντες, Οὗτός ἐστιν ὁ hæres: venite, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et 14 κληρονόμος· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, ἵνα ἡμῶν γένηται ἡ κληρονομία. Καὶ ejicientes illum extra vineam, occiderunt. Quid ergò faciet illis dominus 15 ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ἀπέκτειναν. Τί οὖν ποιήσει αὐτοῖς ὁ κύριος vineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit vi- τοῦ ἀμπελῶνος; Ἐλεύσεται καὶ ἀπολέσει τοὺς γεωργοὺς τούτους, καὶ δώσει τὸν ἀμπε- 16 neam aliis. Audientes autem dixerunt; Ne fiat. Ille autem aspiciens eos, λῶνα ἄλλοις. (ϑ) ἀκούσαντες δὲ εἶπον, Μὴ γένοιτο. Ὁ δὲ ἐμβλέψας αὐτοῖς, 17 ait; Quid ergò est scriptum hoc; Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, εἶπε, Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον τοῦτο, Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, hic factus est in caput anguli? Omnis cadens super illum lapidem, conquas- OA' ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας; Πᾶς ὁ πεσὼν ἐπ' ἐκεῖνον τὸν λίθον, συνθλα- 18 sabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. Et quærebant principes σθήσεται· ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν. Καὶ ἐζήτησαν (ι) οἱ ἀρχι- 19 a Sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus in illa hora: & ti- ερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ· καὶ ἐφο- muerunt populum: cognoverunt enim quòd ad ipsos similitudinem hanc dixerit. βήθησαν τὸν λαόν· ἔγνωσαν γὰρ ὅτι πρὸς αὐτὸὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε.

MS.A. (γ) δώσουσιν (δ) ἕτερον πέμψαι δοῦλον· (ε) κἀκεῖνον (ζ) διελογίσαντο (η) κληρονόμος· ἀποκτείνωμεν (ϑ) οἱ δὲ ἀκούσαντες (ι) οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* ܘܐܢܘܢ ܒܥܝܢܝܗܘܢ ܡܬܚܫܒ̈ܢ ܗܘ̈ܘ ܘܐܡܪ̈ܝܢ ܗܘ̈ܘ ܕܐܢ ܢܐܡܪ ܡܢ ܫܡܝܐ ܢܐܡܪ ܠܢ ܠܡܢܐ ܠܐ ܗܝܡܢܬܘܢ ܒܗ ܠܗ ܘܐܢ ܐܡܪ̈ܝܢ ܐܢܚܢ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܟܠ ܥܡܐ ܢܪܓܡܘܢ ܠܢ ܡܛܠ ܕܝܘܚܢܢ ܢܒܝܐ ܗܘ ܠܗ ܘܐܡܪ̈ܝܢ ܠܗ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܚܢ ܡܢ ܐܝܟܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ ܘܐܦ ܐܢܐ ܠܐ ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܒܐܝܟܢܐ ܫܘܠܛܢܐ ܗܠܝܢ ܐܢܐ ܥܒܕ ܐܡܪ ܗܘ ܠܟܪܡܐ ܘܐܓܪ ܠܗ ܠܟܪܡܐ ܘܐܫܪܐ ܠܗ ܠܐܓܪܝܢ ܘܐܙܠ ܠܐܪܥܐ ܪܚܝܩܐ ܙܒܢ ܫܓܝܐ ܘܒܙܒܢܐ ܗܘ ܫܕܪ ܠܓܒܪ̈ܐ ܗܘ̈ܘ ܐܓܪ̈ܝܢ ܕܢܬܠ ܠܗ ܡܢ ܦܐܪ̈ܝ ܟܪܡܐ ܐܝܟ

Versio VULGATA LATINA.

At illi cogitabant intra se, dicentes; Quia si dixerimus, De cœlo, dicet, Quarè ergò non credidistis illi? Si autem dixerimus, Ex hominibus, plebs universa lapidabit nos: certi sunt enim, Joannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et Jesus ait illis; Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo plantavit vineam, & locavit eam colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus. Et in tempore misit ad colonos servum, ut de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum servum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumeliâ, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes ejecerunt. Dixit autem dominus vineæ; Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan, cùm hunc viderint, verebuntur. Quem cùm vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes; Hic est hæres: occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et ejectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergò faciet illis dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi; Absit. Ille autem aspiciens eos, ait; Quid est ergò hoc, quod scriptum est; Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. Et quærebant principes sacerdotum, & Scribæ, mittere in illum manus illâ horâ: & timuerunt populum: cognoverunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hanc.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

At illi consilium inierunt alii cum aliis, & dixerunt; Si dixerimus, De cœlo: dicet nobis, Quare ergò non credidistis illi? Et si dixerimus, Ex hominibus: certè universa plebs lapidabit nos, quum ipsi certi sint quòd Johannes Baptista sit propheta. Itaque responderunt, dicentes; Non novimus unde sit. Ait illis Jesus, Neq; ego dicã vobis, quâ auctoritate facio hoc.

Sectio septuagesima prima.

Et cœpit dicere ad populum hanc parabolam; Homo quidam plantavit vineam, & dedit illam operaris, & peregravit tempore multo. Et in tempore statuto misit servum ad operarios, ut darent illi de fructibus vineæ. At verberaverunt illum vinitores, & dimiserunt illum vacuum. Et iteravit quoque, misitque servum alium: sed verberaverunt illum, & contumeliis affecerunt illum, & miserunt illum inanem. Et rediit etiam, ac misit tertiò: & vulneravêrunt alium, & ejecerunt illum. Dixit autem dominus vineæ; Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan quando viderint illum, verebuntur eum. Verùm quum vidissent illum vinitores, consultaverunt inter se, & dixerunt; Hic est hæres, venite, occidamus eum, & fiet nostra hæreditas illius. Et eduxerunt illum extra vineam, & occiderunt illum. Quid ergò faciet illis dominus vineæ? Nónne veniet & perdet illos vinitores, & credet vineam aliis? Cúmque audivissent, dixerunt; Non erit hoc. Respexit autem illos, & dixit; Nónne est hoc quod scriptum est, quòd lapis, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est caput anguli? Omnis qui ceciderit super illum lapidem, contundetur: & omnem, super quem ceciderit, perfringet. Et voluerunt principes sacerdotum & Scribæ ponere manus suas super eum in illa hora, sed timuerunt populum: cognoverant enim, quòd de ipsis dixerat hanc similitudinem.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Et dixerunt inter se, Si dixerimus, E cœlo; dicet nobis, Quare non credidistis ei? Et si dixerimus, Ab hominibus, lapidabunt nos omnes populi, quos timemus: quia omnes illi prophetam fecerunt Johannem. Et responderunt ei, & dixerunt ei; Nescimus unde fuit. Et dixit iis Dominus Jesus, Ego etiam non dicam vobis, in qua auctoritate facio sic.

De vinea.

Et parabolicè loquutus est populis, & dixit iis; Homo quidam plantavit vineam, & præposuit ei custodes vineæ, & fodit torcular, & ædificavit turrim: & peregrinatus est *in* remotam regionem, & moram fecit venire. Et quum tempus erat fructûs, misit servum suum ad custodes vineæ ut mitterent ei ex fructu vineæ suæ: & percusserunt custodes vineæ servum ejus, & dimiserunt eum inanem. Et iterum misit aliũ servum, & ipsũ percusserunt, & spreverunt eũ, & dimiserunt inanem. Et misit tertium servum suum, & ipsum etiam superaverunt, & expulerunt. Et dixit dominus vineæ; Quid igitur faciam? mittam filium meum quem diligo: forsan ita erit, quòd ipsum reverebuntur videntes. Et misit eum, & viderunt eum custodes vineæ, & dixerunt; Hic est filius ejus hæres, venite, trucidemus eum, & acquiremus hæreditatem ejus. Et ejecerunt eum foràs à prædio vineæ, & trucidârunt eum: quid igitur faciet iis quũ venerit Dñs prædii vineæ? Veniet, & trucidabit istos custodes prædii vineæ, veniet *inquã*, & dabit vineã suã aliis: & audientes dixerunt ei, Absit. Et inspexit eos, & dixit iis; Quid est scriptum q dicit, Lapis quem reprobaverunt ædificatores, is factus est in caput anguli. Et quicunq; ceciderit super hunc lapidẽ, conteretur; & eum etiã super quem ceciderit, conteret. Et desiderârunt scribæ, & principes sacerdotum apprehendere eum statim, & timuerunt populos: quia cognoverunt, q propter eos parabolã loquutus esset talẽ.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Eum igitur extra vineam tulerunt, & occiderunt. Jam cùm dominus vineæ venerit, eis quid faciet? Dixerunt; veniet, et illos vinitores iniquos perdet, & vineam aliis tradet. Quidam dixerunt, Hoc ne fiat.

CXV. Parabola lapidis quem ædificatores rejecerunt.

Christus eos intuitus est, & dixit; Quid est illud quod scriptum est? Lapidem quem ut *vilem abjecerunt ædificatores; caput basis & angulus ædificii is factus est. Quicunque in illum lapidem ceciderit, fractus & contusus erit: in quemcunque autem ille lapis ceciderit, eum comminuet. Magnates & Antistites & sacerdotes quærebant ut eãdem horâ illum prehenderent, sed à vulgo timuerunt: eò quòd cognoverunt quod hanc parabolam in illos locutus esset.*

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΚΕΦ. ΟΑ'. ΟΒ'.

Et observantes miserunt insidiatores, *simulantes* seipsos justos *esse*, ut
20 Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι, ἵνα σφῶν
caperent *eum* sermonem, *ad* tradendum illum principatui & potestati præ-
ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, ὥστε τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡ-
fidis. Et interrogaverunt eum, dicentes; Magister, scimus quia rectè di-
21 γεμόνος. Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέ-
cis & doces, & non accipis *faciem*, sed in veritate viam Dei
γεις καὶ διδάσκεις, καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, ἀλλ' ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ
doces. Licet nobis Cæsari tributum dare, an non? Considerans autē
22 διδάσκεις. Ἔξεστιν (κ) ἡμῖν Καίσαρι φόρον δοῦναι, ἢ οὔ; Κατανοήσας δὲ
23 illorum dolum, dixit ad eos; Quid me tentatis? Ostendite
24 αὐτῶν τὴν πανουργίαν, εἶπε πρὸς αὐτούς, Τί με πειράζετε; (λ) Ἐπιδείξατέ
mihi denarium: cujus habet imaginē & inscriptionem? respondentes autem dixerunt; Cæ-
μοι δηνάριον· τίνα ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; ἀποκριθέντες δὲ εἶπον, Καί-
saris: *Is autem* ait illis; Reddite ergò quæ Cæsaris, Cæsari, & quæ
25 σαρος· Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ
Dei, Deo. Et non potuerunt reprehendere ejus verbum coram *populo*:
26 Θεοῦ, τῷ Θεῷ. Καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ·
& mirati in responso ejus, tacuerunt. *Accedentes* autem qui-
27 καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ, ἐσίγησαν. Προσελθόντες δέ τι- ΟΒ'
dam Sadducæorum, *contradicentes* resurrectionem *non* esse, interrogaverunt e-
νες τῶν Σαδδουκαίων, οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, ἐπηρώτησαν αὐ-
um, Dicentes; Magister, Moyses scripsit nobis; Si alicujus frater mor-
τὸν, Λέγοντες, Διδάσκαλε, Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν, Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀπο-
28 tuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis *moriatur*, ut accipiat frater ejus
θάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν
uxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergò fratres erant,
γυναῖκα, καὶ (μ) ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Ἑπτὰ οὖν ἀδελφοί εἰσι, 29
& primus *accipiens* uxorem, mortuus est sine filiis. Et accepit *secundus*
καὶ ὁ πρῶτος λαβὼν γυναῖκα, ἀπέθανεν ἄτεκνος. Καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν 30
mortem, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam: simi-
γυναῖκα, καὶ οὗτως ἀπέθανεν ἄτεκνος. Καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν (ν) αὐτήν· ὡσαύ- 31
ter autem & septem non reliquerunt *natos*, & mortui sunt. Novissimè autem omnium
τως δὲ καὶ οἱ ἑπτὰ οὐ κατέλιπον τέκνα, καὶ ἀπέθανον. Ὕστερον δὲ πάντων 32
mortua est & mulier. In ergò resurrectione, cujus eorum *sit* uxor? nam
ἀπέθανε καὶ ἡ γυνή. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; οἱ γὰρ 33
septē habuerunt eam uxorem. Et *respondens* ait illis Jesus; Filii
ἑπτὰ ἔσχον αὐτὴν γυναῖκα. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Οἱ υἱοὶ τοῦ 34
seculi hujus nubunt & traduntur ad nuptias. *At* digni *habiti* *seculum illud*
αἰῶνος τούτου γαμοῦσι καὶ (ξ) ἐκγαμίσκονται. Οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου 35
contingere & resurrectionem ex mortuis, neq; *nubunt*, neq; *traduntur ad nuptias*. Neq; enim po-
τυχεῖν καὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε (ο) ἐκγαμίσκονται. Οὐδὲ 36
ri ultrà *possunt*: æquales angelis enim sunt: & filii sunt Dei, resurrectionis filii *existentes*.
γὰρ ἔτι ἀποθανεῖν δύνανται· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι καὶ (π) υἱοί εἰσι τοῦ Θεοῦ, τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες.

MS. A. (κ) ἡμᾶς (λ) δίξατέ (μ) ἐξαναστήσει (ν) αὐτὴν ὡσαύτως· ὡσαύτως δὲ (ξ) ἐκγαμίζονται. (ο) ἐκγαμίζονται. Οὐδὲ (π) οἱ υἱοί εἰσιν Θεοῦ,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

20 ... ...

Versio VULGATA LATINA.

20 observantes miserunt insidiatores, qui se justos simularent, ut caperent eum in
sermone, ut traderent illum principatui & potestati præsidis. Et interrogave-
runt eum, dicentes; Magister, scimus quia rectè dicis & doces: & non accipis
personam, sed viam Dei in veritate doces: Licet nobis tributum dare Cæsari,
an non? Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos; Quid me tentatis?
Ostendite mihi denarium. Cujus habet imaginem & inscriptionem? Respon-
derunt dixerunt ei; Cæsaris. Et ait illis; Reddite ergò quæ sunt Cæsaris, Cæsari:
& quæ sunt Dei, Deo. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe:
& mirati in responso ejus, tacuerunt. Accesserunt autem quidam Sadducæorum,
qui negant esse resurrectionem, & interrogaverunt eum, Dicentes; Magister,
Moyses scripsit nobis; Si frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic
sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem, & suscitet semen fratri suo. 29
Septem ergò fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis. 30
Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. 31
Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Novissimè 32
omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergò, cujus eorum erit uxor? 33
siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis Jesus; Filii hujus seculi 34
nubunt, & traduntur ad nuptias: Illi verò, qui digni habebuntur seculo illo, & 35
resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; ducent uxores: Neque enim ultrà mori 36
poterunt: æquales enim Angelis sunt, & filii sunt Dei, cùm sint filii resurrectionis.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

20 * فرصدوه وارسلوا اليه جواسيس متسبهين بالصديقين ليصيدوه بكلمة ويسلموه الي الرياسة
21 والسلطنة الوالي * فساله قايلين يا معلم قد علمنا انك بالصواب تنطق وتعلم * ولا تاخذ
22 بالوجوه * بل بالحق تعلم طريق الله * ايجور لنا ان نوهي الجزية لقيصر ام لا * فلما علم مكرهم
23 24 قال لهم لم تجربوني * اروني دينارا فاروه * فقال لمن هذه الصور والكتابة قالوا لقيصر *
25 قال لهم اعطوا ما للملك للملك وما لله لله * ولم يقدروا ان يسقطوه بكلمة امام الشعب *
26 فتعجبوا من جوابه وسكتوا * * الفصل الثاني والسبعون * * ثم جاء اليه قوم من
27 الرادفة الذين يقولون ليست قيامة * وساءلوه قايلين يا معلم موسي كتب لنا ان مات احد
28 وخلف مراءة ولم يدرك ررعا وكان له اخ فلياخذ اخوه مراءته وليقم ررعا لاخيه * وكان عندنا
29 سبعة اخوة * فتزوج الاول مراءة ومات بغير ولد * ثم تزوج بها الثاني * والثالث وكذلك الي
30 31 السابع ومانوا ولم يتركوا ولدا * واخيرا ماتت المراءة ايضا * ففي القيامة لمن منهم تكون
32 33 امراءة لان السبعة قد تزوجوها * فقال لهم يسوع اما بنوا هذا الدهر فيتزوجون ويتزوجن *
34 35 * فاما اولئك الذين استحقوا ذلك الدهر والقيامة من الاموات لا يتزوجون ولا يتزوجن *
36 * لانهم لا يموتون بل يصيرون مثل الملايكة * ويصيرون بني الله وبني القيامة *

Et insidiati sunt ei, & miserunt ad eum 20
exploratores præsentes justos, ut vena-
rentur eum in verbo, & traderent eum
principibus, & potestati præsidis. Igitur 21
interrogaverunt eum, dicentes; Magister,
scimus quòd rectè loquaris, et doceas, neq;
attendas facies, sed in veritate doceas
viam Dei. Licetne nobis reddere tribu- 22
tum Cæsari, an non? Cùm autem cogno- 23
visset dolum eorum, dixit eis; Cur ten-
tatis me? Ostendite mihi denarium: et 24
ostenderunt ei. Itaque dixit, Cujus est 25
hæc imago & inscriptio? Dixerunt, Cæ-
saris. Ait illis; Date quod regis est, regi;
et quod Dei, Deo. Et non potuerunt libe- 26
facere eum in verbo coram populo: &
mirati sunt de responso ejus, & tacuerunt.

Sectio septuagesima secunda.

Deindè venerunt ad eum quidam ex Sa- 27
ducæis, qui dicunt non esse resurrectio-
nem, Et interrogaverunt illum, dicentes; 28
Magister, Moyses scripsit nobis; Si mor-
tuus fuerit cujuspiam, & reliquerit uxo-
rem, at non reliquerit prolem, habueritque
fratrem: accipiat frater ejus uxorem
illius, et suscitet prolem fratri suo. Erant 29
autem apud nos septem fratres, duxitque
primus uxorem, & mortuus est sine li- 30
beris. Tum duxerunt eam secundus, Ac 31
tertius, itidemque usque ad septimum, et
mortui sunt, & non reliquerunt liberos. 32
Et postremò mortua est mulier etiam. In 33
resurrectione ergò cujusnam ex ipsis erit
uxor? siquidem septem duxerunt eam.
Dixit illis Jesus; Filii quidem hujus 34
seculi ducunt uxores, et nubunt; At illi 35
qui digni fuerint illo seculo & resurre-
ctione mortuorũ, non ducent uxores neq;
nubent. Quandoquidem non moriuntur, 36
sed fiunt velut angeli, & fiunt filii
Dei, & filii resurrectionis.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

20 ወተግሕሢው፡ለፅንሑ፡ሎቱ፡እለ፡ ይትዓቀብዎ፡ ላለ፡ ያጸድቁ፡ርእሶሙ፡ከመ፡ያሰሕቶ
ሙ፡በቃሉ፡ ወለመ፡ያግብእዎ፡ለመኳንንት፡ ወለመስፍንት፡::=፡ በእንተ፡ዲናር::=፡
21 ወተስእልዎ፡ ወይቤልዎ፡ ሊቅ፡ናሉር፡ከመ፡ጽድቅ፡ትነግር፡ወትሜሃር፡ወሊታደሉ፡ለ
22 ገጽ፡ፎርቱዐ፡ትሜህር፡ፋኖተ፡እግዚአብሔር::=፡ ይከውንነሁ፡ንሣብ፡ጽባሕተ፡ለቄሰር፡
23 ወሚመ፡ሊይከውንነሁ::=፡ ወለእመሮሙ፡ትመይኑቶሙ፡ወይቤሎሙ፡መንተ፡ታመክሩ
24 ኒ::=፡ ለርእዩ፡ ዲናር፡ ወለመጽሉ ፡ ወይቤሎሙ፡ ዘመኑ፡ መልክዑ፡ ወመጽሐፈ::
25 ወለዋ ለሉ፡ወይቤልዎ፡ዘነጋሢ፡ዘቄሰር፡::=፡ ወይቤሎሙ፡ እግዚእ፡ ሊየሱስ፡ሃብዎ፡
26 ዘቄሰር፡ ለቄሰር፡ ወዘእግዚአብሔር ፡ ለእግዚአብሔር::=፡ ወስእኑዎ፡ ለስሕቶቶ፡
በቃሉ፡በቅድመ፡ኵሉ፡ሕዝብ፡ ወለኀርዎ፡ ሠእሣለ፡ ኣፈሁ፡ወእር መሙ::=፡
27 በእንተ፡ ሰዱቃዊያን::=፡ ወመጽሉ፡ሰዱቃዊያን፡እለ፡ይብሉ፡ሊይሐይው፡ሙዉታ
28 ን፡ ወተስእልዎ፡=፡ ወይቤልዎ፡ ሊቅ፡ ሞሴ፡ ጸሐፈ፡ለነ፡እንዘ፡ይብል፡ለእመ፡ዘሞ
ቶ፡እኁሁ፡ወኀደገ፡ብእሲቶ፡ ወለልበ፡ውሉደ፡ ያወስበ፡ እኁሁ፡ ለብእሲቲ ፡ ወያቅም፡
29 ዘርአ፡ለእኁሁ::=፡ ሀለው፡ እንከ፡ኀቤነ፡ሰብዓቱ፡ላኃው፡ ወለ ውሰባ፡ዘይልለቅ፡ወሞ
30 ተ፡ ወለልበ፡ ውሉደ::=፡ ወከሣሁ፡ ለውሰባ፡ ካልኡሂ::=፡ ወሣልሱሂ ፡ ወሊኀደጥ፡
31 ውሉደ ፡ ወከሣሁ፡ሰብዓቲሆሙ፡ለው ሰብዋ፡ወሞቱ፡እንዘ፡ለልበሙ፡ውሉደ::=፡ ወደኅ
32 ረ፡ኵሎሙ፡ሞተት፡ይእቲ፡ብእሲት::=፡ ላመ፡ይሐይዉ፡ እንከ፡መውታን፡ለመኑ፡እ
33 መኔሆሙ፡ትከውኖ፡ብእሲቶ፡እስመ፡ናሁ፡ሰብዓቲሆሙ፡ለውሰብዋ::=፡ ወለውዘለ፡
34 እግዚእ፡ሊየሱስ፡ወይቤሎሙ፡ ውሉደ፡ ዝንቱ፡ ዓለመ፡ያወስቡ፡ ወይትዋሰቡ ፡ ወይወል
35 ዱ፡ ወይትዋለዱ::=፡ ወእለሰ፡ ይደልዎሙ፡ይርከብዎ፡ለዝኵቶ፡ዓለመ፡ ለመ፡ይሐይ
36 ው፡ ሙዉታን፡ ሊያወስቡ፡ ወሊይትዋሰቡ::=፡ ወሊሂ፡ ይትክሀሎሙ ፡ እንከ ፡ መዊተ፡
ሊሳ፡ ከመ፡ መላእክተ፡ እግዚአብሔር ፡ እሙንቱ፡ ወውሉደ፡ እግዚአብሔር፡ ይከውኑ፡
ወውሉደ ፡ ሕይወት ፡ እሙንቱ::=፡

Et recedentes insidere fecerunt ei insidiatores, qui justificabant seipsos, ut er- 20
rare facerent eum in sermone suo, & tunc traderent eum sacerdotibus, & tribunis.
De denario. Et interrogârunt eum, & dixerunt ei; Magister, 21
scimus q; justè dicis, & doces: & non accipis personam, & rectè doces viam Dei. 22
Licétne nobis dare tributum Cæsari, vel non licet nobis? Et cognovit callidita- 23
tem eorũ, & dixit iis; Quid tentatis me? Ostendite mihi denarium: & attulerunt, & 24
dixit iis; Cujus *est* imago ejus, & inscriptio ejus? & responderunt, & dixerunt ei; 25
Imperatoris Cæsaris. Et dixit iis Dñs Jesus, Date quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari; & quæ
sunt Dei, Deo. Et non potuerunt in errorem inducere eum, in sermone suo coram 26
toto populo: & mirati sunt procedentia *ex* ore suo, & siluerunt.

De Saducæis.

Et venerunt Saducæi, qui dicunt, Non vivent mortui: & interrogârunt eũ, Et di- 27 28
xerunt ei, Magister, Moses scripsit nobis, dicens; Si quis sit cujus frater mortuus est,
& reliquit uxoré ejus, & non habuit liberos, ducat eam frater ejus in uxorem suã,
& suscitet semen fratri suo. Fuerunt igitur apud nos septem fratres, & uxorem 29
duxit senior, & obiit, & non habuit filios. Et similiter uxorem duxit eam secun- 30
dus. Et tertius etiam, & non reliquerunt liberos: & similiter septem illi duxerunt 31
eam, & obierunt non habentes liberos. Et post omnes mortua est ista mulier. 32
Quando vivent igitur mortui, cui ex illis erit uxor, quia ecce septem illi duxerunt 33
eam? Et respondit Dñs Jesus, & dixit iis, Filii hujus seculi uxores ducunt, & 34
nuptum dantur; & procreant, & procreantur. Sed qui digni sunt obtinere illud 35
seculum, quum vixerint mortui, non uxores ducent, neque nuptum dabuntur;
Neque etiam possunt ampliùs mori: sed sicut angeli Dei erunt, & filii Dei 36
erunt, & filii vitæ erunt.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

معلم موسي براي ما نبشت كه اگر كسي را برادر بميرد واورا زن باشد بي فرزندان برادر او
29 زن برادر را بستاند ‡ وبراي برادر خود تخم برخيزاند * * هفت برادران بودند * اولين زن
30 31 ستاد * وبي فرزندان † مرد * * دوم * * وسوم ستد وبي فرزند مردند * وآهفت برادر آن † زنرا
32 33 ستدند * وبي فرزند مردند * وعاقبت ان زن نيز مرد * * اكنون در روز قيامت * آن زن ازان
34 كدامين برادرست * سبب انك هفت برادر † با او نزديكي كردند * * عيسي بديشان گفت
35 كه فرزندان † اين عالم واهل دنيا * زن بستانند * وزنان براي مردان باشند * * ودر قيامت
36 رباسوهري ودخول ميان مردم نباشد * * ويكر مردن بريشان واجب نيست * وبر مثال
فرشتكان † باشند * واهل ملكوت † فرزندان خدا خوانده شوند *

Præceptor, Moses nobis scripsit,
quòd si cui frater moriatur, et ei
uxor sit absque liberis, frater ejus
uxorem fratris accipiat, et fratri
suo semen suscitet. Septem autem 29
fratres erant: primus uxorem ac-
cepit, et absque liberis mortuus est.
Et secundus, Et tertius etiam ac- 30
cepit eam, et sine liberis mortui 31
sunt: et usque ad septem fratres
illam uxorem acceperunt, et absque
liberis mortui sunt. Postremò illa 32
mulier etiam mortua est. Jam in 33
die resurrectionis illa mulier cujusce
fratris erit? eò quòd septem fratres
cum ea conjugium fecerant. Jesus 34
illis dixit; Filii quidem hujus se-
culi et populus mundi uxores acci-
piunt, et mulieres propter viros sunt:
In resurrectione autem conjugium et 35
congressus inter homines non erit.
Rursus enim illis moriendum non 36
est, sed ad instar Angelorum erunt, &
populus regni filii Dei vocati erunt.

Digitized by Google

Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum, sicut dicit Dominum,
37 Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου, ὡς λέγει Κύριον,
Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob. Deus autem non est mortuorum,
38 τὸν Θεὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Θεὸν Ἰακώβ. Θεὸς δὲ οὐκ ἔστι νεκρῶν,
sed vivorum: omnes enim ei vivunt. Respondentes autem quidam Scri-
39 ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν. Ἀποκριθέντες δέ τινες τῶν Γραμ-
barum, dixerunt; Magister, pulchrè dixisti. Non ampliùs autem audebant interrogare
40 ματέων, εἶπον, Διδάσκαλε, καλῶς εἶπας. Οὐκ ἔτι γὰρ ἐτόλμων ἐπερωτᾶν σμδ
eum quicquam. Dixit autem ad illos; Quomodò dicunt Christum filium David β
41 αὐτὸν εἶναι. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, Πῶς (ρ) λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ οὖ
esse, Et ipse David dicit in libro Psalmorum; Dixit Dominus Domino meo, —
42 ἔφη, Καὶ αὐτὸς Δαβὶδ λέγει ἐν βίβλῳ ψαλμῶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, σμε
Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? β
43 Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου;
David ergò Dominum illum vocat: & quomodò filius ejus est? Audiente —
44 Δαβὶδ οὖν (σ) Κύριον αὐτὸν καλεῖ· καὶ πῶς (τ) υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν; Ἀκούοντος σμς
autem omni populo, dixit discipulis suis; Attendite à Scribis β
46 τοῦ παντὸς τοῦ λαοῦ, εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων
volentibus ambulare in stolis, & amantibus salutationes in foris, &
τῶν θελόντων (υ) περιπατεῖν ἐν στολαῖς, καὶ φιλούντων ἀσπασμοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ
primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cœnis: Qui
47 πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ (φ) πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δείπνοις· Οἱ
devorant domos viduarum, & specie longæ precationis. Hi acci- —
κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται. οὗτοι λή- μ
pient majorem damnationem.
ψονται περισσότερον κρίμα.

CAP. XXI. κα'.

Respiciens autem vidit mittentes munera sua in gazophylacium,
ΟΔ' 1 Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον τ
divites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem illuc duo minuta.
πλουσίους. (α) Εἶδε δέ καί τινα χήραν πενιχρὰν βάλλουσαν ὀκτὼ λεπτά. 2
Et dixit; Verè dico vobis, Quia vidua pauper hæc plus omnibus misit.
Καὶ εἶπεν, Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, Ὅτι ἡ χήρα ἡ πτωχὴ αὕτη πλεῖον πάντων ἔβαλεν. 3
Omnes enim hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei:
Ἅπαντες γὰρ οὗτοι ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ· 4
hæc autem ex postremitate sua omnem victum quem habuit, misit. Et quibusdam
αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον ὃν εἶχεν ἔβαλε. Καί τινων 5
dicentibus de templo, quòd lapidibus pulchris & donis ornatum esset,
λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ (β) ἀναθήμασι κεκόσμηται,
dixit; Hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super
εἶπε, Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ 6
lapidem, qui non destruatur.
λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται.

MS. A. (ρ) λέγουσίν τινες τῶν (σ) αὐτὸν Κύριον (τ) αὐτοῦ ὑός (υ) ἐν στολαῖς περιπατεῖν, (φ) πρωτοκλισίας ΚΕΦ. κα'. MS. A. (α) Εἶδεν δέ τινων καὶ χήραν (β) ἀναθήμασιν

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

37 ... * ... ...
38 ... ... * ... ...
39 ... * ... ...
40 ... * ...
41 ... * ... * ...
42 ... ... * ... ...
43 ... * ...
44
45 ... ... * ... ...
46 ... * ...
47 ... ... * ...
... * ...
1 ... * ...
2 ... * ...
3 ... ... * ... ...
4 ... ... * ... ...
... ... * ...
5 ... * ... * ... * ...
6 ... ... * ...
... ...

Surrecturos autem mortuos Moyses quoque 37
demonstravit: rememoravit enim in rubo,
dum ait; Dominus Deus Abraham, & Deus
Isaac, & Deus Jacob. Deus autem non 38
est mortuorum, sed vivorum: omnes enim
vivunt ei. Respondentes autem quidam ex 39
Scribis, & dicunt ei; Doctor, perbellè di-
cis. Nec ampliùs ausi sunt interrogare 40
eum ulla de re.

Ad oblationem dominicæ quintæ post Epiphaniam. 64.

Porrò dicebat eis, Quomodò dicunt Scribæ 41
de Messia, eum esse filium David? Quum 42
ipse David dixerit in libro Psalmorum;
Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextra
mea, Donec ponam hostes tuos sub pedi- 43
bus tuis. Si David ergò vocat eum, Do- 44
minum meum, quomodò filius ejus est?
Et audiente universo populo, dixit discipu- 45
lis suis; Cavete à Scribis qui volunt am- 46
bulare cum stolis, & amant salutationem in
plateis, primósque consessus in synagogis,
& primos accubitus in cœnis. Isti devo- 47
rant domos viduarum, eâ occasione quòd
prorogent orationes suas: isti subibunt
gravius judicium.

CAP. XXI.

Contemplatus autem Jesus divites illos 1
qui conjiciebant in ærarium oblationes su-
as; Vidit etiam viduam quandam pauper- 2
rimam conjicientem obolos duos. Et ait; 3
Verè dico vobis, hæc vidua pauper conjec-
cit plusquàm omnes. Hi enim omnes ex eo 4
quod redundabat eis, conjecerunt in locum
oblationis Dei: hæc autem ex penuria sua
quicquid possidebat, conjecit.

Ad oblationem festo crucis. 65.

Quumque dicerent quidam de templo, quòd 5
lapidibus pulcherrimis oblationibúsque or-
natum esset: dixit eis Jesus; In his quæ 6
spectatis, venient dies quibus non relinque-
tur lapis super lapidem, quin destruatur.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

37 وموسي نيز پيشتر † ياد كرد * ودر تلوكفت * وقتي كه مي گفت خدا خداي
38 ابرهيم * خداي † اسحق * خداي † يعقوب * * نبود خداي مردكان * الا خداي
Quia non misit Deus filiũ suum in mundum, ut judicet mundum: sed ut salvetur per ipsum mundus. Et qui crediderit in eum non judicabitur; & qui non crediderit in ipsum, jam judicatus est: quia non credidit in nomine unici filii Dei. Et hoc est judicium, quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quàm Lucem, quia opera eorũ erant mala. Nam quicunque perpetrat scelera, odit Lucem, & non venit ad Lucem, ne arguantur opera ejus, quia mala sunt. Qui autem facit veritatem, is quidem venit ad Lucem, & apparent opera ejus, quippe quæ in Deo facta. Et post hoc venit Jesus, & discipuli ejus in terram Judææ, & versabatur ibi cum eis, & baptizabat. Et Johannes baptizabat etiam in fonte Nun, qui est ad latus Salim, ob multitudinem aquæ ibidem. Et veniebant, & baptizabantur: Quia non fuerat Johannes adhuc projectus in carcerem. Et facta est quæstio inter discipulos Johannis, & Judæos de purificatione. Et venerunt ad Johannem, & dixerunt ei; Magister ille qui erat tecum trans Jordanem, cui tu attestatus es, ecce etiam baptizat, & veniunt ad eum omnes. Respondit eis Johannes, dicens; Non potest homo arrogare sibi quicquam, quin id concedatur illi de cœlo. Vos testamini mihi quòd dixerim; Quia non sum Christus, sed missus sum ante illum. Quicunq; habet sponsam, sponsus est: & amicus sponsi assistens auscultansq; eum, gaudet gaudio propter vocem sponsi. Nunc igitur ecce gaudium meum jam impletum est. Oportet illum crescere, & me minui. Quia qui venit ab excelso, ipse est excelsior quâlibet re: & qui de terra est, ipse quidem terrenus est, & de terra loquitur: Et qui de cœlo venit, ipse est super omnia:

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

17 እስመ: ላፈነወ: እግዚአብሔር: ለወልዱ: ውስተ:ዓለመ:ከመ:ይኵንኖ: ለዓለመ:ዘ
18 እንበለ:ከመ:ያሕይወ:ለዓለመ:በእንቲኣሁ:።። ዘይአምን:ቦቱ:ኢይትኰነን:ወዘሰ:
ኢይአምን:ቦቱ:ወድኅ:ተኵኖ:እስመ:ኢአመነ:በወልደ:እግዚአብሔር:ዋሕድ::።።
19 ዘውእቱ:ኵነኔሁ: እስመ:ብርሃን: መጽአ:ውስተ:ዓለመ: ወለፍቁሮ:እግዚአ ብሔር:
ለዓለመ: ወለብደረ: ሰብእ: ጽልመተ: እመብርሃን:እስመ:እኩይ:መባብሪሆሙ::።።
20 እስመ: ኵሉ: ዘእኩይ: መግበሬ: ይጸልእ: ብርሃነ: ወኢይመጽእ: ኀበ:ብርሃን:ከመ:
21 ኢይትከሠቱ: መግባሬ::።። ወዘሰ:ጽድቅ:መግበሬ: ይመጽእ:ኀበ:ብርሃን:ከመ: ያ
22 ስተርኢ:መግባሬ:እስመ:በእንተ:እግዚአብሔር: ይገብር::።። ወለመዝ: ሱረ: እግ
ዜእ:ኢያኩስ:ወለርዳኢሁ:ውስተ: መድረ: ይሁይ: ወኀበረ:ህየ:ምስሌሆሙ:ወጥመ
23 ቀ::።። ወሄሉ: ዮሐንስኒ: ያጠምቅ: በሐኖን: በቅረበ: ሰሌም: እስመ:ቦቱ:ህየ:ብ
24 ዙኅ:ማየተ:ወይመጽሉ:ኀቤሁ:ወያጠምቁ::።። እስመ:ዓዲሁ:ኢተወድየ:ዮሐንስ
25 ስ:ወውስተ:ቤተ:ሞቅሕ::።። በእንተ:ጥመቀተ:ጥህረቶሙ::።። ወእመዝ:ኮ
26 ኑ:ተኀለዉሦ:ለር ደኢሁ:ለዮሐንስ: መስለ: ኢይሁድ:በእንተ:ለጥህሮ::።። ወሖሩ:ኀ
በ:ዮሐንሰ: ወይቤልዎ:ረቢ:ዝኩ:ዘመሰከርከ:ሃሎ:በመዕደተ: ዮርደንስ: ዘእንተ:ለኢ
ኅ:ሰማዕተ: ከንከ: በእንቲአሁ:ናሁ:ሃሎ:ውእቱሂ:ያጠምቅ:ወ ኵሉ:ይሖውር:ኀቤ
27 ሁ::።። ወለወ ለሰ: ዮሐንስ:ወይቤ:ኢይክል:ሰብእ:ነሢአ:ለኢ ሁ:ወኢ:መንተኒ:እ
28 መ:ኢተውህበ:ሎቱ: እመሰማይ::።። እንትሙ: ለኢክሙ: ስማዕትየ:: ከመ:እበለክ
ሙ:ለእሰ:ኢኮንኩ:ክርስቶስሃ:ደእመ:ላእሰ:ተፈነውኩ:ቅድሜሁ:እሰብክ:ሎቱ::።።
29 ዘበ:መርዓተ:መርዓዊ:ውእቱ:ወዓርኩሰ: ለመርዓዊ: ዘይቁሞ: ወይሰመዕ:ፍሥሐ:
30 ይትፈሣሕ:በእንተ:ቃለ:መርዓዊ:: ወፍሥሐ:ዜአየሰ:ተፈጸመ::።። ወእንቲኣሁሰ:
31 ትበዝኅ : ወእንቲኣየሰ : ተሰልጠት::።። ዘእመሰዕሉ : መጽአ : መልዕልተ: ኵሉ: ወውእቱ::
ውእቱ:ወዘእመድርክ:ውእቱ:እመድር:ውእቱ: ወዘበ: መድር: ይነግር:: ወዘእመሰማይ : መጽአ: መልዕልተ:ኵሉ: ወውእቱ::።።

Quia non misit Deus filium suum in mundum ut judicet mundum, sed ut servaret mundum per eum. Qui credit in eo, non judicabitur: & qui non credit in eo, jam judicatus est, quia non credidit in filio Dei unico. Hoc est judicium ejus, quia Lux venit in mundum & dilexit Deus mundum, & appetiit homo tenebras magis quam Lucem, quia mala sunt opera eorum. Quia omnis cujus opus malum est, odit Lucem, & non veniet ad Lucem, ut non reveletur opus suum. Et is cujus justum est opus, veniet ad Lucem, ut manifestum faciat opus suum, quia propter Deum operatur. Et tunc abiit Dominus Jesus & discipuli ejus in terram Judææ, & commoratus est ibi cum illis, & baptizavit. Et erat Johannes Baptista in Henon prope Salem, quia erant ibi multæ aquæ: & veniebant ad eum, & baptizabat eos. Quia adhuc non conjectus fuerat Johannes in carcerem.

De baptismo purificationis eorum.

Et tunc facta est quæstio discipulorum Johannis cum Judæis de purificatione. Et venerunt ad Johannem, & dicebant ei; Rabi, qui tecum erat trans Jordanem, de quo tu testis factus es, ecce ille baptizat, & omnis venit ad eum. Et respondit Johannes, & dixit; Non potest homo recipere ipse quicquam, si non datum fuerit ei à cœlo. Vos ipsi testes mei estis, quòd dixerim vobis; Ego non sum Christus, sed ego missus sum ante illum, prædicare illum. Qui habet sponsam sponsus est; & amicus sponsi qui stat & audit, gaudio gaudet propter vocem sponsi: & gaudium meum impletum est. Ipsum oportet crescere, & me minui. Qui desursùm venit, supra omnes est: & qui de terra est, de terra est, & terrestria loquitur: & qui de cœlo venit, supra omnes est.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

كه تو بهر او گواهي دادي اينك او نيز مي شويد * وپسياران پيش او مي آيند * يحيي
27 جواب داد وگفت * فرزند ادمي نتواند * كه از ارادت خود چيزي ستاند * مگر از آسمان
بدو چيزي بخشوده باشد * شما براي من گواهي مي دهيد كه گفتم من مسيح نيستم * ليكن
28 رسولم پيش او * هر كه عروس دارد دامادست * وان دامادرا دوست دارد * آنست كه
29 شادماني بايستد * وگوش بآواز داماد دارد * وچون بشنود آواز اورا * شادمان گردد * واينست
شادماني من كه تمام شد * اورا مي بايد كه افزونتر شود * ومن كمتر شوم * سبب
30 31 آنكه هر كه از بلندي آمد * از هر چيزي بلندتر ست * وآنكه از زمين است * زميني است * واز
زمين سخن بگويد * وآنكه از آسمان آمد * از همه بلندتر ست *

de quo tu testimonium dedisti, ecce ille etiam baptizat, & multi ad eum veniunt. Johannes respondit & dixit; Filius hominis non potest ex voluntate sua quicquam accipere, nisi de cœlo ipsi aliquid donatum sit. Vos mihi testimonium præbetis, quòd dixi; Ego Christus non sum, sed legatus sum ante eum. Quicunque sponsam habet, sponsus est: Ille autem qui sponsum amat, is est qui cum gaudio stat, & aurem vocì sponsi præbet, & cùm audierit vocem ejus, lætatur: & hoc est gaudium meum quod impletum est. Ipsum oportet ut auctior sit, & me ut diminutus sim. Propterea quòd quicunque ex excelso venerit, omni re excelsior est: qui verò de terra est, terrenus est, & de terra loquitur: qui autem è cœlo venit, omnibus altior est.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. Δ'.


Et quod vidit & audivit, hoc testatur, & testimonium ejus nemo accipit.
32 Καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.
Accipiens ejus testimonium, signavit quia Deus verax est. Quem enim
33 Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν. Ὃν γὰρ
34 misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ex mensura dat Deus
ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ· οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς —
Spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu ejus. λ
35 τὸ Πνεῦμα. Ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. χ
Credens in filium, habet vitam aternam: at non persuasibilis filio, non videbit
36 Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται λα
vitam, sed ira Dei manet super ipsum. ε
ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.

CAP. IV. δ'.

1 Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι ὅτι Ἰησοῦς πλείονας
Ut ergò cognovit Dominus quia audierunt Pharisæi quòd Jesus plures
discipulos facit, & baptizat, quàm Joannes, (Quanquam Jesus ipse non —
2 μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης, (Καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ λβ
baptizaret, sed discipuli ejus,) Reliquit Judæam, & ablit iterùm in ζ
3 ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ,) Ἀφῆκε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ (β) ἀπῆλθε πάλιν εἰς —
Galilæam. Oportebat autem eum transire per Samariam. Venit λγ
4 5 τὴν Γαλιλαίαν. Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας. Ἔρχεται ε
Ε' ergò in civitatem Samariæ, dictam Sichar, juxta prædium quod dedit
εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου ὃ ἔδωκεν
Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Ergò Jesus fati-
Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ. ὁ οὖν Ἰησοῦς, κεκο- 6
gatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi
πιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. ὥρα ἦν ὡς (γ) ἕκτη
sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam: dicit ei Jesus; Da
ἕκτη. Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ· λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Δός 7
mihi bibere. Nam discipuli ejus abierant in civitatem, ut cibos
μοι πεῖν. (Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς 8
emerent.) Dicit ergò ei mulier illa Samaritana; Quomodò tu Judæus existens
ἀγοράσωσι.) Λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρῖτις, Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν 9
à me bibere poscis existente muliere Samaritana? non enim coëuntur
παρ' ἐμοῦ πεῖν (δ) αἰτεῖς οὖσης γυναικὸς Σαμαρίτιδος; οὐ γὰρ συγχῶνται
Judæi Samaritanis. Respondit Jesus, & dixit ei; Si scires do-
Ἰουδαῖοι Σαμαρίταις. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῇ, (ε) Εἰ ἤδεις τὴν δω- 10
num Dei, & quis est dicens tibi; Da mihi bibere, tu utique petisses illum,
ρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πεῖν, σὺ ἂν ἤτησας αὐτὸν,
& dedisset utique tibi aquam vivam. Dicit ei mulier; Domine, neque hauritorium habes,
καὶ ὕδωρ ἂν ἔδωκέν σοι ὕδωρ ζῶν. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, 11
& puteus est profundus: undè ergò habes aquam vivam?
καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;

ΚΕΦ. δ'. MS. A. (α) βαπτίζει Ἰωάννης, (Καίτοιγε αὐτὸς Ἰησοῦς οὐκ (β) ἀπῆλθεν εἰς (γ) ὡς (δ) αἰτεῖς γυναικὸς Σαμαρίτιδος ὄντος; (ε) Ἡ ἔδεις

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.



Et quod vidit, & audivit, testatur: & testi- 32
monium ejus nemo recipit. Qui autem 33
recepit ejus testimonium, definivit Deum
esse veracem. Is enim quem Deus misit, 34
verba Dei loquitur: non enim in mensura
dedit Deus Spiritum. Pater diligit Filium, 35
& omnia dedit in manus ejus. Qui credit in 36
Filium, habet vitam æternam: qui verò
non acquiescit Filio, non videbit vitam, sed
ira Dei commorabitur super eum.


CAP. IV.

Cognovit autem Jesus audisse Pharisæos 1
quòd ipse discipulos multos faciesset, ma-
gisque baptizaret quàm Johannes: Quum 2
tamen non ipse Jesus baptizaret, sed disci-
puli ejus. Et reliquit Judæam, & venit 3
iterùm in Galilæam.

Nocte consecrationis aquæ, & genuflexionis Pentecostes. 10.

Opus autem erat ei ut veniens transiret per 4
Samaritanos. Venit itaque in urbem Sa- 5
maritanorum, quæ vocatur Sochar, ad latus
oppidi quod dederat Jacob Josepho filio
suo. Erátque ibi fons aquarum Jacobi: 6
ipse autem Jesus fatigatus erat ex labore
itineris, sederátque ad fontem, & erat hora
sexta. Et venit mulier ex Samaria ut hau- 7
riret aquam: dixítque ei Jesus; Da mihi
aquam bibendam. Porrò discipuli ejus in- 8
troierant in urbem ut emerent sibi cibum.
Dicit ei mulier illa Samaritana; Quomodò 9
tu Judæus cùm sis, à me petis potum quæ
sum mulier Samaritana? non enim com-
mercium habent Judæi cum Samaritanis.
Respondit Jesus, & dixit ei; Si scires do- 10
num Dei, & quis est iste qui dicit tibi, Da
mihi potum, tu peteres ab eo, & daret
tibi aquas vivas. Dicit ei mulier illa; 11
Domine mi, siculam non habes, & puteus
profundus est, undénam tibi sunt aquæ
vivæ?

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.



De eo quod vidit & audivit testi- 32
monium dat, & nemo testimonium
ejus recipit. Qui autem testimo- 33
nium ejus recipit, fidem fecit quòd
Deus veritas est. Nam is quem 34
Deus misit sermonem Dei loquitur:
quia non ad mensuram Deus Spiri-
tum dat. Pater Filium amore com- 35
plectitur, & omnem rem in manum
ejus dabit. Et quicunque in Filium 36
fidem habuerit, vitam æternam in-
venit: qui verò Filio caput non
submiserit, & ei obsecutus non fue-
rit, vitam non videbit, sed ira Dei
super eum manet.

CAP. IV.

Et cùm Jesus sciret quòd Pha- 1
risæi audissent quod discipulos mul-
tos adepius esset, & plures quàm
Johannes baptizaret: At non Je- 2
sus solus erat qui baptizabat, sed
discipuli etiam baptizabant. Dein- 3
ceps Jesus Judæam reliquit, & in
Galilæam profectus est.

IX. Venit Jesus in urbem Samaritanorum & fidem habent ei.

Et voluntas in animo Jesu erat, ut 4
per regionem Samaritanorum transi-
ret. Et veniens in urbem Samari- 5
tanorum ingressus est, cui nomen
Sechar est, juxta agrum quem
Jacob filio suo Joseph dederat. Et 6
ibi fons aquæ erat Jacobi. Je-
sus ex labore itineris lassus erat:
veniens itaque juxta fontem sedit

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

32 Et quod vidit, & audivit, hoc teſtatur: & teſtimonium ejus nemo accipit. Qui
33 accepit ejus teſtimonium, ſignavit quia Deus verax eſt. Quem enim miſit Deus,
34 verba Dei loquitur: non enim ad menſuram dat Deus Spiritum. Pater diligit
35 filium: & omnia dedit in manu ejus. Qui credit in Filium, habet vitam æter-
36 nam: qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.

CAP. IV.

1 UT ergò cognovit Jeſus, quia audierunt Phariſæi quòd Jeſus plures diſcipulos
2 facit, & baptizat, quàm Joannes, (Quanquam Jeſus non baptizaret, ſed diſci-
3 4 puli ejus,) Reliquit Judæam, & abiit iterùm in Galilæam. Oportebat autem eum tranſire per Samariam. Venit ergò in civitatem Samariæ, quæ dicitur Si- 5
char: juxta prædium, quod dedit Jacob Joſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons 6
Jacob. Jeſus ergò fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſuper fontem. Hora erat quaſi
ſexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jeſus; Da mihi bibere. 7
(Diſcipuli enim ejus abierant in civitatem ut cibos emerent.) Dicit ergò ei 8 9
mulier illa Samaritana; Quomodò tu Judæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ
ſum mulier Samaritana? non enim coëuntur Judæi Samaritanis. Reſpondit Je- 10
ſus, & dixit ei; Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi; Da mihi bibere: tu
forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam. Dicit ei mulier; Domine, 11
neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt: undè ergò habes aquam vivam?

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

32 وهما علمن وسمع يشهد وليس يقبل احد شهادته * والذي قد قبل شهادته فقد حتم * لان
33 الله حق هو * لان الذي ارسله الله انما ينطق بكلام الله * لان الله لا يعطي الروح بالكيل *
34 الاب يحب الابن وقد جعل في يديه كل شي * ومن يومن بالابن فله الحياة الدايمة * ومن لا
35 36 يطع الابن لا يعاين الحياة بل يحل عليه عصب الله *

Et quod vidit, & audivit, teſtatur: at non accipit quiſquam teſtimonium ejus. Et qui accepit teſtimonium ejus, jam obſignatus eſt: quoniam Deus verax eſt. Nam is quem miſit Deus, profectò loquitur verba Dei: Deus enim non dat Spiritum cum menſura. Pater diligit Filium, & poſuit in manibus ejus omnia. Et qui credit in Filium, habet vitam æternam: & qui non obedit Filio, non videbit vitam, ſed habitabit ſuper ipſum ira Dei. 32 33 34 35 36

الفصل الثامن *

Sectio octava.

* ولما علم يسوع ان الفريسيين قد سمعوا انه قد اتخذ تلاميذ كثيرين وانه يعمد اكثر 1
من يوحنا * اذ ليس يسوع كان يعمد بل تلاميذه * ترك اليهودية ومضى الى الجليل 2 3
ايضا * وكان قد اوجب ان يجتاز بالسامرة * فاقبل الى مدينة السامرة التي تسمى سنجار الى 4 5
جانب القرية التي كان يعقوب وهبها ليوسف ابنه * وكانت هناك عين ماء ليعقوب * وكان 6
يسوع قد تعب من مسي الطريق فجلس على العين وقت الساعة السادسة * فجاءت مراة من 7
السمرة لتستقي ماء * فقال لها يسوع اعطيني لاشرب * وكان تلاميذه قد مضوا الى المدينة 8
ليبتاعوا لهم طعاما * فقالت له تلك المراة السامرية كيف وانت يهودي تستسقيني الماء وانا 9
مراة سامرية واليهود لا يخالطون بالسمرة * اجابها يسوع قايلا لو كنت تعرفين عطية الله 10
ومن الذي قال لك ناولني لاشرب لكنت انت تسالته يعطيك ماء الحياة * قالت له تلك 11
المراة يا سيد انه لا دلو لك والبير عميقة فمن اين لك ماء الحياة *

Et cùm cognoviſſet Jeſus quòd Phariſæi audiſſent ipſum adoptaſſe diſcipulos plurimos, & baptizare pluſquàm Johannes: (Cùm minimè Jeſus baptizaret, ſed diſcipuli ejus:) Reliquit Judæam, & abiit in Galilæam denuò. Et jam decreverat tranſire per Samariam. Venit ergò in civitatem Samariæ, quæ vocatur Sichar, ad latus rivi quod Jacob dederat Joſepho filio ſuo. Et erat ibi fons aquæ Jacobi. Erat autem Jeſus feſſus ex ambulatione itineris: ſedebatque ad fontem tempore horæ ſextæ. Et venit mulier de Samaria, ut hauriret aquam. Et dixit ei Jeſus; Da mihi bibere. (Diſcipuli autem ejus abierant in civitatem ut emerent ſibi cibum.) Dixit ei illa mulier Samaritana; Quomodò quum tu ſis Judæus, petis à me bibere aquam, quum ego mulier ſim Samaritana, & Judæi non commiſceantur Samaritanis? Reſpondit et Jeſus, dicens; Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dixit tibi; Propina mihi ut bibam, tu quidem peteres ab eo, ut daret tibi aquam vitæ. Dixit ei illa mulier; Domine, non eſt ſitula tibi, & puteus profundus eſt: undè ergò tibi aqua vitæ? 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

32 ወበዘ:ርእዩ:: ወበዘ:ሰምዑ:ስማዕተ:ይሰውጥ:: ወኢ፡ውሂ:ኣልቦ:ዘይትወሰር:::ፅ
33 ወለዘሰ:ተወስር:ስምዖ:ዓተቦ: እግዚኣብሔር: እስመ:ጽድቅ: ወእቱ:::ፅ ወዘእግ
34 ዚኣብሔር:ይነብቦ:ቃለ: እግዚኣብሔር:ይኅግር: እስመ: ኣኮ:በመስፈርት:ይሁብ:እግ
35 ዚኣብሔር: ውሂ:ሰ:::ፅ ኣብ: ያፈቅር: ወልዶ: ወኵሎ : ለወፈዮ: ወሀቦ: እዴ
36 ሁ:::ፅ ወዘየኣምን: ብወልድ: ዩኅደዎ: ሕይወት: ዘለዓለም: ወዘኮ: ኢይኣምን: በወልድ:
ኢይረሲዮ : ሳሕለ፡ፀወት : መቅሠፍተ : እግዚኣብሔር : ይኅብር:ለዕሌሁ:::ፅ

1 በጎመ:ፋሪሳ:::ፅ ወኣእሚር:እግዚእነ:ከመ:ሰምዑ:ፋሪሰዊያን:ከመ:በዝ
2 ኁ:እርደኢሁ:ለእግዚእ:ኢየሱስ: ወለብዝኁ: ለጥምቀ: እሞ ሐንስ:::ፅ ወበሕ
3 ቱ:ለኢሁስ: እግዚእ ኢየሱስ: ኢይጥመቀ:ይእሙ: እርደኢሁ:::ፅ ወኀደገ:መጽረ:
4 ይሁደ:: ወሖረ: ካዕበ: ገሊላ:::ፅ ወእንዘ:ሃለወ: ይሓልፍ: እንተ:ሰማርያ:::ፅ
5 በለንተ:ሰመሬዊት:::ፅ ወበጽሐ:ሀገረ:ሰመር:እንተ:ስማ:ሲካር:ቅረብ:ዓጸደ:
6 ወይን:ዘወሀበ:ያዕቆብ:ለዮሴፍ: ወልዱ:ቱ::ፅ ወሀሎ:ሆ:ዓሣቅት:ዘያዕቆብ:: ወደክ
ሞ:እ፡ዚኣስ:ኢየሱስ:በሐዊረ:ፈናት:ወነበረ: ህየ:ኀቤ: ዓዘቅት:: ወቀተር: ሰቢሄ: ወጊ
7 ዜ:ጽሕ:ሰዓት:::ፅ መጽአት: ብእሲት: እመሰማርያ:ትቅደሕ:ማየ:: ወይቤለ:እግዚ
8 እ:ኢየሱስ:ለእት:ይእ:ማየ::ፅ እስመ:እርደኢሁስ:ሖረ:ሃገረ: ይሠየጡ: ሥጋሃ:
9 ሲሶዮ::ፅ ወትቤሎ:ይእቲ:ብእሲት:ሰመሬዊት:እፎ:ለእዝ:ኢይሁዲዊ:እንተ:
ትስእለ: በኀቤየ: ትሰተይ: ማየ:እንዘ: ሰመሬዊት: ብእሲት:እነ:::እስመ:ኢይተባደ:
10 እሩ ሎተ:ኢይሁድ:ወኢይተሐወሱ:መክለ:ሰመሬዊያን:ወለኢይቤሎ:::ፅ ወለዘ:ሠ
ለ:ለ፡እግዚእ:ኢየሱስ:ወይቤላ፡ሰብሰ:ታእመሪ:እጋሁ:ለእግዚኣብሔር:: ወመኑ: ውእ
ቱ: ዘይቤለኪ: ወይቤለኪ:ለእትይኒ:: እንቲኒ:ዲዴ:ኢመሰእልኪዮ: ወእመ:ወሀበኪ:
11 ማየ: ሕይወት::ፅ ወትቤሎ : ይእቲ: ብእሲት : እግዚእየ : ሶሕየ:ብኒ : ለፅብኪ:
ወዓዘቅቲኒ : ዕሙቅ : ውእቱ : እመኢየቲ : እኁ:ለከ ፣ ማየ : ሕይወት::ፅ

Et de quo vidit, & de quo audivimus, teſtatur, & teſtimonium ejus nemo eſt qui 32
recipiet. Et eum qui recepit teſtimonium ejus, obſignavit eum Deus, quia verus 33
eſt. Et *is* quem Deus miſit, verbum Dei loquitur, quonium non in menſura 34
eſt *is* quem dat Deus, Spiritus. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus 35
ejus. Qui credit in Filio habet vitam æternam: & qui non credit in Filio, non 36
videbit vitam: flagellum Dei manet ſuper eum.

CAP. IV. *Quintâ paſchatis.*

Et quum cognoviſſet Dominus noſter, quòd audiſſent Phariſæi quòd multi- 1
plicati erant diſcipuli Dñi Jeſu, & plures baptizaverat quàm Johannes. (Quan- 2
quam ipſe Dñs Jeſus non baptizabat, ſed diſcipuli ejus.) Et reliquit terram Ju- 3
dææ, & abiit iterum *in* Galilæam. Et conveniens erat ei tranſire per Samariam. 4

De Samaritana.

Et venit in civitatem Samariæ cujus nomen Sichar, propè vineam quam dedit 5
Jacob Joſepho filio ſuo. Et erat ibi puteus Jacob, & quum fatigatus eſſet Dñs 6
Jeſus proficiſcendo viâ, ſedit ibi ad puteum: & meridies tunc erat, & tempus ſex-
tæ horæ. Venit mulier de Samaria ut hauriret aquam, & dixit ei Dominus Jeſus; 7
Pota me aquâ. (Quia diſcipuli ejus abierant *in* civitatem emere panem ſtipen- 8
diorum ſuorum.) Et dixit ei iſta mulier Samaritana, Quomodo quum ſis Judæus 9
eu, poſcis apud me bibere aquam, quæ mulier Samaritana ſum? quia non conve-
niunt religione Judæi, neque communicant cum Samaritanis, neq; commiſcent.
Et reſpondit ei Dñs Jeſus, & dixit ei; Si ſcires donum Dei, & quis ſit qui rogat 10
te, & dicit tibi; Pota me, tu iterum petiſſes eum, & dediſſet tibi aquam vitæ.
Et dixit ei iſta mulier; Domine mi, ſitulam non habes, & puteus profundus eſt: 11
undè igitur tibi aqua vitæ?

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

در ششم ساعت * * زني از سامريان آمد * تا اب بستاند * عيسي بدان زن گفت * آب بمن 7
بده تا بخورم * وشاگردان او در شهر رفته بودند * براي حاصل كردن توشه * ان زن سامري 8
بمسيح گفت * كه تو يهودي * وچگونه ازمن آب مي خواهي * تا بخوري * ومن زن سامري 9
هستم * ويهوديان با سامريان † سازگار نيستند * * عيسي جواب داد * وبدان زن گفت * اگر 10
بخشايش خدايرا مي دانستي وكيست لك بتو گفت آب بك تا بخورم * تو ازو مي خواستي
واو آب زندگاني بتو مي داد * * ان زن بدو گفت * خداوند دول ندارد وچاه نعوانست * 11
آب زندگاني را از كجا داري

*in ſexta hora. Mulier quædam 7
ex Samaritanis venit ut aquam caperet: Jeſus illi mulieri dixit; Aquam mihi dato, ut bibam. Et 8
diſcipuli ejus in urbem iverant, ad comparandum commeatum. Ille 9
mulier Samaritana Chriſto dixit; Tu quidem Judæus es: quomodò ergò à me aquam petu, ut bibas, cùm ego mulier Samaritana ſim? Judæi enim cum Samaritanis non conveniunt. Jeſus reſpon- 10
ſum dedit, & illi mulieri dixit; Si donum Dei ſcires, & quis ſit ille qui dicit tibi, Aquam da ut bibam, tu ab eo peteſſes, & ille aquam vitæ tibi dediſſet. Illa 11
mulier ei dixit; Domine, ſitulam non habes, & puteus profundus eſt: Aquam vitæ undè habes?*

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. Δ'.

Num tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse
12 Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς
ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus? Respondit Jesus,
13 ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ; Ἀπεκρίθη (ζ) ὁ Ἰησοῦς,
& dixit ei; Omnis *bibens* ex aqua hac, sitiet iterùm: Qui autem
14 καὶ εἶπεν αὐτῇ, Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· Ὃς δ'
biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed
ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ (η) διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ
aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æter-
τὸ ὕδωρ ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώ-
nam. Dicit ad eum mulier; Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam,
15 νιον. Λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή, Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ,
neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus; Vade, voca
16 μηδὲ ἔρχωμαι ὧδε ἀντλεῖν. Λέγει αὐτῇ (θ) ὁ Ἰησοῦς, Ὕπαγε, φώνησον
virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit; Non habeo
17 τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ὧδε. Ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ, καὶ εἶπεν, Οὐκ ἔχω
virum. Dicit ei Jesus; *Pulchrè* dixisti, Quia virum non habeo. Quinque enim
18 ἄνδρα. λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Καλῶς εἶπας, Ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω. Πέντε γὰρ
viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc verè dixisti. Dicit
19 ἄνδρας ἔσχες· καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας. Λέγει
ei mulier; Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in
20 αὐτῷ ἡ γυνὴ, Κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν (ι) ἐν
hoc monte adoraverunt: & vos dicitis, quia *in* Hierosolymis est locus,
τούτῳ τῷ ὄρει προσεκύνησαν· καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἔστιν ὁ τόπος,
ubi oportet adorare. Dicit ei Jesus; Mulier, crede mihi, quia
ὅπου (κ) δεῖ προσκυνεῖν. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι 21
venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis
ἔρχεται ὥρα, (λ) ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε
Patrem. Vos adoratis quod *non nôstis*: nos adoramus quod scimus:
τῷ πατρί. Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν· 22
quia salus ex Judæis est. Sed venit hora & nunc est,
ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν. (μ) Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, 23
quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veri-
ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀλη-
tate: *etenim* Pater tales quærit *adorantes* eum. Spiritus
θείᾳ· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. Πνεῦμα 24
Deus, & *adorantes* eum, in spiritu & veritate oportet adorare.
ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.
Dicit ei mulier; Scio quia Messias venit, *dictus* Christus:
Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χριστός· 25
cùm venerit ille, annuntiabit nobis omnia. Dicit ei Jesus; Ego
ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα. Λέγει αὐτῇ (ν) ὁ Ἰησοῦς, Ἐγώ 26
sum, *loquens tibi*.
εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.

MS. A. (ζ) Ἰησοῦς, (η) διψήσει (θ) Ἰησοῦς, (ι) ἐν τῷ ὄρει τούτῳ (κ) προσκυνεῖν δεῖ. (λ) ὅτε (μ) Ἀλλὰ (ν) Ἰησοῦς,

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

12 ܗܠܐ ܐܢܬ ܪܒ ܡܢ ܐܒܢ ܕܝܥܩܘܒ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܗܕܐ ܒܝܪܐ ܘܡܢܗ ܐܫܬܐ ܗܘ ܘܒܢܘܗܝ ܘܒܥܝܪܗ *

Nunquid tu major es patre nostro Jacobo illo, qui dedit nobis puteum hunc, ipsique ex eo bibit, & filii ejus, ac ejus oves? Respondit Jesus, & dixit ei; Quis- 12 13
13 ܐܡܪ ܝܫܘܥ ܠܗ ܟܠ ܗܘ ܕܫܬܐ ܡܢ ܗܕܐ ܡܝܐ ܬܫܬܐ ܬܘܒ ܠܥܠܡ ܠܐ ܬܫܬܐ ܐܠܐ ܗܘ ܕܫܬܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܡܝܐ ܕܐܢܐ ܐܬܠ ܠܡܝܗܒ ܠܗ ܬܫܬܐ ܠܥܠܡ ܠܐ ܬܫܬܐ ܐܠܐ ܢܗܘܝܢ ܒܗ ܡܝܐ ܕܡܢ ܒܘܪ ܡܝ ܡܢ ܒܥܐ ܠܡܐ ܐܬܐ ܗܟܐ ܠܡܫܩܐ ܐܠܐ ܐܦ ܠܐ ܒܝܪܘܫܠܡ ܬܣܓܕܘܢ ܠܐܒܐ ܐܢܬܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܚܢܢ ܣܓܕܝܢ ܠܡܢ ܕܝܕܥܝܢ ܐܢܚܢܢ ܕܡܢ ܝܗܘܕܐ ܐܬܐ ܦܘܪܩܢܐ ܐܠܐ ܗܐ ܐܬܐ ܘܗܫܐ ܗܘ ܕܫܪܝܪܐ ܣܓܕܝܗ ܒܪܘܚܐ ܘܒܫܪܪܐ ܡܛܠ ܕܐܒܐ ܗܟܢܐ ܒܥܐ ܠܡܐ ܕܢܗܘܘܢ ܣܓܕܝܗ ܐܠܗܐ ܪܘܚܐ ܗܘ ܘܠܡܣܓܕ ܠܗ ܒܪܘܚܐ ܘܒܫܪܪܐ ܡܢ ܗܕܐ ܐܡܪ ܠܗ ܐܢܬܬ ܝܕܥ ܐܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܬܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܡܫܝܚܐ ܘܟܕ ܐܬܐ ܗܘ ܢܚܘܐ ܠܢ ܟܠ ܡܕܡ ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ ܐܢܐ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ܥܡܟ ܗܫܐ ܐܬܬ ܗܟܐ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܬܡܗܘ ܥܠ ܗܕܐ ܐܬܬ ܐܢܬܬ ܘܐܙܠܬ ܠܗ ܐܢܬܬ ܠܩܪܝܬܐ ܘܐܡܪܬ ܠܗ ܐܬܐ ܐܝܫ ܕܐܡܪ ܠܝ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕܬ ܗܠܐ ܗܘ ܐܡܪ ܠܝ ܗܐ ܐܢܫ ܐܬܐ ܕܐܡܪ ܠܝ ܟܠ ܡܕܡ ܕܥܒܕܬ ܗܠܐ ܗܠܐ ܗܘ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܦ ܐܢܫ ܗܢܐ

Versio VULGATA LATINA.

12 Numquid tu major es patre noſtro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex
13 eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus? Reſpondit Jeſus, & dixit ei; Omnis qui
bibit ex aqua hac, ſitiet iterùm: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei,
14 non ſitiet in æternum: Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſali-
15 entis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier; Domine, da mihi hanc aquam,
16 ut non ſitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Jeſus; Vade, voca virum tu-
17 um, & veni huc. Reſpondit mulier, & dixit; Non habeo virum. Dicit ei Jeſus;
18 Benè dixiſti, Quia non habeo virum: Quinque enim viros habuiſti, & nunc
19 quem habes, non eſt tuus vir: hoc verè dixiſti. Dicit ei mulier; Domine, vi-
deo quia Propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & vos dici- 20
tis, Quia Jeroſolymis eſt locus, ubi adorare oportet. Dicit ei Jeſus; Mulier, crede 21
mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jeroſolymis adora-
bitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus 22
ex Judæis eſt. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Pa- 23
trem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus 24
eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare. Di- 25
cit ei mulier; Scio quia Meſſias venit (qui dicitur Chriſtus:) cùm ergò venerit
ille, nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Jeſus; Ego ſum, qui loquor tecum. 26

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

12 * اَلَعَلَّكَ اَعْظَمُ مِنْ اَبِينَا يَعْقُوبَ اَلَّذِي اَعْطَانَا هٰذِهِ اَلْبِئْرَ وَمِنْهَا شَرِبَ هُوَ وَبَنُوهُ وَمَاشِيَتُهُ *
13 * اَجَابَهَا يَسُوعُ قَائِلاً كُلُّ مَنْ يَشْرَبُ مِنْ هٰذَا اَلْمَاءِ يَعْطَشُ اَيْضًا * فَاَمَّا كُلُّ مَنْ يَشْرَبُ مِنَ
14 اَلْمَاءِ اَلَّذِي اُعْطِيهِ اَنَا لَا يَعْطَشُ اِلَى اَلْاَبَدِ * بَلْ ذٰلِكَ اَلْمَاءُ اَلَّذِي اُعْطِيهِ يَكُونُ فِيهِ حَيَاةً
15 اَلْاَبَدِ * قَالَتْ لَهُ اَلْمَرْاَةُ يَا سَيِّدُ اَعْطِنِي مِنْ هٰذَا اَلْمَاءِ لِئَلَّا اَعْطَشَ وَلَا اَجِيءَ وَاَسْتَقِيَ مِنْ هٰهُنَا *
16 17 * فَقَالَ لَهَا يَسُوعُ اِمْضِي فَادْعِي زَوْجَكِ وَتَعَالَيْ هٰهُنَا * اَجَابَتِ اَلْمَرْاَةُ قَائِلَةً لَا بَعْلَ لِي * قَالَ
18 لَهَا يَسُوعُ حَسَنًا قُلْتِ اَنَّهُ لَا بَعْلَ لِي * لِاَنَّهُ قَدْ كَانَ لَكِ خَمْسَةُ اَزْوَاجٍ * وَاَلَّذِي هُوَ لَكِ اَلْاٰنَ
19 لَيْسَ هُوَ بِزَوْجِكِ اَمَّا هٰذَا صَحَّحْتِ قُلْتِ * قَالَتْ لَهُ اَلْمَرْاَةُ يَا سَيِّدُ اِنِّي اَرَى اَنَّكَ نَبِيٌّ * اٰبَاؤُنَا سَجَدُوا فِي
20 هٰذَا اَلْجَبَلِ * وَاَنْتُمْ تَقُولُونَ اَنَّ اَلْمَكَانَ اَلَّذِي يَنْبَغِي اَنْ يُسْجَدَ فِيهِ هُوَ بِيرُوسَلِيمَ * قَالَ لَهَا
21 يَسُوعُ اَيَّتُهَا اَلْمَرْاَةُ صَدِّقِينِي اَنَّهُ سَتَاْتِي سَاعَةٌ لَا فِي هٰذَا اَلْجَبَلِ وَلَا فِي بِيرُوسَلِيمَ يَسْجُدُونَ
22 لِلْاَبِ * اَنْتُمْ تَسْجُدُونَ لِمَنْ لَا تَعْلَمُونَ وَنَحْنُ نَسْجُدُ لِمَنْ نَعْلَمُ لِاَنَّ اَلْخَلَاصَ هُوَ مِنَ اَلْيَهُودِ *
23 لٰكِنْ سَتَاْتِي سَاعَةٌ وَهِيَ اَلْاٰنَ لَكِنَّ اَلسَّاجِدُونَ اَلْحَقُّونَ يَسْجُدُونَ لِلْاَبِ بِالرُّوحِ وَالْحَقِّ * لِاَنَّ
24 اَلْاٰبَ اِنَّمَا يُرِيدُ مِثْلَ هٰؤُلَاءِ اَلسَّاجِدِينَ لَهُ * لِاَنَّ اَللّٰهَ رُوحٌ وَاَلَّذِينَ يَسْجُدُونَ لَهُ بِالرُّوحِ وَالْحَقِّ
25 يَنْبَغِي اَنْ يَسْجُدُوا * قَالَتْ لَهُ اَلْمَرْاَةُ قَدْ عَلِمْنَا اَنَّ مَسِيَّا اَلَّذِي هُوَ اَلْمَسِيحُ يَاْتِي * فَاِذَا جَاءَ ذَاكَ
26 فَهُوَ يُعَلِّمُنَا كُلَّ شَيْءٍ * قَالَ لَهَا يَسُوعُ اَنَا هُوَ اَلَّذِي اُكَلِّمُكِ *

Nunquid tu major es patre noſtro Jacobo, qui dedit nobis hunc puteum, & ex eo bibit ipſe, & filii ejus, & armenta illius? Reſpondit ei Jeſus, dicens; Quicunque bibit ex hac aqua, ſitiet iterùm: at verò quicunque bibet ex aqua, quam dabo illi ego, non ſitiet in æternum: Sed illa aqua, quam dabo ei, fiet in eo vita æterna. Dixit ei mulier; Domine, da mihi ex hac aqua, ne ſitiam, neque veniam, & hauriam iſtinc. Ait illi Jeſus; Vade & voca conjugem tuum, & veni huc. Reſpondit ei mulier, dicens; Non eſt mihi conjux. Dixit ei Jeſus; Benè dixiſti, quòd non eſt conjux mihi: Quia jam fuerunt tibi quinque conjuges, & qui eſt tibi modò, non eſt conjux tuus. Sanè hoc verè dixiſti. Inquit ei mulier; Domine, equidem video te eſſe prophetam. Patres noſtri adoraverunt in hoc monte: vos autem dicitis, quòd locus in quo oportet adorare, eſt in Jeruſalem. Dixit ei Jeſus; O mulier, crede mihi fore ut veniat hora, quâ neque in hoc monte, neque in Jeruſalem adorabunt Patrem. Vos adoratis quem non nôſtis: Nos autem adoramus quem novimus: quia ſalus eſt ex Judæis. Sed veniet hora, & adeſt modò, ut adoratores veri adorent Patrem in ſpiritu & veritate. Nam Pater quidem vult hujuſcemodi adoratores ſuos: Quia Deus Spiritus eſt, & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet ut adorent. Dixit ei mulier; Jam novimus quòd Meſſias, hoc eſt, Chriſtus, ſit venturus: Cùmque venerit ille, ipſe docebit nos omnia. Ait illi Jeſus; Ego ſum qui te alloquor.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

12 ለኔትኑ፡ተዓቢ፡አመያዕቆብ፡ለቡነ፡ ዘወሃበነ፡ ዘንተ፡ዓዘቅት፡ወሰትየ፡ውእቱኒ፡አመው
13 ስቴቱ፡ወውሉዱ፡ወጥሪቱ።።=፡ ወለውሠለ፡እግዚእ፡ሊየሱስ፡ ወይቤሎ፡ኵሉ፡ዘይሰ
14 ቲ፡አመዝ፡ሚይ፡ ይጸመእ፡ ደገመ።=፡ ወዘሰ፡ ይሰቲ፡ አሚይ፡ዘአሀብ፡ለነ፡ሊይጸመ
እ፡ዕዳለመ።።። ለሳ፡ውእተ፡ሚይ፡ዘአሀቡ፡ ለነ፡ይከውን፡ሳዕሌሁ፡ነቅዐ፡ሚይ፡ዘይፈለ
15 ቀ፡ለሕይወት፡ ዘለዓለመ።።=፡ ወትቤሎ፡ ይእቲ፡ብእሲት፡እግዚእየ፡ሃበኒየ፡ውእ
16 ቱ፡ማየ፡ከመ፡ሊይጽማእ፡ወሊይመጸእ፡ዝየ፡ደገመ፡እቅደሕ።=፡ ወይቤሎ፡እግዚእ፡
17 ሊየሱስ፡ሖሪኪ፡ ጸውዒ፡ ምተኪ፡ ወነዒ፡ዝየ።።=፡ ወለውሠለት፡ወትቤሎ፡ይእቲ፡ብ
እሲት፡ ለልብየ፡ ምተ።። ወይቤሎ፡እግዚእ፡ሊየሱስ፡ዘነየ፡ትቤኢ፡ለልብየ፡ምተ፡።=፡
18 ኃምስቱ፡ዕደው፡ነበሩ፡መስልኪ።። ወይእዜኒ፡ ዘሃሎ፡መስሌኪ፡ሊኮነ፡ምትኪ፡ ወዘንተ
19 ሰ፡ለማነ፡ትቤኢ።።=፡ ወትቤሎ፡ይእቲ፡ ብእሲት፡ እግዚእየ፡ እረእየኽ፡ከመ፡ነቢይ፡
20 ለኔተ።=፡ ለበዊነሰ፡በዝንቱ፡ደብር፡ሰገዱ፡ወለኔትሙሰ፡ትቤሉ፡ከመ፡በሊየሩሌም፡ው
21 እቱ፡መካነ፡ኃበ፡ይሰገዱ።።=፡ ወይቤለ፡እግዚእ፡ሊየሱስ፡እመንኒ፡ ብእሲቶ፡ ከመ፡ት
መጽእ፡ሰዓት፡ወይበጽሕ፡ጊዜሁ፡ ላሚ፡ወሊበዝንቱ፡ ደብር፡ ወሊበሊየሩሌም፡ ሊት
22 ሰገዱ፡ለአብ።=፡ ለኔትሙሰ፡ ትሰገዱ፡ ለዘ፡ ሊታለመረ፡ ወነሕነሰ፡ ንሰገድ፡ ለዘ፡ነ
23 ላመር፡ለከመ፡መድኀኒት፡እመነ፡ይሁደ፡ውእቱ።።=፡ ወበሕቱ፡ ትመጽእ፡ሰዓት፡ወይ
እዜ፡ይእቲ፡ እመ፡ እለ፡ በርቱዕ፡ በእማነ፡ሰጋድያን፡ ይሰግዱ፡ለኣብ፡በመንፈስ፡ቅዱስ፡
ወበጽድቅ፡ይሰግዱ፡ሎቱ።።እስመ፡ለብሂ፡ዘከመዝ፡ደኃለሠ፡እለ፡ይሰግዱ፡ሎቱ።።=፡
24 መንፈሰ፡ውእቱ፡እግዚአብሔር፡ ወእለሂ፡ይሰግዱ፡ ሎቱ፡ በመንፈስ፡ ወበጽድቅ፡ሃለወ
25 ሙ፡ ይሰግዱ፡ ሎቱ።።=፡ ወትቤሎ፡ ይእቲ፡ በእሲት፡ ናእመር፡ ኦመ፡ ይመጽእ፡ መሲ
26 ሕ፡ ዘይብልዎ፡ ክርስቶስ።፡ ወእመ፡መጽአ፡ ውእቱ፡ኵሉ፡ይነግረነ።።=፡ ወይቤሎ፡
እግዚአ፡ ሊየሱስ፡ ለነ፡ ውእቱ፡ ዘእንት፡ ናገርኪ።፡።=፡

Tùne major es Jacobo patre noſtro, qui dedit nobis hunc puteum, & bibit ipſe ex eo, & filii ejus, & poſſeſſio ejus. Et reſpondit Dominus Jeſus, & dixit ei; Omnis qui bibit ex hac aqua, ſitiet iterùm. Et qui biberit ex aqua quam dabo ego, non ſitiet in æternum: ſed illa aqua quam dabo ego, erit ſuper eum fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Et dixit ei iſta mulier; Domine mi, da mihi iſtam aquam, ut non ſitiam, & non veniam huc iterùm, ut exhauriam. Et dixit ei Dominus Jeſus; Vade igitur, voca maritum tuum, & veni huc. Et reſpondit & dixit ei iſta mulier, Non habeo maritum. Et dixit ei Dominus Jeſus; Benè dicis, Non habeo maritum: Quinque viri habitaverunt tecum, & nunc quidem qui eſt tecum, non eſt maritus tuus: & hoc verè dixiſti. Et dixit ei iſta mulier, Domine mi, video te quòd prophetа es. Patres noſtri in hoc monte adoraverunt, & vos dicitis, quòd in Hieroſolymis eſt locus ubi adorabunt. Et dicit ei Dominus Jeſus; Crede mihi, mulier, quòd veniet hora, & accedet tempus, quando neque in hoc monte, neque in Hieroſolymis, non adorabitis Patrem. Vos adoratis quod neſcitis, & nos adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex Judæis eſt. Veruntamen veniet hora, & nunc eſt, quando recti & veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu ſancto, & in veritate adorabunt eum: quia Pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus eſt Deus, & qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet eos ut adorent eum. Et dixit ei iſta mulier, Scimus quòd veniet Meſſias quem vocant Chriſtum, & quùm venerit ille, omnia nuntiabit nobis. Et dixit ei Dominus Jeſus, Ego is ſum *quem* alloquuta es.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

22 * شما سجود كنيد براي لك اورا نمي دانيد * وما سجود مي كنيم براي † انك اورا
مي دانيم * كه زندكاني از يهوديانست * لیکن بیاید ساعتي واینست * وقتي كه
23 براستي سجود كنندكان بجان وحقيقت † مر پدررا سجود كنند * وپدر نيز اين
24 چنين سجود كنندكانرا مي خواهد * زيرا خدا جانست واپشانرا كه براي † او
25 بجان سجود كنند * وبراستي † واجبست كه سجود كنند * آن زن كفت مي دانم
26 كه مسيح بيايد * وچون بيايد * اوست كه همه چيز بما بيانمورانند * عيسي بدو كفت
منم منم كه با تو سخن مي كويم *

Vos adorationem præſtatis ei quod neſcitis; nos autem adoramus eum quem ſcimus: quia vita ex Judæis eſt. Sed venit hora, & hæc eſt, quando rectè adorantes in ſpiritu ac veritate Patrem adorabunt: & Pater etiam tales cultores vult. Quia Deus Spiritus eſt, & ii qui in ſpiritu ipſum adorant, & rectè oportet ut adorent. Illa mulier dixit; Scio quòd Meſſias veniet: & cùm venerit, ipſe eſt qui omnes res nos docebit. Jeſus ei dixit; Ego ſum, ego ſum, qui tecum loquor.

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. Δ'.

Et *super hoc* venerunt discipuli ejus, & mirabantur quia cum muliere loquebatur:
27 Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ (ξ) ἐθαύμαζον ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει·
nemo tamen dixit; Quid quæris? aut, quid loqueris cum ea? Reliquit ergò hydriam
28 οὐδεὶς μέντοι εἶπε, Τί ζητεῖς; ἢ, τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς; Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν
suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit hominibus; Venite,
29 αὐτῆς ἡ γυνὴ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις, Δεῦτε,
videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci: numquid ipse est Christus?
ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;
Exierunt ergò de civitate, & veniebant ad eum. *In verò inter*
30 (ο) Ἐξῆλθον οὖν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ
31 rogabant eum discipuli *ejus*, dicentes; Rabbi, manduca. Ille autem *dixit* eis;
32 ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, Ῥαββὶ, φάγε. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς,
Ego cibum habeo manducare, quem vos *non nôstis*. Dicebant ergò discipuli ad
33 Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Ἔλεγον οὖν οἱ μαθηταὶ πρὸς
invicem; Num aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Jesus; Meus ci-
34 ἀλλήλους, Μή τις ἤνεγκεν αὐτῷ φαγεῖν; Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐμὸν βρῶ-
bus est, ut faciam voluntatem *mittentis* me, & perficiam ejus opus.
μά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον.
Nónne vos dicitis, Quòd adhuc *quadrimestre est*, & messis venit? Ecce
35 Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, Ὅτι ἔτι (π) τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; ἰδοὺ
dico vobis; Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ
λέγω ὑμῖν, Ἐπάρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ θεάσασθε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί

sunt ad messem jam. Et *metens* mercedem accipit, & congregat fructum
εἰσὶ πρὸς θερισμὸν ἤδη. Καὶ ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει, καὶ συνάγει καρπὸν 36
in vitam æternam, ut & *seminans* simul gaudeat, & *metens*. In enim hoc ver-
εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ θερίζων. Ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λό- 37
bum est verum; Quia alius est *seminans*, & alius *metens*. Ego
γος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς, Ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ θερίζων. Ἐγὼ 38
misi vos metere quod non vos laborâstis: alii laboraverunt, & vos in
ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε· ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ὑμεῖς εἰς
laborem eorum introîstis. Ex autem civitate illa multi crediderunt in
τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε. Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς 39
eum Samaritanorum, propter verbum mulieris *testantis*; Quia dixit mihi
αὐτὸν τῶν Σαμαρειτῶν, διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης, Ὅτι εἶπέ μοι
omnia quæcunque feci. Cùm ergò venissent ad illum Samaritani, rogaverunt
πάντα ὅσα ἐποίησα. Ὡς οὖν ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ Σαμαρῖται, ἠρώτων 40
eum *manere apud eos*: & mansit ibi duos dies. Et multò plures cre-
αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς· καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἡμέρας. Καὶ πολλῷ πλείους ἐπι- 41
diderunt propter sermonem ejus. Et mulieri dicebant; Quia non amplius
στευσαν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ. Τῇ τε γυναικὶ ἔλεγον, Ὅτι οὐκέτι 42
propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus, & scimus, quia hic est
διὰ τὴν λαλιὰν πιστεύομεν· αὐτοὶ γὰρ ἀκηκόαμεν, καὶ οἴδαμεν, ὅτι οὗτός ἐστιν
verè Salvator mundi, *Christus*.
ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὁ Χριστός.

MS. A. (ξ) ἐθαύμαζον (ο) Ἐξῆλθον οὖν (π) τετράμηνός

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

27 ... ...

Versio VULGATA LATINA.

27 Et continuò venerunt discipuli ejus : & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ; Quid quæris, aut, quid loqueris cum ea ? 28 Reliquit ergò hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus ; 29 Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci : numquid ipse est 30 Christus ? Exierunt ergò de civitate, & veniebant ad eum. Interèa rogabant 31 eum discipuli, dicentes; Rabbi, manduca. Ille autem dicit eis; Ego cibum ha- 32 beo manducare,quem vos nescitis. Dicebant ergò discipuli ad invicèm ; Num- 33 quid aliquis attulit ei manducare ? Dicit eis Jesus; Meus cibus est, ut faciam vo- 34 luntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus. Nónne vos dicitis, Quòd adhuc 35 quatuor menses sunt, & messis venit ? Ecce dico vobis ; Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. Et qui metit, mercedem acci- 36 pit, & congregat fructum in vitam æternam : ut, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum; Quia alius est qui seminat, & alius est 37 qui metit. Ego misi vos metere quod vos non laborâstis : alii laboraverunt, & 38 vos in labores eorum introîstis. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum 39 Samaritanorum , propter verbum mulieris testimonium perhibentis ; Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cùm venissent ergò ad illum Samaritani , rogave- 40 runt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multò plures crediderunt in 41 eum propter sermonem ejus. Et mulieri dicebant; Quia jam non propter tuam lo- 42 quelam credimus: ipsi enim audivimus,& scimus,quia hic est verè Salvator mundi.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*

27 * وفي هذا جاء تلاميذه ويعجبوا من كلامه مع مراه * ولم يجسر احد منهم ان يقول له ماذا تريد
28 29 ولم تكلمها * فتركت المراه جرتها ومضت الى المدينة * وقالت للناس * تعالوا انظروا الى هذا
30 * الرجل لانه اعلمني بكلما فعلت لعل هذا هو المسيح * فخرجوا من المدينة واقبلوا نحوه
31 32 * وفي هذا سالوه تلاميذه قايلين يا معلم كل * فقال لهم ان لي طعاما لستم تعرفونه انتم
33 34 * فقال التلاميذ فيما بينهم لعل انسانا واتاه بشي فاكله * فقال لهم يسوع طعامي انا
35 ان اعمل مشية من ارسلني واتم عمله * اليس انتم تقولون ان الحصاد ياتي بعد اربعة
اشهر * وانا اقول لكم ارفعوا عيونكم وانظروا الى الكور قد ابيضت وبلغ الحصاد *
36 37 * والذي يحصد ياخذ الاجر ويجمع ثمار الحياة الدايمة * والزارع والحاصد يفرحان معا * فان
38 في هذا يحق القول ان واحدا يزرع واخر يحصد * انا ارسلتكم لتحصدوا ما لم تتعبوا فيه * لان
39 اخرين تعبوا وانتم دخلتم على تعبهم * فاءمن به في تلك المدينة سامريون كثيرون * من اجل
40 كلمة تلك المراة التي كانت تشهد انه اعلمني بكل شي فعلت * ولما صار اليه السامريون
41 * طلبوا اليه ان يقيم عندهم فمكث عندهم يومين * فاءمن به جمع كثير من اجل كلمته
42 * وكانوا يقولون لتلك المراة انا ليس من اجل قولك نومن به * لكنا نحن ايضا قد سمعنا
وعلمنا ان هذا بالحقيقة هو المسيح مخلص العالم *

27 * *Et interim venerunt discipuli ejus, & mirati sunt colloquium ejus cum mulie-*
re. At non ausus est quisquã ex eis dicere illi ; Quid vis, & cur alloqueris eam ?
28 *Itaque reliquit mulier hydriam suam,* 29 *& abiit in civitatem, ac dixit homini-*
bus ; Venite, considerate hunc virum, nam notificavit mihi quicquid feci :
30 *Nunquid hic est Christus ? Exierunt ergò de civitate , & perrexerunt versùs*
31 *eum. Et interim rogaverunt eum discipuli ejus, dicentes ; Magister, manduca.*
32 *Dixit eis ; Equidem habeo cibum quem ignoratis vos.* 33 *Dixerunt autem*
discipuli inter sese ; Fortè quis attulit ei aliquid, & comedit illud. 34 *Inquit eis*
Jesus ; Cibus meus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, & consummem
35 *opus ejus. Nónne vos dicitis , quòd messis venict post quatuor menses ? Et*
ego dico vobis , Levate oculos vestros, & considerate rura ; jam alba facta
36 *sunt, & instat messis. Et qui metet, accipiet mercedem, & congregabit fructus*
vitæ æternæ : Et sator ac messor gaudebunt simul. Nam in hoc verificatur dic-
37 *tum illud, Unus seminat, & alter metit. Ego misi vos, ut metatis id in quo*
38 *non laborâstis ; quia alii laboraverunt, & vos subintrâstis in laborem eorum.*
39 *Et crediderunt in eum in illa civitate Samaritani multi , propter verbum illi-*
us mulieris, quæ testificabatur, dicens ; Ipse notificavit mihi omnia quæcunque
40 *feci. Et cùm venissent ad eum Samaritani, rogáverunt eum, ut moraretur apud*
illos : & permansit apud illos biduum. 41 *Et credidit in eum cœtus magnus pro-*
42 *pter verbum ejus. Et dicebant illi mulieri ; Nos quidem non propter sermonem*
tuum credimus in eum, sed nos quoque jam audivimus , & novimus hunc verè
esse Christum Salvatorem mundi.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

በር ሰንበት: ዘድኅረ: ዮሐንስ:።

27 ወእምዝ: መጽሉ:እርዳኢሁ:ወእንከርዎ: እስመ:መስለ:ብእሲት: ይትናገር::ወባሕ
28 ቱ:ላልቦ: ዘይቤሎ:ምንተ: ተኃሠሠ:ወምንተ:ትትናገር: መስሌሃ:።: ወኀደገት: ቀ
29 ሡታ:ይእቲ:ብእሲት: ወሖረት:ወለተወት: ሃገረ:ወነገረት: ለሰብእ:ቤታ::ወትቤ:።
30 ንዑ: ወትርእዩ:ብእሴ: ዘነገረኒ:ኵሎ: ዘገበርኩ: እይደዊ : እሞኑ: ውእቱ: ክርስቶ
31 ስ::።: ወወፅሉ: እመሃገር:ወሖሩ:ኀቤሁ::።: ወእምዝ:ይቤልዎ:እርደኢሁ: ረቢ:
32 ብለዕ::።: ወይቤሎሙ: እግዚእ:ሊየሱስ: ላንስ: ብዩ: ምብልዐ:ዘለበልዕ: ዘሊታላ
33 መሩ:ላንትሙ::።: ወተባህሉ:እርደኢሁ:በቤናቲሆሙ:ቦኑ: እንጋ: ዘሉመጽአት:ሎ
34 ቱ:ዘይበልዕ::።: በዐ ሰንበት: ዘጽገዮት:።: ወይቤሎሙ: እግዚእ:
ሊየሱስ:ሊተስ:ምብልዕየ:ውእቱ: ከመ: እግበር:ፈቃደ: ለአቡየ:ለዘ:ፈነወኒ:ወከመ:
35 እፈጽመ:ግብሮ::።: ለኮኑ:ለንትሙ:ትብሉ: እስከ:ራብዕ:ወርኅ:ማእረር::ናሁ:እ
ብለክሙ:ለንሠሉ:ለዕይንቲክሙ: ወርእዩ:በሐውርተ: ከመ:ጸዕደው:ለማእረር::።:
36 እስመ:ዘይዓፅድኒ:ደነዝእ:ዓስቦ:ወያስተጋብእ:ፍሬ:ለሕይወት:ዘለዓለመ:ከመ:ሓብ
37 ረ:ይትፈሥሑ: ዘኒ:ይዘርእ:ወዘኒ:ይለርር::።: ወዝንቱ:ነገር:ቃለ:ጽድቅ:እሙን:
38 ውእቱ:ከመ:ካልእ:ዘይዘርእ: ወካልእ: ዘይለርር::።: ወለንሰ: ፈነውኩክሙ:ትእረ
39 ሩ: ዘሊጸመውክሙ:ዘበዕድ:ጸመወ:ለንትሙ:ትባሉ:ዑስተ:ጸማሆሙ::።: ወበዙኃ
ን:እመይእቲ:ሀገረ:ሰመር:እለ:ለመኑ:ቦቱ::በእንተ:ዘትቤሎሙ:ይእቲ:ብእሲት: ሰ
40 መረዊት: ዘስመዓ:ኮነት:ወትቤ:ነገረኒ:ኵሎ:ዘገበርኩ::።: ወበጺሖሙ:ኀቤሁ:ኵ
41 ሎሙ:ሰመረዊያን:ወሰአልዎ:ይንበር:ኀቤሆሙ:ወነበረ:ህየ:ስኑየ:መዋዕለ:።: ወብዙ
42 ኃ:ጥቂ:እለ:ላመኑ:ቦቱ:በቃሉ::።ወይቤልዋ:ለይእቲ:ብእሲት:ላኮ:እንዝ:በነገረ:ዚ
ኢኒ:ዘነአመን:ቦቱ:ለኢነ:ሰመዕነ:ወጠየቅነ: ዘከመ:ውእቱ: መድኅኑ:ለዕለመ::።:

Sabbato tertio post Johannem.

Et tunc venerunt discipuli ejus, & mirati sunt quòd cum muliere loqueretur : 27
veruntamen nemo fuit qui dicebat ei ; Quid quæris? & quid colloqueris cum ea?
Et reliquit disputationem suam ista mulier, & discessit, & abiit in civitatem, & 28
nuntiavit hominibus domûs suæ: Et dixit; Venite, & videbitis hominem qui di- 29
xit mihi omnia quæ feci, dicite mihi; Nunquid ipse Christus est ? Et exierunt ex 30
civitate, & venerunt ad eum. Et tunc dixerunt ei discipuli ejus ; Rabi, comede. 31
Et dixit iis Dominus Jesus ; Ego habeo cibum quo vescar, quem nescitis vos. 32
Et dixerunt discipuli ejus inter se ; Quisne fuit igitur qui attulit ei quo vescatur ? 33
Sabbato quarto florum. Et dixit iis Dominus Jesus ; Mihi cibus meus 34
est, ut faciam voluntaté patris mei qui misit me, & ut perficiam opus ejus. Nónne 35
vos dicitis, Intra quatuor menses messis? ecce dico vobis, Attollite oculos ve-
stros, & spectate regiones, quòd albæ sunt ad messem : Quia qui metit accipiet 36
mercedem suam, & congregabit fructum in vitam æternam: ut simul gaudeant,
qui seminat, & qui metit. Et hic sermo, vox veritatis fidelis est, quòd alius est qui 37
seminat, & alius qui metit. Et ego misi vos metere quod non laborâstis: alii labo- 38
rârunt, vos introitis in labores eorũ. Et multi ex illa civitate Samariæ fuerunt qui 39
crediderunt in eo, propter *illud* quod dixisset iis ista mulier Samaritana, quæ te-
stimonium fecerat, & dixerat; Nuntiavit mihi omnia quæ feci. Et quum venissent 40
ad eum omnes Samaritani, tum rogârunt eum ut maneret apud eos: & mansit ibi
duos dies. Et multi valdè fuerunt qui crediderunt in eo propter sermonem ipsius. 41
Et dixerunt isti mulieri, Non ampliùs propter sermonem tuum *erit* quòd crede- 42
mus in eo : nos ipsi audivimus, & cognovimus quòd ipse *est* Servator mundi.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 * من شمارا فرستادم كه بدرويد † چيزي † كه درو رحمت نكشيد باشيد * ديگرانند
39 كه رحمت كشيدند * وشمايند كه بر كردارهاء ايشان † رسيديد * * وبسيار از سامريان
آن شهر بدو ايمان اوردند * براي سخن آن زن كه گواهي مي داد كه هر چه كردم
40 با من گفت * * وسامريان از مسيح درخواست كردند كه پيش ايشان باشد * براي رضاء
41 42 ايشان دو روز † انجا بود * * وبراي سخن او بسياران بدو ايمان آوردند * * وبدان زن مي گفتند *
نه براي سخن تو بدو ايمان مي آوريم * سبب انك ما نيز شنيديم ودانستيم كه اينست
مسيح زيدكاني دهنده خلق *

Ego vos misi ut metereris id in 38
quo laborem non pertulistis : alii
enim sunt qui laborem sustinue-
runt, & vos estis, qui in opera
eorum successistis. Et multi ex 39
Samaritanis ejus civitatis in eo
fidem habuerunt propter sermonem
ejus mulieris, quæ testimonium de-
dit, quòd quicquid feci mihi dixit.
Et Samaritani à Christo petie- 40
runt, ut apud eos esset : ingra-
tiam itaque eorum duobus die-
bus illic erat. Ac propter ser- 41
monem ejus multi in eum fidem
habuerunt. Et mulieri illi dice- 42
bant ; Non propter sermonem tu-
um in eo fidem habemus : Propte-
eà quòd nos etiam audivimus ,
& scimus quòd hic est Christus,
vitam dans hominibus.

Digitized by Google

ΕΤΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΟΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. ε'.

43 Post autem duos dies exiit indè, & abiit in Galilæam. Ipse enim λδ
44 Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Αὐτὸς γὰρ ζ
Jesus testatus est, Quia propheta in propria patria honorem non habet. Cùm λε
45 (ρ) ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει. ὅτε η
ergò venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, omnia intuiti, quæ λς
οὖν ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐδέξαντο αὐτὸν οἱ Γαλιλαῖοι, πάντα ἑωρακότες (σ) ἃ θ
fecerat in Hierosolymis in festo: & ipsi enim venerant ad festum. Venit μ
46 ἐποίησεν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἑορτῇ· καὶ αὐτοὶ γὰρ ἦλθον εἰς τὴν ἑορτήν. Ἦλθεν μα
ergò Jesus iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat μβ
οὖν (τ) ὁ Ἰησοῦς πάλιν εἰς τὴν Κανᾶ τὴν Γαλιλαίας, ὅπου ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον. καὶ ἦν μγ
quidam regulus, cujus filius infirmabatur in Capharnaum. Hic audiens quia Jesus adveniret
47 τις βασιλικὸς, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναούμ. Οὗτος ἀκούσας ὅτι Ἰησοῦς ἥκει
ex Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, & ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀπῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠρώτα αὐτὸν ἵνα καταβῇ, καὶ
sanaret ejus filium: futurus erat enim mori. Dixit ergò Jesus ad eum;
48 ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱόν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν,
Si non signa & prodigia videritis, non credetis. Dicit ad eum regulus;
49 Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλικὸς,
Domine, descende antè mori puerum meum. Dicit ei Jesus; Vade,
50 Κύριε, κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν (υ) τὸ παιδίον μου. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Πορεύου·
filius tuus vivit. Et credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, &
ὁ υἱός σου ζῇ. καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἄνθρωπος (φ) ᾧ εἶπεν αὐτῷ Ἰησοῦς, καὶ
ibat. Jam autem eo descendente, servi ejus occurrerunt ei, &
ἐπορεύετο. Ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντος, οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀπήντησαν (χ) αὐτῷ, καὶ 51
nuntiaverunt, dicentes, Quia puer tuus vivit. Interrogabat ergò ab eis horam
ἀπήγγειλαν, λέγοντες, Ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ. Ἐπύθετο οὖν (ω) παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν 52
in qua melius habuerit: & dixerunt ei, Quia heri horam septimam reliquit eum
ἐν ᾗ κομψότερον ἔχει· καὶ εἶπον αὐτῷ, Ὅτι (α) χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν
febris. Cognovit ergò pater quia in illa hora, in qua dixit ei Jesus,
ὁ πυρετός. Ἔγνω οὖν ὁ πατὴρ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ εἶπεν αὐτῷ (β) ὁ Ἰησοῦς, 53
Quia filius tuus vivit. Et credidit ipse, & domus ejus tota. Hoc iterum secundum
Ὅτι ὁ υἱός σου ζῇ. καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη. Τοῦτο πάλιν δεύτερον 54
signum fecit Jesus, veniens ex Judæa in Galilæam.
σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

CAP. V. ε'.

Post hæc erat festum Judæorum, & ascendit Jesus in Hierosolymam. Est autem λη
Μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη (α) ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. Ἔστι δὲ α
in Hierosolymis super Probaticâ piscina, cognominata Hebraicè Beth- 2
ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις (β) ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρᾳ, ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθ-
esda, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo multa languentium,
εσδὰ, πέντε στοὰς ἔχουσα. Ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, 3
cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.
τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν.

MS.A. (ρ) Ἰησοῦς (σ) ὅσα ἐποίησεν (τ) πάλιν ὁ Ἰησοῦς (υ) τὸ υἱόν μου. (φ) ὃν εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, (χ) αὐτὸν, (ψ) παῖς αὐτοῦ ζῇ. (ω) τὴν ὥραν παρ' αὐτῶν (α) ἐχθὲς (β) ὁ Ἰησοῦς, Ὁ υἱὸς
Κεφ. ε'. MS.A. (α) Ἰησοῦς (β) ἐν τῇ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

43 ... ...
44 ... ...
45 ... ...
46 ... ...
... ...
47 ... ...
48 ... ...
49 ... ...
50 ... ...
51 ... ...
52 ... ...
53 ... ...
54 ... ...
... ...
1 ... ...
2 ... ...
3 ... ...

Vespere feriæ III. hebdomadis V. Jejunii. 11.
Duobus autem pòst diebus exiit Jesus illinc, 43
& abiit in Galilæam. Ipse enim Jesus testa- 44
tus fuerat prophetam in civitate sua inho-
norum esse. Quum autem venisset in Gali- 45
læam, receperunt eum Galilæi, quia viderant
signa omnia, quæ ediderat in Jerusalem in die
festo; nam & ipsi venerant ad diem festum.
Venit autem iterùm Jesus in Kotne Galilææ, 46
ubi fecerat ex aqua vinum. Et erat in Ca-
pharnahum servus quidam regius, cujus fili- 47
us ægrotabat. Ille audiit venisse Jesum ex
Judæa in Galilæam, & profectus est ad eum;
petiitque ab eo ut descenderet & sanaret fili-
um suum, propè enim erat ut moreretur.
Dixit ei Jesus; Nisi signa & miracula vide- 48
ritis, non credetis. Dixit ei servus ille regi- 49
us; Domine mi, descende priusquàm mori-
atur puer. Dixit ei Jesus; Vade, filius tu- 50
us vivit. Et credidit vir ille sermoni quem
dixerat ei Jesus, & abiit. Quum autem de- 51
scendissèt, obviàm facti sunt ei servi ipsius &
annuntiârunt ei dicentes, Filius tuus revixit.
Et sciscitatus est ab eis quonam tempore sa- 52
nitati restitutus fuisset. Dicunt ei; Herì
septimâ horâ reliquit eum febris. Et agno- 53
vit pater ejus *id contigisse* eâ ipsâ horâ quâ
dixerat ei Jesus, Filius tuus vivit: & credi-
dit ipse, & domus ejus tota. Hoc signum 54
secundum rursùs edidit Jesus quum venisset
à Judæa in Galilæam.

Matutinis dominicæ III. Jejunii. 12.

CAP. V.

27 شمعون گوش اورا انداخت * بصفا گفت نه من ترا با وي در باغچه ديدم * * شمعون باز منكر 27
شد * وخروس بانك زد سي هفت بردن عيسي را پيش فيلاطوس
28 * وعيسي را از پيش قيافا در دهليز † بدر بردند * وصباح بود * ايشان بدهليز † در نرفتند * 28
29 كه پليد نشوند * تا فصح بخورند * * پيلاطوس بدر آمد وايشانرا ديد پرسيد * كه چه 29
30 بهتان † برين مرد داريد * * جواب دادند كه اگر اين كسي بدي نمي كرد * اورا بتو نمي 30
31 سپارديم * * پيلاطوس بديشان گفت، كه اورا ببريد * وبر ناموس وشريعت شما داوري كنيد * 31
32 يهوديان بدو گفتند * برما واجب نيست كه كسي را بكشيم * * تا تمام شود كلمه كه 32
33 عيسي گفت * در كدامين مرك بميرد * * فيلاطوس در دهليز رفت * وعيسي را خواند * 33
34 وبدو گفت * توي ملك يهوديان * * عيسي گفت از خود گفتي يا ديگران بتو گفتند * 34

Simeon autem Cephas ſtabat & ca- 25
lefactus eſt: ei dixerunt; Nun-
quid tu etiam unus ex diſcipulis
ejus es? Cephas inficiatus eſt, &
dixit; Non ſum. Et quidam ex 26
ſervis principis ſacerdotum, cogna-
tus ejus cui Simeon aurem dejecit,
Cephæ dixit; Nónne ego te cum
eo in horto vidi? Simeon iterùm 27
inficiatus eſt, & gallus vocem emi-
ſit.

XXXVII. Abductio Jeſu ad Pilatum.

Et Jeſum à Caiapha in atrium 28
eduxerunt, & manè erat: ipſi au-
tem in atrium non ingreſſi ſunt, ne
polluti eſſent, ut Paſcha comederent.
Pilatus igitur egreſſus eſt, & eos vi- 29
dit, & interrogavit; Quam crimi-
nationem in hunc virum habetis?
Reſponderunt; Si hic homo malum 30
non feciſſet, eum tibi non tradidiſ-
ſemus. Pilatus illis dixit; Eum 31
auferte, & juxta Legem & inſti-
tutum veſtrum judicate. Judæi il-
li dixerunt; Nobis non licet ut
quenquam interficiamus. ut imple- 32
retur ſermo quem Jeſus dixit, quâ
morte moriturus erat. Pilatus ita- 33
que in atrium ivit, & Jeſum vo-
cavit, & ei dixit; Tu es rex
Judæorum? Jeſus dixit; A te- 34
ipſo dixiſti, an alii tibi dixerunt?

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

25 Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergò ei; Numquid
26 & tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, & dixit; Non sum. Dicit ei unus ex
servis pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam; Nónne ego te vi-
27 di in horto cum illo? Iterùm ergò negavit Petrus: & statim gallus cantavit.
28 Adducunt ergò Jesum à Caipha in prætorium. Erat autem manè: & ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.
29 Exivit ergò Pilatus ad eos foràs, & dixit; Quam accusationem affertis adversùs
30 hominem hunc? Responderunt, & dixerunt ei; Si non esset hic malefactor,
31 non tibi tradidissemus eum. Dixit ergò eis Pilatus; Accipite eum vos, & secundùm legem vestram judicate eum. Dixerunt ergò ei Judæi; Nobis non licet interficere quenquam. Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans quâ mor-
32 te esset moriturus. Introivit ergò iterùm in prætorium Pilatus, & vocavit Jesum,
33 & dixit ei; Tu es rex Judæorum? Respondit Jesus; A temetipso hoc dicis, an
34 alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus; Numquid ego Judæus sum? Gens
35 tua, & pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Jesus; Regnum
36 meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus; Ergò rex es tu? Respondit Jesus; Tu dicis quia
37 rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

25 * وَكَانَ سِمْعَانُ ٱلصَّفَا وَاقِفًا يَصْطَلِي * فَقَالُوا لَهُ لَعَلَّكَ أَنْتَ أَيْضًا مِنْ تَلَامِيذِهِ فَأَنْكَرَ وَقَالَ
26 لَسْتُ أَنَا * فَقَالَ لَهُ وَاحِدٌ مِنْ عَبِيدِ رَئِيسِ ٱلْكَهَنَةِ قَرِيبُ ٱلَّذِي كَانَ بُطْرُسُ قَطَعَ أُذُنَهُ أَلَيْسَ
27 أَنَا رَأَيْتُكَ مَعَهُ فِي ٱلْبُسْتَانِ * فَأَنْكَرَ بُطْرُسُ أَيْضًا وَلِلْوَقْتِ صَاحَ ٱلدِّيكُ * فَجَاؤُا بِيَسُوعَ مِنْ
28 عِنْدِ قَيَافَا إِلَى ٱلْأَيْوَانِ وَكَانَ بَاكِرًا * وَهُمْ لَمْ يَدْخُلُوا ٱلْأَيْوَانَ لِئَلَّا يَتَنَجَّسُوا قَبْلَ أَنْ يَأْكُلُوا
29 ٱلْفِصْحَ * فَخَرَجَ فِيلَاطُسُ إِلَيْهِمْ وَقَالَ لَهُمْ أَيَّ دَعْوَى تَدَّعُونَ بِهَا عَلَى هٰذَا ٱلرَّجُلِ * فَأَجَابُوهُ
30 قَائِلِينَ لَوْ لَمْ يَكُنْ سَرِيرًا مَا كُنَّا نُسَلِّمُهُ إِلَيْكَ * فَقَالَ لَهُمْ فِيلَاطُسُ خُذُوهُ أَنْتُمْ وَٱحْكُمُوا
31 عَلَيْهِ عَلَى مَا فِي نَامُوسِكُمْ * فَقَالَ لَهُ ٱلْيَهُودُ لَيْسَ يَجُوزُ لَنَا أَنْ نَقْتُلَ أَحَدًا * لِيَكْمُلَ قَوْلُ يَسُوعَ
32 ٱلَّذِي أَخْبَرَ بِأَيِّ مَوْتٍ يَمُوتُ * فَدَخَلَ أَيْضًا فِيلَاطُسُ ٱلْأَيْوَانَ وَدَعَا يَسُوعَ وَقَالَ لَهُ أَأَنْتَ
33 هُوَ مَلِكُ ٱلْيَهُودِ * أَجَابَهُ يَسُوعُ أَمِنْ عِنْدِكَ قُلْتَ هٰذَا * أَمْ آخَرُونَ حَكَوْهُ لَكَ عَنِّي * فَأَجَابَهُ
34 35 فِيلَاطُسُ لَعَلِّي أَنَا يَهُودِيٌّ * لَكِنْ أُمَّتُكَ وَرُؤَسَاءُ ٱلْكَهَنَةِ أَسْلَمُوكَ إِلَيَّ فَمَاذَا صَنَعْتَ * فَأَجَابَ
36 يَسُوعُ إِنَّ مَمْلَكَتِي أَنَا لَيْسَتْ مِنْ هٰذَا ٱلْعَالَمِ * وَلَوْ كَانَتْ مَمْلَكَتِي مِنْ هٰذَا ٱلْعَالَمِ لَكَانَ خُدَّامِي
يُحَارِبُونَ عَنِّي لِئَلَّا أُدْفَعَ إِلَى ٱلْيَهُودِ * وَٱلْآنَ فَإِنَّ مَمْلَكَتِي لَيْسَتْ هِيَ مِنْ هٰذَا ٱلْعَالَمِ * قَالَ لَهُ
37 فِيلَاطُسُ فَقَدْ صَحَّ أَنَّكَ مَلِكٌ قَالَ لَهُ يَسُوعُ أَنْتَ قُلْتَ إِنِّي مَلِكٌ * وَأَنَا لِهٰذَا وُلِدْتُ وَلِهٰذَا
أَتَيْتُ إِلَى ٱلْعَالَمِ لِأَشْهَدَ بِٱلْحَقِّ * فَكُلُّ مَنْ كَانَ مِنَ ٱلْحَقِّ يَسْمَعُ صَوْتِي *

Et Simon Petrus stans calefaciebat se. 25
Dixerunt ergò ei; Numquid tu quoque es ex discipulis ejus? Et negavit, ac dixit, Non sum ego. Dixit ei unus ex 26
servis principis sacerdotum, cognatus ejus, cujus Petrus abscidérat aurem; Nónne ego vidi te cum eo in horto? Ne- 27
gavitque Petrus iterúm: & illicò clamavit gallus. Duxerunt autem Jesum 28
à Caipha in prætorium, erátque manè: & ipsi non introierunt prætorium, ne contaminarentur, antequàm manducarent Pascha. Exivit autem Pilatus 29
ad eos, & dixit eis; Quâ lite contenditis adversùs hunc virum? Respon- 30
derunt ei, dicentes; Nisi esset sceleratus, non tradidissemus eum tibi. Ait 31
illis Pilatus; Accipite eum vos, & condemnate eum secundùm id quod continetur in lege vestra. Dixerunt ei Judæi; Non licet nobis occidere quen- 32
quam. ut impleretur sermo Jesu, quo significaverat quali morte esset moriturus. Ingressus ergò est iterùm Pilatus 33
prætorium, & vocavit Jesum, & dixit ei; Túne es Rex Judæorum? Respondit ei Jesus; Num à temetipso dixisti hoc, an alii retulerunt illud tibi 34
de me? Respondit ei Pilatus; Nunquid 35
ego Judæus sum? sed gens tua & principes sacerdotum tradiderunt te mihi: quid ergò fecisti? Respondit Jesus; 36
Sanè regnum meum non est de hoc mundo: nam si esset regnum meum de hoc mundo, certè subditi mei decertarent ne traderer Judæis. Quare regnum quidem meum non est ex hoc mundo. 37
Dixit ei Pilatus; Ergò verum est te Regem esse? Ait illi Jesus; Tu dixisti: nam Rex sum. Et ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum ut tester veritatem. Et omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

25 ወሃሎ፡ስምዖን፡ጴጥሮስ፡ይቀውም፡ወይስሓን፡፡ወይቤልዎ፡እንተሂ፡እምላርዶሊሁ፡አ
26 ንተ፡፡ወክሕደ፡ወይቤ፡ሊኮንኩ፡።፡ ወይቤሎ፡እሰዱ፡ገብረ፡ሊቀ፡ካህናት፡ለዝሚደሁ፡
ለዝኩ፡ለዘ፡ሞተሮ፡ዕዝናሃ፡ጴጥሮስ፡ለኮኑ፡እነ፡ርሊኩከ፡ወሰተ፡ገነት፡ምስሌሁ፡፡።፡
27 ወክሕደ፡ጴጥሮስ፡ በዛልስ፡ ነቀወ፡ደርሆ፡ሶቢሃ፡፡።፡ ብዳርብ፡ጽባሕ፡መንባብ፡።፡
28 ወወሰድዎ፡ለእግዚእ፡ሊየሱስ፡ሶቤሃ፡ እምሓበ፡ቀያፋ፡ኀበ፡ዳወደ፡ምኵናን፡ወሊቦሉ፣
29 ሊይሁድ፡ወሰተ፡ዓጸደ፡ እስመ፡ጸብሐ፡ከመ፡ይብልዑ፡ፋስሐ፡ከመ፡ሊየርኩሱ፡።፡ ወ
ወፅለ፡ጲላጦስ፡ለፋላ፡ኀቤሆሙ፡ ወይቤሎሙ፡መንትኑ፡ጌጋዩ፡ ለዝ፡ብእሲ፡ በዘ፡ለመ
30 ጸእክመዎ፡፡።፡ ወለወሠሉ፡ወይቤሉ፡ ሰበሰ፡ሊኮነ፡ ገባሬ፡ እኪት፡ እመ፡ሊየግባእነ
31 ሁ፡ኀቤከ፡።፡ ወይቤሎሙ፣ጲላጦስ፡ንለሠእዎ፡ለንትሙ፡ወበሕግክሙ፡ኮንንዎ፡፡ወይቤ
32 ልዎ፡ሊይከውነነ፡ለነሰ፡ ነቅትል፡መነሂ፡።፡ ከመ፡ይብጸሕ፡ቃለ፡ እግዚእ፡ሊየሱስ፡ዘ
33 ይቤ፡ እንዘ፡ይሌመር፡በሊይ፡ሞት፡ሀለወ፡ይሙት፡፡።፡ ወቦለ፡ካዕበ፡ጲላጦስ፡ወሰተ፡
34 ዳኣድ፡ወጸወዖ፡ለእግዚእ፡ሊየሱስ፡ወይቤሎ፡ለንተኑ፡ ንጉሦሙ፡ ለሊይሁድ፡፡።፡ ወ
ለወለወሉ፡ እግዚእ፡ሊየሱስ፡፡ወይቤሎ፡ ዘእመልብከኑ፡ትብል፡ወቦኑ፡ ዘነገረከ፡ በእ
35 ንተላየ፡፡።፡ ወለወለወሉ፡ጲላጦስ፡ወይቤ፡ለይሁደዊኑ፡ እነሂ፡ለኮኑ፡ሕዝብከ፡ወሊቃ
36 ነ፡ካህናት፡እግብሉከ፡ኀቤየ፡መንተ፡ እገብርከ፡።፡ ወለወለወሉ፡ እግዚእ፡ ሊየሱስ፡
ወይቤ፡መንግሠቲየሰ፡ሊኮነት፡ እመዝነቱ፡ዓለመ፡፡ሰበ፡ በዝዓለመሰ፡ መንግስቲየ፡እ
ሎተባለሱ፡ወእመተቀተሉ፡ቢተ፡ወዒቢየ፡ ከመ፡ ሊይግበዕ፡ ለለይሁድ፡ ወከመ፡ሊየግ
ብሉኒ፡ ለይሁድ፡ ኅቤከ፡ ወይእዜኒ፡ በሕቱ፡ሊኮነት፡ እመዝየ፡ መንግሠትየሰ፡ ሊኮነ
37 ት፡ እመዝየ፡፡።፡ ወይቤሎ፡ጲላጦስ፡ እንከሰኬ፡ንጉሠ፡ ለንተ፡፡ወለወሠለ፡ እግዚ
እ፡ሊየሱስ፡ ወይቤ፡ሳኢከ፡ትቤ፡ከመ፡ንጉሠ፡ለነ፡ ወለንሰ፡በእንተዝ፡ተወለድኩ፡ ወበ
እንተዝ፡መጻእኩ፡ወሰተ፡ ዓለመ፣ ከመ፡ ሰማዕተ፡ እኩን፡በጽድቅ፡፡ ወኵሉ፡ ዘእመ
ጽድቅ፡ወእቱ፡ ይሰመዓነ፡ ቃልየ፡።፡

Et fuit Simon Petrus stans, & calefaciens se. Et dixerunt ei; Tu etiam ex discipu- 25
lis ejus es? & negavit, & dixit; Non sum. Et dixit ei quidam servus principis sa- 26
cerdotum, (cognatus ejus, cujus abscíderat aurim Petrus;) Nónne ego vidi te in horto cum eo. Et negavit Petrus tertió: & cantavit gallus statim. 27

In matutino paraſceues lectio.

Et adduxerunt Dominum Jesum statim à Caiapha ad castrum judicis, & non in- 28
trárunt Judæi in atrium, quia manè erat ut comederent Pascha, ne pollúerentur.
Et exivit Pilatus foràs ad eos, & dixit iis; Quænam est iniquitas hujus viri, pro- 29
pter quam adduxistis eum? Et respónderunt, & dixerunt; Si non fuisset malefi- 30
cus, non attulíssemus eum ad te. Et dixit iis Pilatus; Accipite eum vos, & secun- 31
dùm legem vestram judicate eum. Et dixerunt ei; Non licet nobis occidere quen-
quam. Ut impleretur sermo Domini Jesu quem dixit, significans per quam mor- 32
tem moriturus esset. Et intravit iterum Pilatus in atrium, & vocavit Dñm Je- 33
sum, & dixit ei; Túne rex Judæorum? Et respondit Dominus Jesus, & dixit ei; 34
Num hoc ex corde tuo dicis, vel quisnam fuit qui dixit tibi de me? Et respon- 35
dit Pilatus, & dixit; Num Judæus sum? Nónne gens tua, & principes sacerdotum
adduxerunt te ad me? quid fecisti? Et respondit Dñs Jesus, & dixit; Regnum meũ 36
non fuit ex hoc mundo: si in hoc mundo *esset* regnũ, certâssent & bellũ gessíssent
pro me ministri mei, ut non traderer Judæis: & ut non adducerent me Judæi ad
te: nunc autẽ non fuit hinc regnũ meum, non fuit hinc *inquã*. Et dixit ei Pilatus; 37
Num igitur rex es? Et respondit Dñs Jesus, & dixit; Tu ipse dicis quòd rex sum.
Et ego propter hoc natus sum, & propter hoc veni in mundum, ut testis sim de
veritate: & quicunque ex veritate est, audit vocem meam.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

35 * فيلاطوس كفت * مكر من يهودي ام * فرزندان و قوم تو * و بزرك امامان ترا بدست
36 من سپاردند * تو چه مي كوئي * عيسي بدو كفت مملكت و پادشاهي من ازين عالم
نيست * اكر پادشاهي من ازين عالم مي بود * همچو چاكران [مي كوشند كه] در
37 دست يهوديان نمي افتادم * پس بدانك پادشاهي من نه ازينجاست * پيلاطوس بدو
كفت * پس ملك هستي عيسي بدو كفت تو كفتي * كه من ملك هستم * من بهر اين
زاينك شدم و براي اين در عالم آمدم * كه بر راستي كواهي دهم * هر كه از حقست *
اواز من بشنود *

Pilatus dixit; Nunquid ego Judæus sum? Populares tui & maximus sacerdotum te in manum 35
meam tradiderunt: tu quid dicis? Jesus ei dixit; Regnum & ditio 36
mea ex hoc mundo non est: si regnum meum ex hoc mundo esset, tanquam ministri certarent, ut in manus Judæorum non iaciderem: itaque scito, quòd regnum meum non hinc est. Pilatus ei dixit; 37
Proindè rex es: Jesus ei dixit; Tu dixisti, quòd ego rex sum: ego propter hoc natus sum, & ob hoc in mundum veni, ut de veritate testimonium darem. Omnis qui ex veritate est, vocem meam audit.

Digitized by Google

38 Λέγει αὐτῷ ὁ Πιλάτος, Τί ἔστιν ἀλήθεια; καὶ τοῦτο εἰπὼν, πάλιν ἐξῆλθε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. 39 Ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα· βούλεσθε οὖν (χ) ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; 40 Ἐκραύγασαν οὖν πάλιν πάντες, λέγοντες, Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν. Ἦν δὲ ὁ Βαραββᾶς λῃστής.

MS.A. (χ) ἀπολύσω ὑμῖν

CAP. XIX. ιθ'.

1 Τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε. 2 Καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτοῦ (α) τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν· 3 καὶ ἔλεγον, Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα. (β) 4 Ἐξῆλθεν οὖν πάλιν ἔξω ὁ Πιλάτος, καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω, ἵνα γνῶτε ὅτι (γ) οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ. 5 Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἔξω, φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον, καὶ τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον.) καὶ λέγει αὐτοῖς, Ἴδε ὁ ἄνθρωπος.

ρπη ρπθ ρϟ ρϟα ρϟβ ρϟγ

α β γ δ ε ζ θ ι

ρπ ρπα ρπβ ρπγ ρπδ ρπε ρπς ρπζ

Κεφ. ιθ'. MS.A.(α) ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, (β) Καὶ ἐξῆλθεν πάλιν (γ) οὐδεμίαν ἐν αὐτῷ (δ) εὑρίσκω αὐτὸν· (ε) Λέγει αὐτῷ (ζ) ἐξουσίαν ἔχω ἀπολῦσαί σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε; (υ) ἔχεις

Dicit ei Pilatus; Quid eſt veritas? Et hoc *dicens*, iterùm exivit ad Judæos, & dicit eis; Ego nullam cauſam invenio in eo. Eſt autem conſuetudo vobis, ut unum vobis *abſolvam* in Paſcha: vultis ergò vobis *abſolvam* regem Judæorum? Clamaverunt ergò rurſùm omnes, dicentes; Non hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

CAP. XIX.

Tunc ergò *accepit* Pilatus Jeſum, & flagellavit. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt ejus capiti; & veſte purpureâ *amicierunt* eum: Et dicebant; *Gaude*, rex Judæorum: & dabant ei alapas. Exivit ergò iterùm foràs Pilatus, & dicit eis; Ecce adduco vobis eum foràs, ut cognoſcatis quia in eo nullam cauſam invenio. (Exivit ergò Jeſus *foràs*, portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentũ.) Et dicit eis; Ecce homo.

Càm ergò vidiſſent eum *Principes Sacerdotũ* & miniſtri, clamabant, dicentes; Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus; Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Judæi; Nos legem habemus, & ſecundùm legem noſtram debet mori, quia ſeipſum filium Dei fecit.

Càm ergò audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt iterùm prætorium: & *dicit Jeſu*, Unde es tu? At Jeſus reſponſum non dedit ei. Dicit ergò ei Pilatus; Mihi non loqueris? neſcis quia *auctoritatem* habeo crucifigere te, & *auctoritatem* habeo *abſolvere* te? Reſpondit Jeſus; Non haberes *auctoritatem* ullam adverſùs me, *ſi non* eſſet tibi datum deſuper. *Propter hoc tradens* me tibi majus peccatum habet.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Dixit ei Pilatus; Quid eſt veritas? Et quum hoc dixiſſet, exiit rurſùs ad Judæos, & dixit eis; Ego ne unam quidem cauſam invenio in eo. Moris eſt autem vobis, ut unum dimittam vobis in Paſchate: vultis igitur dimittam vobis hunc regem Judæorum? At clamaverunt omnes, dicuntque; Non hunc, ſed Bar-Abba. Erat autem iſte Bar-Abba latro.

CAP. XIX.

Tunc Pilatus flagellavit Jeſum. Et milites complicârunt coronam è ſpinis, & impoſuerunt eam capiti ipſius; & amicierunt eum veſtimentis coccineis: Et dicebant, Pax tibi, *(Salve)* rex Judæorum. Et percutiebant eum in maxillas ipſius. Porrò exivit iterùm Pilatus foràs, & dixit eis; En adduco eum vobis foràs, ut noveritis me non invenire poſt eum *(in eo)* ne unam quidem occaſionem.

Ad horam tertiam. 44.

Exiit itaque Jeſus foràs, exiſtente ſuper eum coronâ ſpineâ, & veſtimentis coccineis: & dixit eis Pilatus; Ecce homo. Quum autem vidiſſent eum princip es ſacerdotum & miniſtri, clamârunt, dicentes; Crucifige eum, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite vos, cúmque cruci ſuffigite: ego enim nullam invenio in eo cauſam. Dicunt ei Judæi, Nos legem habemus, & prout eſt in lege noſtra, reus eſt mortis; quippe qui ſeipſum fecerit Filium Dei. Quum autem audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et introiit rurſùs in prætorium, & dixit Jeſu; Undenam es? Jeſus verò reſponſum non dedit ei. Subdit ei Pilatus, Mecum non loqueris? Neſcis me habere poteſtatem dimittendi te, & poteſtatem crucifigendi te? Dixit ei Jeſus; Non haberes poteſtatem adverſùs me ullam, niſi datum eſſet tibi ſuperné: propterea is qui me tradidit tibi, majus peccatum habet quàm tuum.

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Pilatus ei dixit; Veritas quid eſt? Et cùm Pilatus hoc verbum dixiſſet, rurſùs ad Judæos egreſſus eſt, & illis dixit; Ego quidem ſpeciem criminis in eo non inveni. Vos autem conſuetudinem habetis, ut omni feſto Paſchatis vinctum unum vobis dimittam: Vultis ut regem Judæorum vobis dimittam? Judæi vociferati ſunt, & dixerunt; Non hunc ſed Barabbam dimitte. Iſte autem Barabbas latro erat, quem in vincula poſuerant.

C A P. X I X.

Tunc Pilatus Jeſum in manum eorum tradidit. Et ſatellites coronam è ſpinis contexuerunt, & capiti ejus impoſuerunt, & veſtimento rubro illum induerunt. Et dicebant; Pax tibi, ô Rex Judæorum: & vultui Jeſu colaphos & pugnos impingebant. Pilatus autem prodiit, & illis dixit; Ecce cum educo, ut ſciatis, quòd ego in hoc ſpeciem culpæ non inveni. Jeſum itaque cum corona ſpinea, & veſte rubrâ eduxerunt: & Pilatus eis dixit; Ecce homo. Cùm autem magni ſacerdotes, & miniſtri, & Judæi, eum viderent, vociferati ſunt; Illum quidem in crucem age, in crucem age.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

38 Dicit ei Pilatus; Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterùm exivit ad Judæos,
39 & dicit eis; Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha: vultis ergò dimittam vobis regem Judæorum?
40 Clamaverunt ergò rursùm omnes, dicentes; Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

CAP. XIX.

1 Tunc ergò apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit. Et milites plectentes co-
2 ronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: & veste purpureâ circumdederunt eum.
3 Et veniebant ad eum, & dicebant; Ave, rex Judæorum: & dabant ei alapas.
4 Exivit ergò iterùm Pilatus foràs, & dicit eis; Ecce adduco vobis eum foràs, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam. (Exivit ergò Jesus portans coro- 5
nam spineam, & purpureum vestimentum.) Et dicit eis; Ecce homo. Cùm 6
ergò vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes; Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus; Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei Judæi; Nos legem habemus, & secundùm 7
legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cùm ergò audìsset Pilatus hunc ser- 8
monem, magìs timuit. Et ingressus est prætorium iterùm: & dixit ad Jesum; 9
Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergò ei Pilatus; Mihi non 10
loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Jesus; Non haberes potestatem adversùm me ullam, nisi tibi da- 11
tum esset desupér. Propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 * قَالَ لَهُ فِيلَاطُسُ فَمَا هُوَ ٱلْحَقُّ * قَالَ هٰذَا وَخَرَجَ أَيْضًا إِلَى ٱلْيَهُودِ وَقَالَ لَهُمْ أَنَا لَسْتُ أَجِدُ عَلَيْهِ
39 عِلَّةً وَاحِدَةً * وَإِنَّ لَكُمْ عَادَةً أَنْ أُطْلِقَ لَكُمْ فِي ٱلْفِصْحِ وَاحِدًا * فَتُرِيدُونَ أَنْ أُطْلِقَ لَكُمْ مَلِكَ
40 ٱلْيَهُودِ * فَصَرَخُوا كُلُّهُمْ قَائِلِينَ لَا تُحَلِّ هٰذَا بَلْ بَارَبَّانَ وَكَانَ بَارَبَّانُ لِصًّا *

Dixit ei Pilatus; Ecquid est veritas? Dixit hoc, & exivit iterùm ad Judæos, & ait illis; Ego non invenio adversùs eum causam ullam. Et quidem vobis est consuetudo, ut dimittam vobis in Paschate unum: vultis ergò ut dimittam vobis Regem Judæorum? Exclamaverunt omnes, dicentes; Ne dimittas hunc, sed Baranban. Erat autem Baranban latro. 38 39 40

* اَلْفَصْلُ ٱلْأَرْبَعُونَ *

Sectio quadragesima.

1 * حِينَئِذٍ أَخَذَ فِيلَاطُسُ يَسُوعَ فَجَلَدَهُ دَاخِلًا * وَصَفَّرَ ٱلسِّرْطُ
2 ٱكْلِيلَ شَوْكٍ وَوَضَعُوهُ عَلَى رَأْسِهِ * وَأَلْبَسُوهُ ثَوْبًا أَحْمَرَ * وَكَانُوا يَتَقَدَّمُونَ إِلَيْهِ وَيَقُولُونَ ٱلسَّلَامُ يَا
3 مَلِكَ ٱلْيَهُودِ وَكَانُوا يَلْطِمُونَهُ * ثُمَّ خَرَجَ فِيلَاطُسُ أَيْضًا خَارِجًا وَقَالَ لَهُمْ هَا أَنَا أُخْرِجُهُ إِلَيْكُمْ
4 خَارِجًا لِتَعْلَمُوا أَنِّي لَسْتُ أَجِدُ عَلَيْهِ عِلَّةً وَاحِدَةً * فَخَرَجَ يَسُوعُ خَارِجًا لَابِسًا إِكْلِيلَ ٱلشَّوْكِ
5 وَٱلثَّوْبَ ٱلْأَحْمَرَ * فَقَالَ لَهُمْ فِيلَاطُسُ هَا ٱلرَّجُلُ * فَلَمَّا أَبْصَرَهُ رُؤَسَاءُ ٱلْكَهَنَةِ وَٱلسِّرْطُ صَرَخُوا
6 قَائِلِينَ أَصْلِبْهُ أَصْلِبْهُ * فَقَالَ لَهُمْ فِيلَاطُسُ خُذُوهُ أَنْتُمْ فَاصْلِبُوهُ * فَإِنِّي أَنَا لَمْ أَجِدْ عَلَيْهِ عِلَّةً
7 وَاحِدَةً * أَجَابَهُ ٱلْيَهُودُ إِنَّ لَنَا نَامُوسًا وَعَلَى مَا فِي نَامُوسِنَا هُوَ مُسْتَوْجِبُ ٱلْمَوْتِ لِأَنَّهُ جَعَلَ ذَاتَهُ ٱبْنَ
8 ٱللّٰهِ * فَلَمَّا سَمِعَ فِيلَاطُسُ هٰذَا ٱلْكَلَامَ ٱزْدَادَ خَوْفًا * فَدَخَلَ يَسُوعَ أَيْضًا إِلَى ٱلْإِيوَانِ وَقَالَ لَهُ مِنْ
9 أَيْنَ أَنْتَ فَلَمْ يُجِبْهُ * فَقَالَ لَهُ فِيلَاطُسُ لِمَاذَا لَا تُكَلِّمُنِي * أَلَسْتَ تَعْلَمُ أَنَّ لِي سُلْطَانًا أَنْ أُطْلِقَكَ
10 وَسُلْطَانًا أَنْ أَصْلِبَكَ * فَأَجَابَهُ يَسُوعُ لَيْسَ لَكَ عَلَيَّ سُلْطَانٌ وَاحِدٌ لَوْلَا أَنَّكَ أُعْطِيتَ مِنْ فَوْقُ *
11 مِنْ أَجْلِ هٰذَا خَطِيَّةُ ٱلَّذِي أَسْلَمَنِي إِلَيْكَ أَعْظَمُ *

1 *Tunc ergò apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit eum intùs. Et plexuerunt*
2 *ministri coronâ spineâ, et posuerunt eam super caput ejus, & induerunt eum ve-*
3 *ste rubeâ. Et accedebant ad eum, & dicebant; Ave rex Judæorum, eúmque colaphis cædebant. Deindè egressus est*
4 *Pilatus iterùm foràs, & dixit eis; Ecce adduco eum ad vos foràs, ut sciatis quòd non invenio adversùs eum causam*
5 *ullam. Edùxit ergò Jesum foràs indutum coronâ spineâ et veste rubeâ: et dixit eis Pilatus, Ecce vir. Cùm au-*
6 *tem vidissent eum principes sacerdotum et ministri, clamaverunt, dicentes; Crucifige eum, crucifige eum. Ait illis Pilatus, Accipite eum vos, et crucifigite eum: Ego enim non invenio adversùs*
7 *eum causam ullam. Responderunt ei Judæi; Est nobis lex, et secundùm quod est in lege nostra, est dignus morte: quia fe-*
8 *cit seipsum filium Dei. Cùm autem audisset Pilatus hunc sermonem, crevit ti-*
9 *mor ejus. Quarè introduxit Jesum iterùm in prætorium, et dixit ei; Unde es? At non respondit ei. Inquit ei Pi-*
10 *latus; Quare non loqueris mihi? Nónne scis habere me potestatem dimittendi*
11 *te, et potestatem crucifigendi te? Respondit ei Jesus; Non esset tibi adversùs me potestas ulla, nisi donatus fuisses desuper. Propterea peccatum ejus qui tradidit me tibi, majus est.*

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 ወይቤሎ: ጲላጦስ: ምንትኑ: ውእቱ: ጽድቅ:: ወዘንተ: ብሂሎ: ካዕበ: ወፅእ: ኀበ: አይ
39 ሁድ: ወይቤሎሙ: አልቦ: ዘረከብኩ: ሎቱ: ጌጋየ: ወሊአሁተኒ:: ። ወሀሎ: ዘናለመ
ድ: ለክሙ : ዘናሐዩ ፡ ለለ : ፋሲካ: ትፈቅዱኑ : ለሕይወ: ለክሙ: ለንጉሠ: ሕይሁ
40 ድ:: ። ወከልሑ:ኵሎሙ: ወይቤሉ:ለኦ: ዘንተ: አለ: በርባንሃ:: ወበርባንሰ:ቢቀ:
ፈያት: ውእቱ:: ። ።

Et dixit ei Pilatus; Quid est veritas? Et hoc quum dixisset, iterum exivit ad Ju- 38
dæos, & dixit iis; Nullum fuit quod inveni illius crimen, ne unum quidem. Et 39
oportet ut moré obsérvem' vobis, ut servemus aliquem *in* omni pascha: vultísne ut vita donem vobis regem Judæorum? Et clamárunt omnes illi dicentes; Non 40
hunc, sed Barban. Et Barban princeps latronum fuit.

በዓርብ: በቦ: ሰዓት: ምእባብ: ። ።

Lectio in tertia paraséeues hora:

CAP. XIX.

1 ወአምዝ: ነሥአ: ጲላጦስ: ለእግዚእ: ሊያሱስ: ወቀሠፎ:: ። ወፀፈዱ: ሓረ:እክ
2 ሊለ: ዘሦክ:ወለስተቀጸልዎ: ውስተ:ናእሱ: ወለፀበስዎ:ጫሳተ:: ። ወይመጽሉ:ኀቤ
3 ሁ:ወይብልዎ:ባሓ: ንጉሦሙ: ለእይሁድ: ወይጸፍዕዎ:ገጸ:: ። ወወፅእ:ካዕበ:ጲላ
4 ጦስ:ለፍላ:ወይቤሎሙ: ናሁ:እወፅእ: ለክሙ:ለፍለ: ከሙ: ታእመሩ:ከሙ:አልቦ:ጌ
5 ጋየ: ዘረከብኩ: በላዕሌሁ:። ። ወወፅእ: እግዚእ:ሊያሱስ: እንዘ:ይትቄጸል:ለክሊሳ:
6 ዘሦክ:ወይለብሰ:ጫሳተ:ወይቤሎሙ: ነዋ:ውእቱ:ብእሲ:: ። ወሶበ:ርእይዎ:ቢቃነ:
ካህናት: ወወጲሊሆሙ:ከልሑ:ወይቤሉ: ስቅሎ: ስቅሎ:ወይቤሎሙ: ጲላጦስ: ነሥእ
7 ዎ: ለኢክሙ:ስቅልዎ::እንሰ:ሊረከብኩ: ሎቱ: ጌጋየ:: ። ወለውሥሉ: ለይሁድ:
ወይቤሉ: ነሕነ:ሕገ:ብነ: ወበሕግነ:ርቱዕ:ይሙት: እስሞ: ወልደ: እግዚአብሔር: ረ
8 ሰየ: ርእሶ:። ። ወሰሚዖ: ጲላጦስ: ዘንተ: ነገረ: ፈርሀ: ፈድፋደ:። ። ወቦአ: ኀበ: ዓ
9 ውድ: ወይቤሎ: ለእግዚእ: ሊያሱስ : እመአይቴ ፡ እንተ:: ። ወሊተሰጥዎ: እግዚእ:ሊ
10 የሱስ:። ። ወይቤሎ: ጲላጦስ: ሊተኒ: ሊትነብበኒሁ: ሊታለመርኑ: ከሙ:ብውሕ: ሊ
11 ተ: እቅትልከሂ: ወለሐዩከሂ:። ። ወለውሥለ: እግዚእ: ሊያሱስ : ወይቤሎ : ሊኮን
ክ: ብውሐ: ሳዕሌየ: ወሊአሁተኒ: ሰበ: ሊተውህበ: ለከ: እመሰጣይ : በእንተዝ : ዘ
አግብአኒ: ኀቤከ:ጌጋይ: ዘይዓቢ: ሳዕሌሁ:። ። ።

Et tunc accepit Pilatus Dominum Jesum, & flagellavit eum. Et plexuerunt 1
milites coronam spinarum: & coronam imposuerunt capiti ejus, & induerunt 2
eum purpurâ. Et veniebant ad eum, & dicebant ei; Ave rex Judæorum: & per- 3
cutiebant eum vultu ejus. Et exivit iterum Pilatus foràs, & dixit iis; Ecce addu- 4
cam eum vobis foràs, ut cognoscatis quòd non est crimen quod inveni contra
eum. Et exivit Dominus Jesus, coronatus coronâ spinarum, & indutus purpurâ. 5
Et dixit iis; Ecce, hic *est* homo. Et quum vidissent eum principes sacerdotum 6
et ministri eorum, clamárunt, & dixerunt; Suspendite eum, suspendite eum. Et dixit iis Pilatus; Accipite eum, vosipsi suspendite eum: quum non invenerim in
eo crimen. Et responderunt Judæi, & dixerunt; Nos legem habemus, & per le- 7
gem nostram oportet ut moriatur: quia Filium Dei fecit seipsum. Et audiente 8
Pilato hunc sermonẽ, timuit magis: Et intravit in conventum, & dixit Dño Jesu; 9
Unde es? Et non respondit ei Dñs Jesus. Et dixit ei Pilatus; Mihi non loqueris? 10
nescísne quòd potestas *est* mihi ut occídam te, & servare te? Et respondit Dñs 11
Jesus, & dixit ei; Non esset tibi potestas supra me aliqua, si non data fuisset tibi à cœlo. Propterea qui tradidit me tibi, crimen majus habet.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

بيلاطوس بديشان كفت شما اورا ببريد * وبر دار بياويزيد * كه من در و بهانه نمي
7 يابم * يهوديان كفتند ما شريعت داريم * ودر شريعت ما مرك بروي واجبست * براي انك
8 خودرا فرزند خدا ساخت * چون پيلاطوس اين سخن را شنيد * بيشتر ترسيد * وباز در
10 دهليز در رفت * وبعيسي كفت * از كجائي * عيسي بدو جواب نداد * بيلاطوس كفت
با من سخن نمي كوئي * نمي داني كه قادرم كه ترا برهانم * و قادرم كه ترا بر دار بياويزم
11 * عيسي بدو كفت بر من حكم نداري و نه يكي * اكر از بلندي داده نمي شد * براي
اين انك مرا بدست تو سپارد * كناه او از كناه تو بزركتر ست *

Pilatus illis dixit; Vos eum auferte, & in cruce suspendite: quia ego in ipso causam non invenio. Judei dixerunt; Nos legem habemus, & per legem nostram mors ei debita est, eò quòd seipsum Filium Dei fecit. Cùm 7 8
Pilatus hunc sermonem audisset, magis timuit. Et rursùs in atrium ingressus est, & ad Jesum 9
dixit; Unde es? Jesus autem ei responsum non dedit. Pilatus di- 10
xit; Mecum non loqueris? Nescis quod potens sum ut te liberem & potens sum ut te in cruce suspendam? Jesus ei dixit; In me po- 11
testatem non habes, ne quidem ullam, nisi ex alto tibi data esset: propterea qui me in manum tuam tradidit, peccatum ejus peccato tuo majus est.

Digitized by Google

ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ.

Ex hoc quærebat Pilatus *absolvere* eum. *At* Judæi clamabant, dicentes; 12 Ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλάτος ἀπολῦσαι αὐτόν. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι (ϑ) ἔκραζον, λέγοντες,
Si hunc *absolveris*, non es amicus Cæsaris. Omnis regem *seipsum faciens*, Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. πᾶς ὁ βασιλέα (ι) αὐτὸν ποιῶν,
contradicit Cæsari. *Ergò* Pilatus *audiens hunc sermonem*, adduxit foràs Je- 13 ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι. Ὁ οὖν Πιλάτος ἀκούσας (κ) τοῦτον τὸν λόγον, ἤγαγε ἔξω τὸν Ἰη-
sum, & sedit pro tribunali in *locum dictum*, *Lithostrotum*: Hebraicè autem, σοῦν, καὶ ἐκάθισεν (λ) ἐπὶ βήματος εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ
Gabbatha. Erat autem parasceue Paschæ, hora autem quasi sexta: & dicit Ju- 14 Γαββαθᾶ. Ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ Πάσχα (μ) ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη· καὶ λέγει τοῖς Ἰου-
dæis; Ecce rex vester. Illi autem clamabant; Tolle, tolle, crucifige eum. 15 δαίοις, Ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν. Οἱ δὲ (ν) ἐκραύγασαν, Ἆρον ἆρον, σταύρωσον αὐτόν.
Dicit ei Pilatus; Regem vestrum crucifigam? Responderunt *principes Sacerdotum*; λέγει αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω; ἀπεκρίθησαν οἱ ἀρχιερεῖς·
Non habemus regem, *si non* Cæsarem. Tunc ergò tradidit illum eis, ut crucifi- 16 Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα. Τότε οὖν παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς ἵνα σαυ-
geretur. *Acceperunt* autem Jesum & eduxerunt. Et *portans* crucem *suam*, 17 ρωθῇ. παρέλαβον δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ ἀπήγαγον. Καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν (ξ) αὐτοῦ,
exivit in *dictum* Calvariæ locum, *qui dicitur* Hebraicè, Golgotha: Ubi eum 18 ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον Κρανίου τόπον, ὃς λέγεται Ἑβραϊστὶ Γολγοθᾶ· Ὅπου αὐτὸν
crucifixerunt, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autē Jesum. Scripsit 19 ἐσταύρωσαν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους δύο ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, μέσον δὲ τὸν Ἰησοῦν. Ἔγραψε
autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem: Erat autem scriptum; 20 δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος, καὶ (ο) ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ. Ἦν δὲ γεγραμμένον,
JESUS NAZARENUS, REX Ju- ΙΗΣΟΥΣ ΟΝΑΖΩΡΑΙΟΣ ΟΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥ-
DÆORUM. Hunc ergò titulum multi legerunt Judæorum: quia prope erat ΔΑΙΩΝ. Τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων· ὅτι ἐγγὺς (π) ἦν
civitatem locus ubi crucifixus est Jesus: Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, τῆς πόλεως ὁ τόπος ὅπου ἐσταυρώθη ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἦν γεγραμμένον Ἑβραϊστὶ, Ἑλληνιστὶ,
Romanè. Dicebant ergò Pilato *principes Sacerdotum* Judæorum; *Ne scribe*, Rex Ῥωμαϊστί. Ἔλεγον οὖν τῷ Πιλάτῳ οἱ ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων, Μὴ γράφε, Ὁ βασιλεὺς
Judæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Judæorum. Respondit Pilatus; τῶν Ἰουδαίων· ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος εἶπε, Βασιλεύς εἰμι τῶν Ἰουδαίων. Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος,
Quod scripsi, scripsi. Ergò milites, cùm crucifixissent *Jesum*, acceperunt vestimenta 23 Ὃ γέγραφα, γέγραφα. Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια
ejus, (& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem,) & tunicam. Erat αὐτοῦ, (καὶ ἐποίησαν (ρ) τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος,) καὶ τὸν χιτῶνα. Ἦν
autem tunica inconsutilis, *ex illa quæ* desuper contexta per totum. 24 δὲ ὁ χιτὼν (σ) ἄρραφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου.

MS. A. (ϑ) *ἐκραύγαζον, (ι) ἑαυτὸν (κ) τὸν λόγον τοῦτον, (λ) ἐπὶ βήματος (μ) ὥρα ἦν ὡς ἕκτη· (ν) ἐκραύγασαν, (ξ) ἑαυτῷ, (ο) ἐπέθηκεν (π) ἦν ὁ τόπος τῆς πόλεως ὅπου (ρ) ἐποίησαν (σ) ἄραφος,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Ob idque volebat Pilatus eum dimittere. 12
Judæi verò clamabant, Si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris: nam quicunque se regem facit, adversarius est Cæsari. Quum 13
audîsset autem Pilatus hunc sermonem, adduxit Jesum foràs, & sedit pro tribunali in loco qui vocatur, Pavimentum lapidum: Hebraicè verò dicitur, Gaphiphta *(peribolus.)*
Erat autem parasceue Paschatis. 14

Ad horam sextam. 45.

Erat autem circiter hora sexta: & dixit Judæis, Ecce Rex vester. Illi verò clamabant, 15
Tolle eum, tolle eum; crucifige eum, crucifige eum. Dixit eis Pilatus; Regem vestrum crucifigam? Dicunt ei principes sacerdotum; Non habemus regem, nisi Cæsarem. Tunc 16
tradidit eum ipsis ut crucifigerent eum. Acceperunt itaque Jesum: Et abduxerunt 17
eum, quum bajularet crucem suam, ad locum qui vocatur Carcaphta, Hebraicè verò dicitur Gogolta *(Cranium capitis.)* Ubi cru- 18
cifixerunt eum, & cum eo duos alios, unum hinc, & alterum hinc; Jesum autem in medio. Quinetiam scripsit tabulam Pilatus, 19
& imposuit cruci ejus. Ita verò scriptum erat; HIC EST JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM. Hunc porrò titulum 20
multi ex Judæis legerunt: quia propè civitatem erat locus in quo crucifixus fuit Jesus. Et scriptum erat Hebraicè, & Græcè, & Romanè. Dixerunt autem principes sacer- 21
dotum Pilato; Ne scribas, quòd sit rex Judæorum, sed quòd ipse dixerit, me regem esse Judæorum. Dixit Pilatus, Quod scri- 22
psi, scripsi.

Ad horam nonam. 46.

Cæterùm milites quum crucifixissent Jesum, 23
sustulerunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, partem unicuique ex militibus: porrò tunica ejus erat absque futura à summo, tota contexta.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

Et volebat Pilatus ut eum liberum faceret: Judæi autem clamorem sustulerunt, quòd si tu hunc liberes, amicus Cæsaris non es; quicunque semetipsum regem facit, Cæsari adversando inimicus est. Cum 13
Pilatus hunc sermonem audisset, Jesum eduxit, & ipse solio insedit, in loco cui nomen Agger lapideus erat, (i. e. Glarea stratus.) Hebraicè autem, Gaphiphta dicebatur. Et 14
feria sexta Paschatis erat, circiter sextam horam: Judæis dixit; Ecce rex vester. Illi vociferati 15
sunt; Quin eum in crucem age, tolle. Pilatus illis dixit; Regem vestrum in crucem agam? Magnates, & Sacerdotes vociferati sunt; Nos quidem regem non habemus nisi Cæsarem. Tum Pilatus Je- 16
sum illis dedit, ut in crucem agerent.

XXXVIII. Suspensio Jesu in Cruce.

Et Jesum illinc traxerunt, & extulerunt. Et crucem ejus tergo ejus 17
imposuerunt, in loco cujus nomen Cranium capitis vocabant, Hebraicè autem Karkita. Et illo loco 18
eum in crucem egerunt, & duos alios cum eo, unum ad manum dexteram, & alterum ad manum sinistram, & Jesum in medio.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

12 Et exindè quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant, dicentes; Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim, qui se regem facit, 13 contradicit Cæsari. Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foràs Jesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóstrotos, Hebraicè 14 autem Gabbatha. Erat autem Parasceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit 15 Judæis; Ecce rex vester. Illi autem clamabant; Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus; Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non 16 habemus Regem, nisi Cæsarem. Tunc ergò tradidit eis illum ut crucifigere- 17 tur. Susceperunt autem Jesum, & eduxerunt. Et bajulans sibi crucem, ex- 18 ivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, Hebraicè autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Jesum. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat 19 autem scriptum; JESUS NAZARENUS, REX JUDEORUM. Hunc ergò ti- 20 tulum multi Judæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant 21 ergò Pilato Pontifices Judæorum; Noli scribere, Rex Judæorum: sed quia ipse dixit; Rex sum Judæorum. Respondit Pilatus; Quod scripsi, scripsi. 22 Milites ergò cùm crucifixissent eum, acceperunt vestimenta ejus, (& fece- 23 runt quatuor partes: unicuique militi partem,) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desupèr contexta per totum.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

12 * فمن اجل هذا اراد فيلاطس ان يطلقه * فاما اليهود فكانوا يصرخون قايلين ان انت
اطلقته فما انت صاحب لقيصر * لان كل من يجعل نفسه ملكا فهو ضد لقيصر *

Et propter hoc voluit Pilatus dimittere 12
eum. Judæi verò clamabant, dicentes;
Si tu dimittis eum, non es amicus Cæsa-
ri: nam quicunque facit se Regem, est
contrarius Cæsari.

Sectio quadragesima prima.

13 * القصل الحادي والاربعون * فلما سمع فيلاطس هذا الكلام اخرج يسوع الي
خارج * ثم جلس علي كرسي في موضع يعرف برصيف الحجارة وبالعبرانية يسمي عبثا * وكانت 14
جمعه الفصح وكان وقت الساعة السادسة * فقال لليهود ها ملككم * فصرخوا ارفعه ارفعه اصلبه * 15
فقال لهم فيلاطس اصلب ملككم * فاجاب روساء الكهنة * ليس لنا ملك غير قيصر *
حينيذ اسلمه اليهم ليصلبوه * فاخذوا يسوع * وصلبوا به وهو حامل صليبه * الي موضع 16 17
يسمي الجمجمة وبالعبرانية يسمي جاجلة * حيث صلبوه * وصلبوا معه لصين اخرين من هنا 18
ومن هنا ويسوع في وسطهما * ثم كتب فيلاطس صحيفة ووضعها علي صليبه * وكان فيها مكتوبا 19
هذا يسوع الناصري ملك اليهود * وهذه الصحيفة قراها كثير من اليهود لان الموضع 20
الذي صلب فيه يسوع كان قريبا من المدينة * وكانت مكتوبة بالعبرانية واليونانية والرومية *
* فقال روساء الكهنة واليهود لفيلاطس لا تكتب انه ملك اليهود لكن هو قال اني ملك اليهود * 21
اجاب فيلاطس ما كتبت قد كتبت * فاما الجند لما صلبوا يسوع اخذوا ثيابه وجعلوها اربعة 22 23
اجزاء كل جزء لواحد من الجند * وكان القميص غير مخيط من فوق بل منسوجا كله *

Et propter hoc voluit Pilatus dimittere 12
eum. Judæi verò clamabant, dicentes;
Si tu dimittis eum, non es amicus Cæsa-
ri: nam quicunque facit se Regem, est
contrarius Cæsari.

Sectio quadragesima prima.

Cùm autem audisset Pilatus hunc ser- 13
monem, eduxit Jesum foràs: deindè se-
dit pro tribunali in loco qui notus est
nomine Congeriei lapidum, & Hebraicè vocatur Gabbatha: Erat autem pa- 14
rasceue Paschæ, erátque tempus horæ
sextæ, & dixit Judæis; Ecce Rex ve-
ster. Clamaverunt autem, Tolle eum, 15
tolle eum, crucifige eum. Ait illis Pila-
tus; Num crucifigam Regem vestrum?
Responderunt principes sacerdotum, Non
est nobis rex præter Cæsarem. Tunc tra- 16
didit eum illis, ut crucifigerent eum.
Itaque sumpserunt Jesum, Et abduxe- 17
runt eum ferentem crucem suam, ad lo-
cum quendam qui vocatur Calvaria, &
Hebraicè vocatur Gagalat, ubi cruci- 18
fixerunt eum. Et crucifixerunt cum eo
duos latrones alios, hinc & hinc, &
Jesum in medio utriusque. Præterea 19
scripsit Pilatus tabellam, & posuit eam
super crucem ipsius; erátque in ea scri-
ptum, HIC EST JESUS NAZARE-
NUS REX JUDÆORUM. Et hanc 20
tabellam legerunt multi ex Judæis,
quia locus in quo crucifixus fuerat
Jesus, erat propinquus civitati. Erat
autem scripta Hebraicè, & Græcè, &
Romanè. Dixerunt ergò principes sa- 21
cerdotum & Judæi Pilato; Ne scri-
bas quòd ipse sit Rex Judæorum; sed
quòd ipse dixerit, Ego sum rex Judæorũ.
Respondit Pilatus; Quod scriptum est, 22
jam scriptum est. Milites verò cùm cru- 23
cifixissent Jesum, acceperunt vestimen-
ta ejus, & fecerunt ea quatuor partes,
quamlibet partem uni ex militibus. Erat
autem tunica haud consuta superne, sed
contexta tota.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

12 ወበእንተዝ: ፈቀደ:ጲላጦስ:ያሕይው:: ወከልሑ:ሊይሁድ: ወይቤሉ: እመ፣ ለሕየው
ኮ:ለዝንቱ:ሊኮንከ:ዓርዱ:ለቄሳር:ኵሉ: ዘያነግሠ:ርእሶ:ዐለዊ: ነጋሢ:ውእቱ::ፈ
13 ወሰሚዖ:ጲላጦስ: ዘንተ: ነገረ:ለውፅለ: ለእግዚእ:ሊየሱስ: አፍላ: ወነበረ: ዐወደ:
ውስተ:መካን: ዘስሙ:ሊቶስጥሮስ: ወበዕብራይስጢ:ይብልዎ:ገበታ::ፈ
በዓርብ: በረ: ሰዓጥ: መንበብ:ፈ
14 ወዓርበ:ፋሲካ:ውእቱ:ጊዜ: ቀትር:ዘስሉ: ሰዓት:ወይቤሎሙ:ለሊይሁድ: ነዋ:ንጉሠ
15 ክሙ::ፈ ወከልሑ: ወይቤሎ: ለእትቶ: ወስቅሎ::ወይቤሎሙ:ጲላጦስ: ለንጉሠክ
16 ሙኑ: አሰቅሎ::ወይቤሉ:ሊቃነ:ካህናት: ለልብነ: ንጉሠ: ዘእንበለ:ቄሰር::ፈ ወእ
ምዝ: ወሀበው: ይስቅልዎ:: ለፊቃደሙ: ወተመጣውዎ: ለእግዚእ:ሊየሱስ: ወለውፅ
17 እመ:ወዉሰድዎ:ፈ እንዘ: ይጸውር: መስቀሎ:ብሔር: ዘስሙ: ቀሪንዮ: ወበዕብራይ
18 ስጥ:ይብልዎ:ጎልጎታ:ፈ ኀበ:ስቀልዎ::ወስቀሉ:መስቢሁ: ክልኤተ: ፈያተ: ለሐደ:
19 እመለፊ: ወለሕደ: እመለፍ: ወማእከሎሙ : እግዚእ:ሊየሱስ:ፈ ወጸሐፈ:ጲላጦ
ስ:መጽሐፈ: ወለእንበረ: ደቡ: መሰቀሉ: ወይብል: መጽሐፈ: እግዚእ::ሊየሱስ: ናዝሬ
20 ዊ: ንጉሠ:ለይሁድ::ፈ ወብዙኀን: እመለይሁድ : ለእበብዋ: ለይእቲ: መጽሐፍ::
እስመ:ቅሩብ:ብሔረ: ለሃገር:ኀበ: ሰቀልዎ: ለእግዚእ::ሊየሱስ: ወጽሑፍ: በዕብረ
21 ይስጢ: ወበሮማይስጢ: ወበጽርእ::ፈ ወይቤልዎ: ለጲላጦስ: ሊቃነ: ካህናቲሆሙ፣
22 ለሊይሁድ:ሊትጽሐፍ: ንጉሦሙ: ለሊይሁድ: ዘለኒሁ: ይቤ: ንጉሦሙ: ለለይሁድ:
23 ለነ::ፈ ወለውሠእ:ጲላጦስ: ወይቤ: ዘጸሐፍኩ: ጸሐፍኩ::ፈ ወሶበ: ሰቀልዎ:ለ
እግዚእ:ሊየሱስ::ወተካፈሉ: ለልባሱሁ: ለርባዕቱ: ሐረ : ተለጊዎሙ: ወረሰይዎ: ዓ
ርበዕተ: ክፍለ: ለእሀዱ: ሐረዊ: ክፍለ: ኪደኖ፣ እልተኑ: ወውእቱ: ክደንኑ: ዘለልቦ:
ርፋለተ: ለዕሉ: እንሞቱ:ፈ

Et propterea voluit Pilatus servare eum. Et clamârunt Judæi, & dixerunt ei; Si 12
servaveris hunc, non es amicus Cæsaris: quicunque regem facit seipsum, inimi-
cus imperatoris est. Et audiens Pilatus hunc sermonem, adduxit Dominum Je- 13
sum foràs, & sedit conventus in loco cujus nomen, Lithostoros: & Hebraicè vo-
cant eum, Gabatha.

In sexta hora paraſceues lectio.

Et paraſceue Paschæ fuit tempore meridiano sextâ horâ, & dixit Judæis; Ecce 14
rex vester. Et clamârunt, & dixerunt; Tollite eum, & suspendite eum. Et dixit 15
iis Pilatus; Regémne vestrum suspendam? Et dixerunt principes sacerdotum;
Non habemus regem præter Cæsarẽ. Et tunc dedit eum iis, ut suspenderent eum, 16
secundùm voluntatem eorum: & acceperunt Dominum Jesum, & adduxerunt eũ,
Et attulerunt eum portantem crucem suam ad locum cujus nomen, Kranion: & 17
Hebraicè vocant eum, Golgotha: Ubi suspenderũt eum, & suspenderunt cum illo 18
duos latrones, unum ex latere ejus, & unum ex latere ejus, & medio eorum Dñm
Jesum. Et scripsit Pilatus scripturam, & posuit super crucem ejus: et dixit scri- 19
ptura ejus, DOMINUS JESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM. Et multi ex 20
Judæis legerunt hanc scripturã: quia propinqu^{s} erat loc^{s} ille civitati, ubi suspen-
derunt Dñm Jesũ. Et scripta fuit Hebraicè, et Romanè, & Græcé. Et dixerunt Pi- 21
lato principes sacerdotum Judæorum; Ne scribas, Rex Judæorum: *sed*; Ipse dixit,
Rex Judæorum sum. Et respondit Pilatus, & dixit; Quod scripsi, scripsi. Et quum 22
suspendissent Dñm Jesum, & divisa fuissent vestimenta ejus, quatuor milites sor- 23
titi sunt *pro* iis, & constituerunt quatuor partes, unicuique militi partem: tunicam
ejus lacerabo? & ea tunica non habuit futuram, super eam, ullam.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

19 * بيلاطوس [لوح] نبشت وبر سر صليب نهاد * كه اينست يشوع † ناصري * ملك يهوديان *
20 * وان نبشته را بسياري † از يهوديان خواندند * سبب انك شهر نزديك بود † بدانجا كه عيسي را
21 بر دار كردند * وخط بعبري نبشته بود * [وبيوناني] و بروسي * * بزركان امامان † به بيلاطوس
22 گفتند * كه منويس ملك يهوديان * ليكن مي گفت كه ملك يهوديانم * * بيلاطوس
23 گفت † انچ نبشته شد همانست * * وسرهنگان چون عيسي را آويختند * جامهٔ اورا بچهار
بخش كردند * جبهٔ او يكي از سرهنگان † بر گرفت * وجبهٔ او تا دوخته يك پاره بود *
از بالا تا زير *

Pilatus autem *tabellam scripsit,* 19
& vertici crucis imposuit, Hic
est Jesus Nazræus, Rex Judæ-
orum. Hoc itaque scriptum mul- 20
ti ex Judæis legerunt: propter-
eà quod urbs propinqua erat ei
loco quo Jesum in crucem ege-
runt: & inscriptio Hebraicè
scripta erat, & Græcè & Ro-
manè: Magni autem *Sacerdo-* 21
tes Pilato dixerunt; Ne scribas,
Rex Judæorum; sed qui *dixit,*
quòd, Rex Judæorum sum. Pi- 22
latus dixit; Id quod scriptum
est perindè est. Satellites autem 23
cùm Jesum suspendissent, vesti-
menta ejus in quatuor partes fe-
cerunt; at tunicam ejus unus ex
satellitibus sustulit: tunica au-
tem ejus inconsutilis unâ textu-
râ erat, à summo usque ad imum.


Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ.

Dixerunt ergò ad invicèm; Non ſcindamus eum: ſed ſortiamus de illa, cujus *erit.*
24 Εἶπον οὖν πρὸς ἀλλήλους, Μὴ σχίσωμεν αὐτὸν, ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται·
Ut Scriptura impleretur, dicens; Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi *ipſis*, & *ſuper* ve-
ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ ἡ λέγουσα, Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱμα-
ſtem meam miſerunt ſortem. *Illi* quidem *igitur* milites hæc fecerunt. Stabant autem σβ
25 τισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ταῦτα ἐποίησαν. Εἱστήκει δὲ παρὰ
juxta crucem Jeſu mater ejus, & ſoror matris ejus, Maria *illa* Cleopæ,
τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ,
& Maria Magdalene. Jeſus ergò *videns* matrem, & diſcipulum *adſtantem* quem
26 καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή. Ἰησοῦς οὖν ἰδὼν τὴν μητέρα, καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα ὃν
diligebat, dicit matri ſuæ; Mulier, ecce filius tuus. Deindè dicit diſcipulo; Ecce
27 ἠγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ, Γύναι, ἴδε ὁ υἱός σου. Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ, Ἴδε
mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in *propria*.
ἡ μήτηρ σου. καὶ ἀπ' ἐκείνης (τ) τῆς ὥρας ἔλαβεν (υ) αὐτὴν ὁ μαθητὴς εἰς τὰ ἴδια.
Poſt hæc ſciens Jeſus quia omnia *jam* conſúmata ſunt, ut conſúmaretur Scriptura, *dicit*; —
28 Μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς (φ) ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει, σγ
Sitio. Vas ergò erat poſitũ aceto plenũ. Illi verò *implentes* ſpongiam aceto, & hyſſopo
29 Διψῶ. (χ)Σκεῦος ἔκειτο ὄξους μεστόν. οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ
circumponentes, obtulerunt ejus ori. Cùm ergò accepiſſet acetum Jeſus, —
30 περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς, σδ
dixit, Conſummatum eſt: Et *inclinans caput*, tradidit ſpiritum. Ergò Judæi, —
εἶπε, Τετέλεσται· καὶ κλίνας τὴν κεφαλὴν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, 31
ut non remanerent in cruce corpora *in* Sabbato: quoniam Paraſceue erat:
ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ· ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν·
(erat enim magnus dies *illius* Sabbati:) rogaverunt Pilatum ut frangerentur
(ἦν γὰρ μεγάλη (ψ) ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου·) ἠρώτησαν τὸν Πιλάτον ἵνα καταγῶσιν
eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergò milites: & quidem primi fregerunt
αὐτῶν τὰ σκέλη, καὶ ἀρθῶσιν. Ἦλθον οὖν οἱ στρατιῶται· καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατέαξαν 32
crura, & alterius *concruciſixi* ei. Ad autem Jeſum *venientes*, ut
τὰ σκέλη, καὶ τοῦ ἄλλου τοῦ συσταυρωθέντος αὐτῷ. Ἐπὶ δὲ τὸν Ἰησοῦν ἐλθόντες, ὡς 33
viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura. Sed unus militum
εἶδον αὐτὸν ἤδη τεθνηκότα, οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη. Ἀλλ' εἷς τῶν στρατιωτῶν 34
lanceâ ejus latus *fodit*: & continuò exivit ſanguis & aqua. Et *videns*
λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. Καὶ ὁ ἑωρακὼς 35
teſtificavit, & verum ejus eſt teſtimonium. Et ille ſcit quia vera dicit, ut
μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινή αὐτοῦ ἐστιν ἡ μαρτυρία. κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἵνα
vos credatis. Facta ſunt enim hæc, ut Scriptura impleretur; Os non comminuetur
(ω)ὑμεῖς πιστεύσητε. Ἐγένετο γὰρ ταῦτα, ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ, Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται 36
ejus. Et iteràm alia Scriptura dicit; Videbunt in quem transfixerunt.
αὐτοῦ. Καὶ πάλιν ἑτέρα γραφὴ λέγει, Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. 37

MS.A. (τ) τῆς ἡμέρας (υ) ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς (φ) ὅτι ἤδη πάντα (χ) Σκεῦος ἔκειτο (ψ) ἡμέρα (ω) καὶ ὑμεῖς

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.



Dixerunt itaque alius ad alium, Ne ſcinda- 24
mus eam; ſed ſorte experiamur de ea, cu-
juſnam futura ſit. Et impleta eſt Scriptura,
quæ dicit; Partiti ſunt veſtimenta mea inter
ſe, & ſuper veſtem meam jecerunt ſortem.
Hæc fecerunt milites. Stabant autem ad 25
crucem Jeſu, mater ejus, & ſoror matris
ejus, & Maria Cleophæ, & Maria Magdale-
na. Jeſus verò conſpicatus matrem ſuam, 26
& diſcipulum illum, quem ipſe amabat, ad-
ſtantem, dixit matri ſuæ; Mulier, ecce fili-
us tuus. Dixit autem diſcipulo illi; Ecce 27
mater tua. Et ex illa hora recepit eam di-
ſcipulus ille apud ſe. Poſteà ſciens Jeſus, 28
omnia abſoluta eſſe, & ut impleretur Scri-
ptura, dixit; Sitio. Vas autem poſitum 29
erat plenum aceto. Illi verò impleverunt
ſpongiam aceto, & impoſuerunt eam hyſ-
ſopo, admoverúntque ori ejus. Quum au- 30
tem accepiſſet illud acetum Jeſus, dixit; Ec-
ce conſummatum eſt: & inclinavit caput, ac
tradidit ſpiritum ſuum.

Veſperè ſabbathi Annuntiationis. 47.

Judæi verò quoniam paraſceue erat, dicunt; 31
Nequaquam pernoctabunt corpora iſta in
cruce, quandoquidem ſabbathi illuceſcet
dies: (erat enim magnus dies ſabbathi illi-
us) & efflagitârunt à Pilato, ut confringe-
rent crura eorum ſuſpenſorum, atque depo-
nerent eos. Venerunt itaque milites, & 32
confregerunt crura prioris, & ejus alterius
qui crucifixus erat eum eo. Quúmque ve- 33
niſſent ad Jeſum, viderunt eum jam pridem
eſſe mortuum; neque confregerunt ejus cru-
ra. Sed unus ex militibus feriit eum in la- 34
tere ipſius lanceâ, & ſtatim exiit ſanguis &
aqua. Et qui vidit teſtatus eſt, & verum eſt 35
teſtimonium ejus; ipſéque novit ſe vera di-
cere, ut & vos credatis. Hæc autem facta 36
ſunt ut impleretur Scriptura, dicens; Os
non comminuetur in eo. Et rurſùs alia 37
Scriptura quæ dicit, Reſpicient in eum
quem perfoderunt.

Verſio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

Rurſùs itaque veſtimenta ejus 24
ſortiti ſunt, & diviſerunt: ſic
impleta eſt Scriptura illa; Ve-
ſtimenta mea diviſerunt, & in
amictum meum ſortem projecerunt.
Et ad crucem Jeſu, mater ejus, 25
& ſoror matris ejus, & Maria
Cleophæ, & Maria Magdalene
ſtantes erant. Jeſus matrem ſu- 26
am, & illum diſcipulum, quem
diligebat, ſtantes vidit: matri
itaque ſuæ dixit; Mulier, ecce
filius tuus. Et illi diſcipuli di- 27
xit; Ecce mater tua. Et ex ea
hora diſcipulus ille Mariam ad
ſe aſſumpſit. Et poſteà ſciens Je- 28
ſus, quòd omnia conſummata eſ-
ſent, ut Scriptura impleretur,
dixit; Sitio. Unus itaque ex 29
eis ſpongiam aceto implevit, &
ſummæ arundini infixit, & ori
ejus admovit. Cúmque Jeſus 30
acetum accepiſſet, dixit; Ecce
conſummatum eſt: & caput de-
miſit, & ſpiritum reddidit. Cùm 31
autem feria ſexta eſſet, Judæi
dixerunt; Licitum non eſt ut
mortui in cruce maneant: pro-
ptereà quòd nox Sabbathi iniret,
& ille dies magnus eſſet. A
Pilato igitur petierunt ut crura eo-
rum frangerent, & eos detraherent.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

24 Dixerunt ergò ad invicèm; Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit. Ut Scriptura impleretur, dicens; Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam
25 miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem juxta crucem
26 Jesu mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleophæ. & Maria Magdalene. Cùm vidisset ergò Jesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ;
27 Mulier, ecce filius tuus. Deindè dicit discipulo; Ecce mater tua. Et ex illa hora
28 accepit eam discipulus in sua. Posteà sciens Jesus quia omnia consummata sunt,
29 ut consummaretur Scriptura, dixit; Sitio. Vas ergò erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.
30 Cùm ergò accepisset Jesus acetum, dixit; Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judæi ergò, (quoniam parasceue erat) ut non remanerent in 31
cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergò milites: & 32
primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Je- 33
sum autem cùm venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura: Sed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis & 34
aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. 35
Et ille scit quia vera dicit: ut & vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut Scri- 36
ptura impleretur; Os non comminuetis ex eo. Et iterùm alia Scriptura dicit; 37
Videbunt in quem transfixerunt.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

24 * فقال بعضهم لبعض لا نشقه لكنا نقترع عليه لمن يصير * ليكمل الكتاب الذي قال اقسموا ثيابي بينهم
25 وعلى لباسي اقترعوا * هذا فعلة الشرط * وكن واقفات عند صليب يسوع امه * واخت امه
26 مريم ابنه اكلاوبا * ومريم المجدلية * فنظر يسوع الى امه والتلميذ الواقف الذي يحبه فقال
27 لامه يا امراة هذا ابنك * وقال للتلميذ هذه امك * وفي تلك الساعة اخذها ذلك التلميذ
28 الى بيته * * الفصل الثاني والاربعون * * وبعد هذا راى يسوع ان كل شي قد كمل
29 لمذ حتى * فلكي يتم المكتوب قال انا عطشان * وكان هناك اناء موضوعا مملوا خلا فملوا
30 اسفنجة من الخل ورفعوها على قصبة وادنوها من فمه * فلما ذاق يسوع الخل قال قد تم *
31 واما راسه واسلم الروح * ولانه يوم الجمعة فليلا تقيم الاجساد على الصليب في السبت
ولان يوم السبت ذاك كان عظيما سال اليهود فيلاطس ان يكسروا ساقات اولئك ويرفعوهم *
32 * فجاء الجند فكسروا ساقي الاول والاخر للذين صلبا معه * فلما اتوا الى يسوع وجدوه قد
33 مات فلم يكسروا ساقيه * لكن واحدا من الجند طعن جنبه بحربة فللوقت خرج منه
34 ماء ودم * ومن عاين شهد وشهادته حق هي * وهو عالم انه قال الحق لتومنوا انتم ايضا *
35 * لان هذا كان ليتم المكتوب انه لا يكسر له عظم * وايضا الكتاب الاخر الذي
36 37 قال سينظروا الى من طعنوا *

Dixit ergò alter eorum ad alterum; Ne scindamus eam, sed sortiamur super eam cujusnam fiat. Ut impleretur scriptura, quæ dixit; Diviserunt vestimenta mea inter se, & super vestem meam sortiti sunt. Hoc fecerunt ministri. Erant autem stantes apud crucem Jesu, mater ejus, & soror matris ejus Maria filia Cleophæ, & Maria Magdalene. Respexitque Jesus in matrem suam, & discipulum illum stantem quem diligebat, & dixit matri suæ; O mulier, hic est filius tuus. Et dixit discipulo; Hæc est mater tua: & in illa hora accepit eam ille discipulus in domum suam.

Sectio quadragesima secunda.

Et post hoc vidit Jesus omnia jam consummata esse ab aliquanto tempore, ut adimpleretur Scriptura, dixit; Sum sitibundus. Erat autem ibi vas positum, plenum aceto; quare impleverunt spongiam aceto, & extulerunt eam super arundinem, & admoverunt eam ori ejus. Quumque gustâsset Jesus acetum, dixit; Jam consummatum est. Et inclinavit caput suum, & tradidit spiritum. Et quoniam dies erat parasceues, ut ne remanerent corpora super cruce sabbatho; & quoniam dies ille sabbathi erat maximus: rogaverunt Judæi Pilatum ut frangerent crura illorum & deponerent eos. Venerunt ergò milites, & fregerunt crura primi, & alterius eorum qui crucifixi fuerant cum eo. Et quum devenissent ad Jesum, repererunt eum jam mortuum esse: quapropter non fregerunt crura ejus. Sed unus ex militibus pupugit latus ejus lancea: & continuò exivit ex eo aqua & sanguis. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & testimonium ejus verum est. Et ipse novit se dixisse veritatem, ut credatis vos etiam. 36 Nam hoc factum est ut impleretur Scriptura; Non frangetur ei os. 37 Ac etiam Scriptura alia, quæ dixit; Videbunt quem pupugerunt.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

24 ወይቤሉ: ሊንግመድ : ወሊንሰጥጥ: ንትፈሰሰ : ለዘ: ረከቦ : ይር ከቦ: ከሙ: ይብጸሕ:
ዘጽሑፍ:ዘይቤ:ተካፈሉ:ለልባሲየ: ለርእሶሙ: ወተዓፀዉ:ደቡ: ለልባሲየ:ወከመዝ:
25 ገብረ: ሓራ::=: ወይቀውሚ: ኀቡ: ሞሰቀሉ: ለእግዚእ: ሊየሱስ: እሙ: ወእኅታ:
26 ለእሙ: ወማርያ: እንተ: ቀለዮጳ : ወማርያመ : መግዳሊቲ:=: ወሶበ : ርእዮሙ:
እግዚእ: ሊየሱስ: ለእሙ: ወለረድሉ: ዘያፈቅር: ይቀውሙ: ወይቤላ: ለእሙ: ብእሲ
27 ቶ:ኔሃ: ወልድኪ:=: ወይቤሎ:ለረድሉ:ኔ: ነዮ:እመከ:ወእመይእቲ:ሰዓት:ነሠአ:
28 ወእቱ: ረድእ: ወለተዋ: ቤቶሙ::=: ወእመዝ : ርሊዮ: እግዚእ: ሊየሱስ: ከሙ:
29 ተፈጸመ: ኵሉ: ከሙ: ይብጸሕ: ዘጽሑፍ: ይቤ: ጸማእኩ::=: ወቦቱ: ህየ: ግመዴ:
ብሒለ: ሙሉእ: ወመልኡ: ሰፍነገ: ብሒለ: ወቀጽዐ: ሁስጹ:ወለሰሩ: ደቡ:ሕልት:
30 ወለዕረጉ : ወእስተርከቡ : ወለጸሩ : ወሰተ : ለፈሁ::=: ወሠሪቦ : እግዚእ :
31 ሊየሱስ:ብሒለ:ይቤ:ተፈጸመ:ወእጽነነ:ርእሶ: ወይፅለት:መንፈሱ:ሰቤሃ::=: ወእ
ይሁድሰ: እስሙ: ለርብ: ወእቱ: ይቤሉ: እለንቱ: ለሠግዋት: ሊይቢቱ:ደቡ:ሙሰቅሊ
ሆሙ: በእንተ: ሰንበት:: እስሙ: ዓቢይ: ዕለታ: ለይእቲ: ሰንበት:ሰለልዎ: ለጲላጦስ:
32 ከሙ:ያውርዶ:ለብድንቲሆሙ: ስቢሮሙ: ቍያጺሆሙ:=: ወሖሩ: ሓራ:ወለቀደማ
33 ዊ:ሰበር ዎ:ቍያጾ:ወለካልኡኔ: ዘተሰቅለ: መስሌሁ::=: ወሶበ: ሖሩ:ኀቡ:እግዚእ:
34 ሊየሱስ:ወርእይዎ:ከሙ:ሰለጠ:ሞዊተ: ሞተ: ወሊሰበሩ:ቍኦ:=: ለላ: ለሐዱ: እ
35 ሙሓሩ:ረገዘ: ገቡሁ: ዘየመን: በሕሩናት:ወሶቤሃ: ወፅለ:ደሙ:ወማይ:=: ወዘርእየ:
ስመዐ: ኮነ : ወጽድቅ : ውእቱ: ስሙዑ : ወውእቱ : የላሙር: ከሙ: ጽድቀ: ይእግር:
36 ከሙ:ለእትውሂ:ትእመኑ::=: ወዘኔ:ዘኮነ:ከሙ: ይብጸሕ: ቃለ: መጽሐፍ: ዘይቤ:
37 ዓጽሞ: ሊትስብሩ : እመኔሁ::=: ወካዕበ : ካልእኔ: ይብል : መጽሐፍ: ሃለወሙ:
ይርእይዎ : ለዘ : ወግእዎ::=:

Et dixerunt, Ne scindamus neque laceremus: sortiamur: *is* cui inciderit, obtineat 24
eam: ut impleretur Scriptura dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & sortiti
sunt super vestem meam: & sic fecerunt milites. Et stabant apud crucem Do- 25
mini Jesu, mater ejus, & soror matris ejus, & Maria quæ Calaopa, & Maria Magda-
lene. Et quum vidisset Dominus Jesus matrem ejus, & discipulum ejus quem 26
diligebat, stantem, & dixit matri suæ; Mulier, ecce filius tuus. Et dixit discipu- 27
lo suo; Ecce mater tua: & ab ista hora recepit eam ille discipulus, & adduxit
eam in domum eorum. Et videns Dominus Jesus, quòd consummatum fuit totum; 28
ut perficeretur quod scriptum fuit, dixit; Sitivi. Et fuit ibi vas aceto plenum, & 29
impleverunt spongiam aceto, & circumpositâ fuit hyssopo, & ligârunt *eam* super
arundinem: & levaverunt, & obtulerunt, & importârunt in os ejus. Et 30
quum gustavisset Dominus Jesus acetum, dixit; Consummatum est: & inclinavit
caput suum, & exivit spiritus ejus statim. Et Judæi, quia parasceue erat, dixe- 31
runt, Hæc corpora non manebunt super cruces eorum ratione sabbati: quia
magnus dies *erat* illius sabbati, interrogârunt Pilatum, ut demitterent corpora
eorum, frangentes crura eorum. Et venerunt milites, & prioris fregerunt crura, 32
& alterius qui suspensus fuit cum eo. Et venerunt ad Dominum Jesum, & vi- 33
derunt quòd plenè mortuus erat, & non fregerunt crura ejus. Sed unus mili- 34
tum fodit latus ejus dexterum cum lancea, & statim exivit sanguis & aqua. Et
qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus, & ille scit quòd 35
veritatem dicit, ut vos credatis. Et hoc factum fuit, ut impleretur sermo Scri- 36
pturæ dicentis; Os non confringetur ex eo. Et iterum alia dicit Scriptura, 37
Oportet eos ut videant eum quem transfixerunt.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA.*

32 * سرهنكان آمدند * و ساق اولين را شكستند * و ازان ان ديگر كه با وي اويخته بود *
33 34 * چون پيش عيسي رسيدند * ديدند كه پيشتر مرده بود * ساق او نشكستند * ليكن
35 يكي از سرهنكان † بزوبين زير بغل عيسي زد * خون و اب روان شد * و انكه ديد گواهي
† داد * وگواهي او راستست * و او مي داند كه راست گفت * تا شما نيز ايمان † بياوريد
36 * بدينها كه شدند * تا كتاب تمام شود نبوت كه گفت درو استخوان
37 شكسته نشود * * و باز ان كتاب ديگر كه گفت بنگريد بدانكه طعنه زد

Satellites ergo *venerunt, & crura* 32
primi fregerunt, & alterius illius
qui cum eo suspensus erat. Cùm au- 33
tem ad Jesum venissent, viderunt
quòd priùs mortuus esset, crus ejus
igitur *non fregerunt. Sed unus ex* 34
satellitibus hastâ sub axilla Jesu
percussit, unde *sanguis & aqua*
emanavit. Et is qui vidit testimo- 35
nium dedit, & testimonium ejus ve-
rum est: & ille scit quòd verum di-
cit, ut vos etiam fidem habeatis
His quæ facta sunt, ut Scriptura 36
impleatur: Prophetia.
Quæ dicit; In eo os non frange- 37
tur. Et rursus illa Scriptura alia
quæ dicit; Intuebimini in eum quem
confodit.

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. ΙΗ'.

Post autè hæc rogavit Pilatum Joseph ille ab Arimathæa, (qui existēs discipulus
38 Μετὰ ταῦτα ἠρώτησε τὸν Πιλάτον ὁ (α) Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας, (ὢν μαθητὴς
Jesu, occultus autem propter metum Judæorum,) ut tolleret corpus
τοῦ Ἰησοῦ, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων,) ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ
Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergò & tulit corpus Jesu. Ve-
39 (β) Ἰησοῦ. καὶ ἐπέτρεψεν ὁ Πιλάτος. ἦλθεν οὖν καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Ἦλ-
nit autem & Nicodemus (ille veniens ad Jesum nocte primùm,) ferens mixtu-
θε δὲ καὶ Νικόδημος (ὁ ἐλθὼν (γ) πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς τὸ πρῶτον,) φέρων μίγ-
ram myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergò corpus Jesu, &
40 μα σμύρνης καὶ ἀλόης, ὡσεὶ λίτρας ἑκατόν. Ἔλαβον οὖν τὸ (δ) σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ
ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis se-
ἔδησαν αὐτὸ (ε) ὀθονίοις μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐν-
pelire. Erat autè in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monu-
41 ταφιάζειν. Ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἐσταυρώθη, κῆπος, καὶ ἐν τῷ κήπῳ μνημεῖ-
mentū novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergò propter Parasceuen
42 ον καινὸν, ἐν ᾧ οὐδέπω οὐδεὶς ἐτέθη. Ἐκεῖ οὖν διὰ τὴν παρασκευὴν
Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.
τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐγγὺς ἦν τὸ μνημεῖον, ἔθηκαν τὸν Ἰησοῦν.

ΙΗ' σι ε σς α σζ ι ση α

ergò, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulū, quem diligebat Jesus, &
ἦν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, καὶ
dicit illis; Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.
λέγει αὐτοῖς, Ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἴδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.
Exiit ergò Petrus, & alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Curre-
Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον. Ἔτρε- 3
bant autem duo simul, & alius discipulus præcucurrit citiùs Petro: & venit 4
χον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ, (β) καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου, καὶ ἦλθε
primus ad monumentum. Et inclinatus vidit posita linteamina: non tamen
πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον. Καὶ παρακύψας βλέπει (γ) κείμενα τὰ ὀθόνια· ὐ μέντοι 5
introivit. Venit ergò Simon Petrus sequens eum, & introivit in monu-
εἰσῆλθεν. Ἔρχεται οὖν Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖ- 6
mentum: & conspicit linteamina posita, Et sudarium, quod fuerat super caput
ον· καὶ θεωρεῖ τὰ ὀθόνια κείμενα, Καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς 7
ejus, non cum linteaminibus positum, sed seorsùm involutum in unum locum.
αὐτοῦ, ὐ μετὰ τῶν ὀθονίων κείμενον, ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον.
Tunc ergò introivit & ille alius discipulus veniens primus ad monumentum: & vi-
Τότε οὖν εἰσῆλθε καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον· καὶ εἶ- 8
dit, & credidit. Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportet eum ex mortuis re-
δε, καὶ ἐπίστευσεν. Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀ- 9
surgere. Abierunt ergò iterùm ad semetipsos discipuli. Maria autem stabat ad
ναστῆναι. Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί. Μαρία δὲ εἱστήκει (δ) πρὸς 10
monumentum plorans foris. Dum ergò fleret, inclinavit se in monumentum:
τὸ μνημεῖον κλαίουσα ἔξω. ὡς οὖν ἔκλαιε, παέκυψεν εἰς τὸ μνημεῖον· 11

MS. A. (α) Ἰωσὴφ ἀπὸ (β) Ἰησοῦ. ** ἦλθεν δὲ καὶ (γ) πρὸς αὐτὸν νυκτὸς (δ) σῶμα τοῦ Θεοῦ, (ε) ἐν ὀθονίοις Κεφ. κ'. MS. A. (α) Μαριὰμ (β) ὁ δὲ ἄλλος (γ) τὰ ὀθόνια κεί-
μενα· οὐ (δ) πρὸς τῷ μνημείῳ κλαίουσα. ὡς

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

38 ... ...

Versio VULGATA LATINA.

38 Post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa, (eò quòd esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pi-
39 latus. Venit ergò, & tulit corpus Jesu. Venit autè & Nicodemus, qui venerat ad Je-
40 sum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Accepe-
runt ergò corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Ju-
41 dæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumen-
42 tum novum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergò propter Parasceuen Judæorum, quia juxtà erat monumentum, posuerunt Jesum.

CAP. XX.

1 UNâ autem sabbati, Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad
2 monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergò, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Jesus, & dicit illis; Tulerunt Dñm de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergò Petrus, & 3
ille alius discipulus, & venerunt ad monumentũ. Currebant autem duo simul, & ille 4
alius discipul' præcucurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentũ. Et cùm se 5
inclinâsset, vidit posita linteamina, non tamen introivit. Venit ergò Simon Petrus 6
sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina posita, Et sudarium, 7
quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involu-
tum in unum locum. Tunc ergò introivit & ille discipulus, qui venerat primus ad 8
monumentum: & vidit, & credidit: Nondum enim sciebant Scripturam, quia 9
oportebat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergò iterùm discipuli ad semetipsos. 10
Maria autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergò fleret, inclinavit 11
se, & prospexit in monumentum.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

38 *Tum post hæc rogavit Joseph, qui erat à Rama, Pilatum ut tolleret corpus Jesu: quandoquidẽ erat discipul' Jesu, at dissimulabat id ob metũ Judæorũ. Præcepitq; Pilatus ut concederetur ei. Venit ergò, & tulit corp' Jesu. Et venit Nicodemus etiam, qui venerat ad Jesũ noctu antea, secumq; tulit mixturã myrrhæ & aloës, quasi centũ libras. Acceperunt ergò ambo corpus Jesu, & involverunt illud fasciis lineis & aromate, sicut mos est Judæorũ funerandi. Erat autè in loco quo crucifixus fuit, hortus, & in horto monumentũ novũ, in quo non fuerat quisquã positus. Et posuerunt Jesũ in eo, quia monumentũ erat proximũ ipsis, & quoniã erat parasceue Judæorum.*

Sectio quadragesima tertia.

CAP. XX

ET in una sabbathorum venit Maria Magdalene diluculò ad monumentum, dum essent tenebræ adhuc: & vidit lapidem jam revolutũ ab ostio monumenti. Progredivit ergò, & venit ad Simonem Petrũ & ad discipulũ alium quem Jesus diligebat, dixitq; illis, Jam tulerunt Dominum de monumento, & nescio ubi posuerunt eũ: Exiit igitur Petrus & discipulus alius, & venerunt ad monumentum. Currebantque ambo simul: at præcessit discipulus alius Cepham, & venit prior ad monumentum festinus. Et prospexit ac vidit fascias positas, & non ausus est introire. Venit autem Simon Petra quoque sequens illum, & introivit in monumentum, & vidit fascias positas. Et sudarium quod erat super caput ejus, non cum fasciis, sed involutum sepositum in varie distincta. Et tunc introivit discipulus alius qui venerat inprimis ad monumentum: & vidit, atque credidit: Neuter enim illorum noverat quod habetur *in Scripturis, quòd* scilicet *ipse surrecturus esset à mortuis: Reversique sunt ambo discipuli ad locum suum. Maria autem mansit apud monumentũ plorans. Et dum ipsa ploraret, prospexit ad monumentum.*

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

38 በእንተ:ስእለተ:ሠጋሁ:ለእግዚእነ::=፦ ወእምዝ: ሰአለ: ለጲላጦስ:ዮሴ
ፍ : ዘእመአርማቲያስ : ወዝቱኒ: ረድኡ: ዘያፈቅሮ: እግዚእ: ሊያሱስ: ዘበኀቡእ:
ዘበእንተ: ፍርሀቶሙ:ለአይሁድ:ከመ: ይንሣእ:በድኖ::ለእግዚእ:ሊያሱስ:: ወለብሶ:
39 ጲላጦስ:ወሖረ:ወነሠአ:በድኖ::=፦ ወመጺሖ:ኒቆዲሞስኒ:ዘሖረ:ኀቤሁ:ለእግዚእ:
ሊያሱስ:ቀዲሙ:ለሊተ:ወአምጽአ:በዘቦቱ:ደቅብዕዎ:ሓውሠ:ዝር ቤ: ወዓልወ:መአ
40 ተ:ልጥረ::=፦ ወነሥኡ:በድኖ:ለእግዚእ:ሊያሱስ: ወገነዝዎ: በመዋጥሕ: ዘሰንደና
41 ት:መስለ:ለፈው:በሕገ:አይሁድ:ከመ:ይገንዙ:ወይቅብዑ::=፦ ወቦቱ:ሠዖ:ገነት:
ወስቶ:ወኀቱ: መካን:ኀበ:ሰቀልዎ: ወወስተ:ወኀቱ:ገነት:ዝሓር :ሓዲስ:ዘለልቦ:ዘ
42 ተቀብረ:ወስቴቱ::=፦ ወቀበርዎ: ህየ:ለእግዚእ: ሊየሱስ:እስመ:ተፈጸሚተ: ዓርቦ
ሙ : ወኀቱ : ለአይሁድ : ወቅሩብ : መቃብር ::=ፁ

1 ፕ ወበእሑድ:ሰንበት:መጽለት:ማርያመ:መግደላዊት:በጽባሕ:ኀበ:መቃብር:እንዘ:ዐ
2 ደሁ:ጽልመት:ወረከበት:እብነ:እቱተ:እመ ወስተ:ለፈ:መቃብር ::=፦ ወሮጸት:ወበጽ
ሖት: ኀበ: ስምዖን:ጴጥሮስ: ወኀበ:ካልኡ:ረድኡ:ዘያፈቅሮ:እግዚእ:ሊያሱስ:ወትቤ
3 ሎሙ:ነሥእዎ:ለእግዚእነ:እመ ወስተ:መቃብር: ወኢያእመርነ: ኀበ:ወደዎ::=፦ ወ
4 ወፀኡ:ወሖሩ:ጴጥሮስ: ወካልኡ:ረድኡ:ኀበ:መቃብር::=፦ ወእንዘ:ይደመጹ:ክልኤ
5 ሆሙ:ሩጹረ:በደር:ለጴጥሮስ:ዝሎ:ካልኡ:ረድኡ:በጺሖ:ኀበ:መቃብር::=፦ ወሰበ:
6 ኀወጸ:ወርእየ:መዋጥሕ::ነቡረ:ወሰዶመ:ወኢቦአ:ባሕቱ::=፦ ወተለወ:ስምዖን:ጴጥ
7 ሮስ: ወበጽሐ:ወቦአ:ወስተ:መቃብር:ወረከበ:መዋጥሕ:ነቡረ:ለሐደ:ገጸ::=፦ ወሰበነ
8 ሂ:ዘወስተ:ርእሱ:ባሕቲቱ:ጥብሉሰ:ወለኮ:መሰለ:መዋጥሕ::=፦ ወእምዝ:ቦአ:ዝ
9 ኩ:ኀደ:ረድኡ:ዘበደር:በጺሖ:ኀበ: መቃብር : ወርእየ: ወለመነ::=፦ እስመ:ዲያ:ኢያለ
10 መረ:መጸሕፍተ:ከመ:ሀለወ:ይትነሣእ:እመነ:መውታን::=፦ ወእምዝ:ሖሩ:ወለ
11 ተዉ: እርደኢሁ::=፦ ወጣርያሰ : ቆመት: ኀበ: መቃብር: ለቈለ: ወትክኪ: ወእንዘ:
ትበኪ : ኀወጸት : ወስተ : መቃብር::=ፁ

De petendo corpus Domini nostri. Et tunc rogavit Pilatum Joseph Ari- 38
mathæensis, (& hic fuit discipulus quĩ diligebat Dominum Jesum, occultè, propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Domini Jesu, & permisit eum Pilatus: & venit, & sustulit corpus ejus. Et venit Nicodemus qui venerat ad Dominum 39
Jesum primò nocte, & attulit quâ condiret eum, mixturam myrrhæ & aloës, centum libras. Et acceperunt corpus Domini Jesu, & involverunt illud in fascia 40
lintea cum aromatibus, secundùm morem Judæorum, sicut involvunt & condiunt. Et fuit ibi hortus, in isto loco ubi suspenderunt eum, & in isto horto monumen- 41
tum novum, in quo nemo sepultus fuerat. Et sepeliverunt ibi Dominum Jesum, 42
quia finis parasceues fuit Judæorum, & propè fuit sepulchrum.

CAP. XX.

ET in primo Sabbati venit Maria Magdalene manè ad sepulchrum, quum ad- 1
huc tenebræ essent; & invenit lapidem ablatum ab ore sepulchri. Et cucurrit, 2
& venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum quem amabat Dominus Jesus, & dixit iis; Sustulerunt Dominum nostrum à sepulchro, & nescio ubi projecerunt eum. Et exierunt & venerunt Petrus & alius discipulus ejus ad sepul- 3
chrum. Et currentibus ambobus simul, præcucurrit Petro ille alter discipulus 4
ejus, veniendo ad sepulchrum. Et tunc introspexit, & vidit fasciam manentem, 5
& positam: non introivit tamen. Et sequutus est eum Simon Petrus, & venit, & 6
intravit in sepulchrum, & invenit fasciam manentem ex uno latere: Et sudari- 7
um quod *fuerat* super caput ejus seorsum involutum, & non cum fascia. Et tunc 8
intravit ille discipulus qui præcucurrit ei veniendo ad sepulchrum, & vidit, & credidit. Quia adhuc non noverant Scripturas, *viz.* quòd resurrecturus erat à 9
mortuis. Et tunc iverunt, & venerunt discipuli ejus. Et Maria stetit ad sepul- 10
chrum foris, & flebat: & flens prospexit in sepulchrum. 11

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA.*

دوست مي داشت * و بديشان گفت * كه خداوند ماوا از گور ستدند * و نمي دانم كجا † بردند *

3 4 * شمعون و آن شاگرد ديگر بدر آمدند * و مي دويدند * و شاگرد † زودتر از شمعون بگور
5 6 رسيد * * ديد كفنها جدا نهاده * دراندرون[نه] رفت * شمعون در دنبال او آمد[و بگور درامد] و ديد
7 8 كفن [نهاده] * و دولبند بجيك * وجدا نهاده * * اول شاگرد بگور رفت * ديد و ايمان آورد *
9 10 * و هنوز كتابها نمي دانستند كه ازميان مردگان برخيزد * و باز شاگردان بجاي خود رفتند *
11 * و مريم پيش گور ايستاده بود مي گريست * بگور نگه كرد *

diligebat, & illis dixit; Dominum quidem nostrum è sepulchro sumpserunt, & nescio quo tulerunt. Simeon itaque & ille discipulus alius exiverunt, Et currebant: discipulus autem ille *prior Simeone ad sepulchrũ accessit.* Vbi *vidit involucra seorsim posita, sed non ingressus est.* Protinus *Simeon à tergo ejus venit, & in sepulchrum ingressus est, & vidit involucrum positum; Strophiolũ autem involutum & seorsum positum.* Tunc *prior discipulus in sepulchrũ ingressus vidit, & fidem habuit. Adhuc enim Scripturas non noverant, quòd de mortuis surrecturus erat. Rursus itaq; discipuli ad locũ suũ abierunt. Maria autem ad sepulchrum stabat, & flebat: & in sepulchrũ intuita*

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ.

12 Καὶ θεωρεῖ δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, καθεζομένους, ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ, καὶ
unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu. Et di-
13 ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ λέγουσιν
cunt ei illi; Mulier, quid ploras? Dicit eis; Quia tulerunt Domi-
σιν αὐτῇ ἐκεῖνοι, Γύναι, τί κλαίεις; λέγει αὐτοῖς, Ὅτι ἦραν τὸν Κύριον
num meum: & nescio ubi posuerunt eum. Et hæc locuta, conversa est in
14 μου· καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν (ε) αὐτόν. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἐστράφη εἰς
ea quæ dicit, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus est.
τὰ ὀπίσω, καὶ θεωρεῖ τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα· καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι (ζ) ὁ Ἰησοῦς ἐστι.
Dicit ei Jesus; Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia
15 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς; ἐκείνη δοκοῦσα ὅτι
hortulanus est, dicit ei; Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi e-
ὁ κηπουρός ἐστι, λέγει αὐτῷ, Κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι ποῦ (η) αὐ-
um posuisti, & ego eum tollam. Dicit ei Jesus; Maria. Conversa
16 τὸν ἔθηκας, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μαρία. Στραφεῖσα
illa dicit ei; Rabboni, (ὅ quod dicitur, Magister.) Dicit ei Je-
17 ἐκείνη λέγει αὐτῷ, Ῥαββουνί, (ὃ λέγεται, Διδάσκαλε.) Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰη-
sus; Ne me tange: (nondùm enim ascendi ad Patrem meum.) vade
σοῦς, Μή μου ἅπτου· (οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου.) (θ) πορεύ-
autem ad fratres meos, & dic eis; Ascendo ad Patrem
ου πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς, Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα

σιβ

Et vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, &
meum & Patrem vestrum, & Deum meum & Deum vestrum. Venit Maria Mag-
μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν. Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγ- 18
dalene annuntians discipulis; Quia vidit Dominum, & hæc
δαληνὴ (ι) ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς, Ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα
σιγ dixit ei. Existente ergò vespere die illo unâ Sabbatorum,
δ εἶπεν αὐτῇ. Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ (κ) τῶν Σαββάτων, 19
& foribus clausis, ubi erant discipuli congregati propter
καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ (λ) μαθηταὶ συνηγμένοι διὰ τὸν
metum Judæorum, venit Jesus, & stetit in medium, & dicit eis;
φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς,
Pax vobis. Et hoc dicens, ostendit eis manus & la-
Εἰρήνη ὑμῖν. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, (μ) ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευ- 20
σιδ tus suum. Gavisi sunt ergò discipuli videntes Dominum. Dixit ergò
ρὰν (ν) αὐτῶν. ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν Κύριον. Εἶπεν οὖν 21
eis Jesus iterum, Pax vobis: sicut misit me Pater, & ego
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς πάλιν, Εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ
σιε mitto vos. Et hoc dicens, insufflavit, & dicit eis; Accipite Spiri-
ζ πέμπω ὑμᾶς. Καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, Λάβετε Πνεῦ- 22
tum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:
μα ἅγιον· (ξ) Ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, (ο) ἀφίενται αὐτοῖς· (π) ἄν τι- 23
quorum retinueritis, retenta sunt.
νων κρατῆτε, κεκράτηνται.

MS.A. (ε) αὐτόν. Ταῦτα (ζ) Ἰησοῦς (η) ἔθηκας αὐτὸν, (θ) πορεύου πρὸς (ι) ἀγγέλλουσα (κ) Σαββάτων, (λ) μαθηταὶ διὰ τὸν (μ) ἔδειξεν καὶ τὰς (ν) αὐτοῦ. (ξ) Ἐὰν (ο) ἀφίωνται (π) ἐὰν

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 ... * ... ...

Versio VULGATA LATINA.

12 Et vidit duos angelos in albis, sedentes: unum ad caput, & unum ad pedes, ubi
13 positum fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi; Mulier, quid ploras? Dicit eis;
14 Quia tulerunt Dominum meum; & nescio ubi posuerunt eum. Hæc cùm dixis-
set, conversa est retrorsùm, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus
15 est. Dicit ei Jesus; Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia
hortulanus esset, dicit ei; Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti
16 eum; & ego eum tollam. Dicit ei Jesus; Maria. Conversa illa, dicit ei; Rabboni,
17 (quod dicitur, Magister.) Dicit ei Jesus; Noli me tangere, nondum enim ascen-
di ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis; Ascendo ad Pa-
trem meum, & Patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria 18
Magdalene annuntians discipulis; Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Cùm 19
ergò serò esset die illo, unâ sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant disci-
puli congregati propter metum Judæorum: venit Jesus, & stetit in medio, &
dixit eis; Pax vobis. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gavisi 20
sunt ergò discipuli, viso Domino. Dixit ergò eis iterùm; Pax vobis. Sicut 21
misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cùm dixisset, insufflavit: & dixit 22
eis; Accipite Spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur 23
eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

12 * فابصرت ملكين جالسين في لباس ابيض * واحد عند الراس واخر عند الرجلين حيث كان
13 جسد يسوع موضوعا * فقالا لها يا امراة ما بالك تبكين * فقالت لهما انهم حملوا سيدي ولا
14 اعلم اين تركوه * قالت هذا والتفتت الى ورائها فرات يسوع واقفا ولم تعلم انه يسوع * فقال
15 لها يسوع يا مراة لماذا تبكين ولمن تطلبين فظنت هي انه حارس البستان * فقالت له يا سيد
16 ان كنت حملته فاعلمني اين تركته وانا احذه * فقال لها يسوع يا مريم * فالتفتت هي وقالت
17 له بالعبرانية ربي الذي هو يا معلم * قال لها يسوع لا تلمسني لاني لم اصعد بعد الى ابي * اما
اصعد الى اخوتي وقولي لهم اني صاعد الى ابي الذي هو ابوكم والهي الذي هو الهكم *
18 * فجاءت مريم المجدلية فاعلمت التلاميذ انها قد رات الرب وانه قال لها هذا *

* الفصل الرابع والاربعون *

19 * فلما كان عشية ذلك اليوم الذي هو احد السبوت والابواب معلقة حيث كان التلاميذ
20 مجتمعين من اجل خوف اليهود * جاء يسوع ووقف في وسطهم وقال لهم السلام لكم * فلما قال
21 هذا اراهم يديه وجنبه * ففرح التلاميذ لما راوا الرب * فقال لهم ايضا يسوع السلام لكم * كما
22 ارسلني ابي كذلك انا ايضا ارسلكم * فلما قال هذا نفخ في وجوههم وقال لهم اقبلوا روح
23 القدس * من غفرتم له خطاياه غفرت ومن امسكتموها عليه مسكت *

Et vidit duos angelos sedentes in vesti- 12
tu albo, unum ad caput & alterum ad
pedes, ubi fuerat corpus Jesu positum.
Et dixerunt ei; Mulier, cur ploras? 13
Ait illis; Quia tulerunt Dominum me-
um, & nescio ubi posuerunt eum.
Dixit hoc, & conversa est retro se, vi- 14
ditque Jesum stantem; nec sciebat quòd
esset Jesus. Ait illi Jesus; O mulier, 15
cur ploras? & quem quæris? Existima-
vit utem ipsa quòd esset custos horti,
& dixit ei; Domine, si abstulisti eum,
indica mihi ubi posuisti eum, & ego
accipiam illum. Dixit ei Jesus; O Ma- 16
ria. Et conversa est ipsa, dixitque ei
Hebraicè; Rabi, quod est, O præceptor.
Ait illi Jesus; Ne me tangas, quia non 17
ascendi adhuc ad Patrem meum: vade
ad fratres meos, & dic eis, quòd ascen-
surus sum ad Patrem meum qui est Pa-
ter vester, & Deum meum, qui est De-
us vester. Itaque venit Maria Ma- 18
gdalene, & notum fecit discipulis se
jam vidisse Dominum, eumque dixisse
sibi talia.

Sectio quadragesima quarta.

Cùm verò esset serò illius diei, qui erat 19
una sabbathorum, & fores clausæ, ubi
erant discipuli congregati propter me-
tum Judæorum, venit Jesus, & stetit
in medio eorum, & dixit eis; Pax vo-
bis. Et quum dixisset hoc, ostendit eis 20
manus suas & latus suum. Gavisi sunt
ergò discipuli, quando viderunt Domi-
num. Et ait illis iterum Jesus; Pax 21
vobis: sicut misit me Pater meus, ita
ego etiam mitto vos. Et cùm dixisset 22
hoc, insufflavit in facies eorum, & di-
xit eis; Accipite Spiritum sanctum.
Cui remiseritis peccata, remissa sunt: 23
& in quem retinueritis ea, retenta sunt.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

12 ወርእየት: ክልኤተ : መለእክተ : ብሩሃን : በጸዐድው : ለልበስ : ወይነብሩ: ለሐዱ:
13 ትርላሰ : ወላሐዱ : ትርጋፀ : ኀበ : ነበረ : በድኑ: ለእግዚእ: ሊየሱስ::=፨ ወይቤል
ዋ: እውንቱ: ምንተ: ትበኪዩ: ብእሲቶ: ወምን: ቶኀሠሢ : ወትቤሎው: እስመ: ነሥ
14 እመ : ላእግዚእየ: ወሊያለመር : ኀበ : ወሰድዎ::=፨ ወዘንተ : ብሂላ: ተመይጠት:
ድኅሪሃ: ወርእየቶ : ለእግዚእ : ሊየሱስ : እንዘ : ይቀውም : ወሊያእመረት : ከመ:
15 እግዚእ: ሊየሱስ: ውእቱ::=፨ ወይቤለ : እግዚእ : ሊየሱስ: ብእሲቶ: ምንተ: ያበ
ኪየኪ : ወምንተ : ተኀሠሢ:: ወመሰላ : ሳቲሰ : ዓቃቤ : ገነት : ውእቱ : ወትቤሎ :
እግዚእየ : እመኑ : ለንተ : ነዛእኮ: ለእግዚእየ : ንግረኒ: ኀበ : ወሰድኮ: ወለነ: እነ
16 ለዐለ: ኀቤየ::=፨ ወይቤላ : እግዚእ : ሊየሱስ : ማርያ : ወተመይጠት : ወትቤሎ:
17 በነገረ : ዕብራይስጥ : ረቦኒ : ዘሊቅ : ብሂል : ውእቱ::=፨ ወይቤላ : እግዚእ : ሊየ
ሱስ : ሊትዕቅፍኒ : እስመ : ዓዲ : ሊዐርጉ : ኀበ : ለቡየ : ወሖሪ : ባሕቱ : ኀበ :
እኃዊየ : ወበልዮው : ለዓርግ : ኀበ : ላቡየ : ወለቡኑው : ወለመላኪየ : ወለመ
18 ላክከው::=፨ ወሖረት : ማርያ : መግደለዊት : ወትቤሎው : ለለርዳሊሁ : ርሊክ
19 ወ : ለእግዚእነ : ወዘነወት : ዘንተ : ክመ: ይቤላ::=፨ ወመሲዮ : ይእተ : ዕለተ :
በእሑድ: ሰንበት : ወእንዘ : ዕጹው: ኖሳት: ኀበ : ሀለዉ : ላርዳሊሁ : ጉቡአነ : በ
እንተ: ቍርሀቶው: ለሊይሁድ:: ወመጽአ: ላግዚእ : ሊየሱስ : ወቆመ: ማእከሎው:
20 ወይቤሎው: ሰላመ: ለክሙ::=፨ ወዘንተ: ብሂሎ : ለርዳዮው: እደዊሁ: ወገቦሁ :
21 ወተፈሠሑ: ለርዳሊሁ: ሶበ: ርእይዎ: ለእግዚእነ::=፨ ወይቤሎው: ካዕበ: እግዚ
22 እነ:ሰላመ: ለክሙ: በከመ: ፈነወኒ: ላብ: እነሂ: ከማሁ:እፈንወክሙ::=፨ ወዘንተ:
23 ብሂሎ:ነፍሓ:ላዕሌሆው: ወይቤሎው: ንለሑ: መንፈሰ: ቅዱስ::=፨ ወለእለ:ኀደግ
ሙ:ኀጢአት:ይትኀደግ:ሎሙ::ወለእለ:ኢኀደግሙ:ሊይትኀደግ:ሎሙ::=ፁ

Et vidit duos angelos splendidos in candidis vestimentis, & sedebant, unus ad 12
caput, & unus ad pedes, ubi manserat corpus Domini Jesu. Et dixerunt ei illi, 13
Quid fles mulier? & quem quæris? & dixit iis, Quia sustulerunt Dominum me-
um, & nescio quò adduxerunt eum. Et hoc quum dixisset, conversa est retror- 14
sum, & vidit Dominum Jesum stantem, & nescivit quòd Dominus Jesus fuit.
Et dixit ei Dominus Jesus; Mulier, quid fles igitur? & quem quæris? & vide- 15
batur ei *quasi* hortulanus fuisset: & dixit ei; Domine mi, si tu sustulisti Dominum
meum, dic mihi quò attulisti eum? & ego accipiam eum ad me. Et dixit ei 16
Dominus Jesus, Maria: & conversa est, & dixit illi in lingua Hebraica; Raboni,
quod Magister dicendum est. Et dixit ei Dominus Jesus, Ne tangas me, quia 17
adhuc non ascendi ad Patrem meum: sed proficiscere ad fratres meos, & dic
iis; Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, & Deum meum, & Deum
vestrum. Et venit Maria Magdalene, & dixit discipulis ejus; Vidi Dominum 18
nostrum: & nuntiavit hoc quod dixerat ei. Et vesperâ hujus diei primo sabba- 19
ti, & quum clausæ essent fores, ubi fuerant discipuli ejus coacti, propter me-
tum Judæorum, tunc venit Dominus Jesus, & stetit medio illorum, & dixit iis; Pax
vobis. Et hoc quum dixisset, ostendit iis manus ejus & latus ejus: & gavisi 20
sunt discipuli ejus, quando viderant Dominum nostrum. Et dixit iis iterum 21
Dominus noster, Pax vobis: sicut misit me Pater, ego etiam ita mitto vos. Et 22
quum hoc dixisset, flavit super eos, & dixit iis; Accipite Spiritum sanctum. Et 23
quibus remiseritis peccatum, remittetur iis: & quibus non remiseritis, non
remittetur iis.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA.*

چهل يك پيدا كردن مسيح خودرا در ميان حواريون

19 * وچون شب هنكام شد روز يكشنبه * حواريون در خانهٔ رفته بودند * و از بيم يهوديان
درها بسته * ناكاه عيسي را در ميان خود ايستاده ديدند * و بديشان كفت سلام بر شما
20 * اين را بكفت * و زخم دست * و پاي * و بغل را بديشان نمود * شاكردان شاد شدند * كه
21 خداوند مارا ديدند * عيسي باز بديشان كفت سلام بر شما * انچنانك پدرم مرا فرستاد * من نيز
22
23 شمارا مي فرستم * وچون اين سخن كفت در ايشان دميد * وكفت روح القدس را بپذيريد * كه اكر
كسي را كناهها عفو كنيد * كناهها او سترده شود * و اكر كسي را ببنديد * بسته كردد *

XLI. Revelat se Christus inter Apostolos.

Cùm autem vespera esset, die pri- 19
mâ septimanæ, Apostoli in domum
iverant, & præ metu Judæorum por-
tam clauserant: subitò Jesum in
medio ipsorum stantem viderunt,
& eis dixit; Pax super vos. Hoc 20
dixit, & vulnera manuum, & pe-
dum, & axillæ, illis ostendit: Di-
scipuli autem gavisi sunt, cùm
Dominum nostrum viderent. Jesus 21
rursus illis dixit; Pax super vos:
sicut Pater meus me misit, ego etiã
vos mitto. Et cum hunc sermonem 22
dixisset, in eos flavit, & dixit;
Spiritum sanctum accipite. Quòd 23
si cuipiam peccata remiseritis,
peccata ejus deleta erunt: sin ve-
rò quempiam ligaveritis, ligabitur.

Digitized by Google

Thomas autem, unus ex duodecim, *dictus* Didymus, non erat cũ eis quando venit
24 Θωμᾶς ὃ, εἷς ἐκ τ δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν ὅτε ἦλθεν
Jesus. Dixerunt ergò ei alii discipuli; Vidimus Dominum. Ille autẽ
25 ὁ Ἰησοῦς. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἄλλοι μαθηταί, Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον. ὁ δὲ
dixit eis: *Si non* videro in manibus ejus *vestigium* clavorum, & mittam
εἶπεν αὐτοῖς, Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τ τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν
digitum meũ in *vestigium* clavorum, & mittam manum meã in latus ejus,
δάκτυλόν μου εἰς τ (ρ) τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τ πλευρὰν αὐτοῦ,
non credam. Et post dies octo iterum erant intùs discipuli ejus, & Thomas
26 οὐ μὴ πιστεύσω. Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦσαν ἔσω οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ Θωμᾶς
cum eis: Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio, & dixit;
μετ' αὐτῶν· ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ εἶπεν,
Pax vobis. Deindè dicit Thomæ; Infer digitum tuum huc, & vide
27 Εἰρήνη ὑμῖν. Εἶτα λέγει τῷ Θωμᾷ, Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς
manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & *ne fias* incre-
χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· καὶ μὴ γίνου ἄ-
dulus, sed *credens*. Et respondit Thomas, & dixit ei; Dominus meus, & De-
28 πιστος, ἀλλὰ πιστός. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θε-
us meus. Dicit ei Jesus; Quia vidisti me, Thoma, credidisti: bea-
29 ός μου. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, Ὅτι ἑώρακάς (σ) με, Θωμᾶ, πεπίστευκας· μακάριοι
ti non *videntes*, & *credentes*. Multa quidem igitur & alia signa fecit
30 οἱ οἱ μὴ (τ) ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ
Jesus in conspectu discipulorũ suorũ, quæ non sunt scripta in libro hoc.
Ἰησοῦς ἐνώπιον τ (υ)μαθητῶν αὐτοῦ, ἃ οὐκ ἔστι γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ.

Hæc autem scripta sunt ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei,
Ταῦτα δὲ γέγραπται ἵνα πιστεύητε ὅτι (φ) ὁ Ἰησοῦς ἔστιν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τ Θεοῦ, 31
& ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.
καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

CAP. XXI. κα'.

Post hæc manifestavit seipsum iterum Jesus discipulis ad ma-
Μετὰ ταῦτα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσ- 1
re Tiberiadis: Manifestavit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Tho-
σης τῆς Τιβεριάδος· ἐφανέρωσε δὲ οὕτως. Ἦσαν ὁμοῦ Σίμων Πέτρος καὶ Θω- 2
mas *ille dictus* Didymus, & Nathanael *ille* à Cana Galilææ, & *illi*
μᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος, καὶ Ναθαναὴλ ὁ ἀπὸ Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ οἱ τοῦ
Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo. Dicit eis Simon Petrus;
Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο. Λέγει αὐτοῖς Σίμων Πέτρος, 3
Vado piscari. Dicunt ei; Venimus & nos *cum te*. Exierunt, &
Ὑπάγω ἁλιεύειν. λέγουσιν αὐτῷ, Ἐρχόμεθα καὶ ἡμεῖς σὺν σοί. (α) Ἐξῆλθον, καὶ
ascenderunt in *navigium statim*, & in illa nocte prendiderunt nihil. Manè
ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθύς, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδέν. Πρωΐας 4
autem *jam* facto, stetit Jesus in littore: non tamen cognoverunt disci-
δὲ ἤδη (β) γενομένης ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν· ὁ μέντοι οὐκ ἤδεισαν οἱ μα-
puli quia Jesus est. *Dicit* ergò eis Jesus; Pueri, nunquid pulmentarium ha-
θηταὶ ὅτι Ἰησοῦς ἐστι. Λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Παιδία, μήτι προσφάγιον ἔχε- 5
betis? Respondérunt ei; Non.
τε; ἀπεκρίθησαν αὐτῷ, Οὔ.

MS.A. (ρ)τόπον (σ) με, πεπίστευκας· (τ) ἰδόντες, πεπιστεύσαντες. (υ)μαθητῶν, ἃ οὐκ (φ) Ἰησοῦς Κεφ. κα'. MS.A. (α) καὶ ἐξῆλθον, καὶ ἐνέβησαν (β) γενομένης ἔστη Ἰησοῦς ἐπὶ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

24 ... ...

Versio VULGATA LATINA.

24 Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando
25 venit Jesus. Dixerunt ergò ei alii discipuli; Vidimus Dominum. Ille autem dixit
eis; Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitũ meum in locũ
26 clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo,
iterùm erant discipuli ejus intùs: & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis,
27 & stetit in medio, & dixit; Pax vobis. Deindè dicit Thomæ; Infer digitum
tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: &
28 noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei; Dominus meus,
29 & Deus meus. Dixit ei Jesus; Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non
30 viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Jesus in conspectu di-
31 scipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt,
ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei: & ut credentes, vitam habeatis in
nomine ejus.

CAP. XXI.

POsteà manifestavit se iterùm Jesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit 1
autem sic: Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Natha- 2
nael, qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo. Di- 3
cit eis Simon Petrus; Vado piscari. Dicunt ei; Venimus & nos tecum. Et exie-
runt, & ascenderunt in navim: & illâ nocte nihil prendiderunt. Manè autem 4
facto stetit Jesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est.
Dixit ergò eis Jesus; Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt 5
ei; Non.

Versio *ARABICA* cùm Interpretatione *LATINA*.

24 * ويوما احد الاثني عشر الذي يسمي التوم لم يكن هناك معهم لما جاءهم يسوع * فقال له
25 التلاميذ قد رايينا السيد * فقال لهم ان لم ار في يديه رسم المسامير واضع اصبعي في رسم
المسامير وانبرك يدي في جنبه لا اومن * وبعد ثمنية ايام كان التلاميذ مجتمعين داخلا ايضا
26 ويوما معهم * فدخل يسوع والابواب مغلقة ووقف وسطهم وقال السلم لكم * ثم قال لتوما هات
27 اصبعك الي ههنا وانظر الي يدي والق يدك في جنبي * ولا تكن غير مومن بل مومنا *
28 * فاجاب توما قايلا ربي والهي * قال له يسوع لما رايتني امنت طوبى للذين لم يروا ويومنون *
29 * وصنع يسوع قدام تلاميذه ايات اخر كثيرة لم تكتب في هذا الكتاب * وهذا كتب منها
30 31 لتومنوا بان يسوع هو المسيح بن الله * لتكون لكم اذا امنتم باسمه الحياة الموبدة *

* الفصل الخامس والاربعون * ثم من بعد هذا استعلن يسوع لتلاميذه ايضا
1 2 على بحيرة طبرية وكان استعلانه هكذي * اذ كانوا مجتمعين سمعان الصفا * وتوما الذي يدعي
3 التوم * وناثانييل الذي من اهل قانا الجليل * وابنا زبدي * واثنان اخران من تلاميذه * فقال
لهم سمعان بطرس انا امضي لاصيد فقالوا له ونحن نجي معك * وخرجوا فركبوا السفينة ولم
4 يصيدوا في تلك الليلة شيا * فلما اصبحوا وقف يسوع على الشط ولم يعلم التلاميذ انه
5 يسوع * فقال لهم يسوع يا فتيان اعندكم شيا يوكل فاجابوه لا *

Thomas autem unus ex duodecim, qui 24
vocatur Gemellus, non erat ibi cum eis
quando venit ad eos Jesus. Dixerunt er-
gò ei discipuli, Jam vidimus Dominum.
Ait illis; Si non videro in manibus ejus 25
vestigia clavorum, & posuero digitum
meum in vestigia clavorum, & immise-
ro manum meam in latus ejus, non cre-
dam. Et post octo dies erant discipuli 26
congregati intus quoque, & Thomas cum
eis. Et ingressus est Jesus januis clausis,
& stetit in medio eorum, & dixit; Pax
vobis. Deinde dixit Thomæ; Affer di- 27
gitum tuum huc, & respice manus meas,
& injice manum tuam in latus meum,
& ne sis incredulus, sed fidelis. Respon- 28
dit Thomas, dicens; Dominus meus, &
Deus meus. Dixit ei Jesus; Quia vidi- 29
sti me, credidisti: Beati qui non vide-
runt, & credunt. Fecit autem Jesus co- 30
ram discipulis suis, signa alia multa, quæ
non sunt scripta in hoc libro. Et hæc scri- 31
pta sunt ex illis, ut credatis quòd Jesus
est Christus filius Dei: quatenus sit vobis,
quum credideritis in nomine ejus, vita
æterna. Sectio quadragesima quinta.

CAP. XXI.

Tum postea apparuit Jesus discipulis 1
suis iterum ad lacum Tiberiadis: &
fuit apparitio ejus hujusmodi. Quum 2
essent congregati Simon Petra, & Tho-
mas qui vocatur Gemellus, & Natha-
nael qui erat ex incolis Cana Galilææ,
& filii Zebedæi, & duo alii ex discipu-
lis ejus: Dixit eis Simon Petrus; Ego
vado piscatum. Dixerunt ei; Et nos ve- 3
niemus tecum. Et exierunt atque con-
scenderunt navim: & non piscati sunt
in illa nocte quicquam. Quumque ma- 4
tutinum attigissent, stetit Jesus in litore:
& non cognoverunt discipuli eum esse
Jesum. Dixit autem eis Jesus; O juve- 5
nes, habetisne aliquid manducatu? Re-
sponderunt ei; Minimè.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

24 በሠሉሰ፡ፋሲካ፡ወበሰሉስት፡መስቀል፡ኃበ፡ይትነበብ፡፡=፨ ወቶማስ፡ለሕዱ፡እመዉ
ሠርቱ፡ወለሐዱ፡ዘይብልዎ፡ደዲሞስ፡ሊሃሉ፡ሶሰቤሆሙ፡ሶበ፡መጽአ፡እግዚእ፡ሊየሱ
25 ስ፡፡=፨ ወይቤልዎ፡ካልላኒሁ፡እርዳእ፡ርኢናሁ፡ለእግዚእነ፡፡ወይቤሎሙ፡እመ፡ሊር
ኢኩ፡እደዊሁ፡ኃበ፡ቀነወ፡ወ፡እመ፡ሊወደይኩ፡ለጽባዕቲየ፡ወ፡ኢስተ፡ቅንዋቲሁ፡ወእመ፡
26 ሊያብእኩ፡እደዊየ፡ወ፡ኢስተ፡ገቦሁ፡ሊየእመነ፡፡=፨ ወእመድኅረ፡ስሙነ፡ውዋዕል፡
እንዘ፡ሀለው፡ወ፡ኢስጥ፡ለርዳሊሁ፡ወቶማስኒ፡መሰሊሆሙ ፡እንዘ፡ዕጽው ፡ሩኅት፡፡
27 መጽአ፡እግዚእ፡ሊየሱስ፡ወቆመ፡ማእከሎሙ፡ወይቤሎሙ፡ሰላም፡ለክሙ፡፡=፨ ወእ
መዝ፡ይቤሎ፡ለቶማስ፡ሀለመጽእ፡ለጽባዕተከ፡ወሓብእ፡ወ፡ኢስተ፡ገቦየ፡ወለመጽእ፡እደ
28 ኪከ፡ወግሰስ፡እደዊየ፡ወሊትኩን፡ናፋቄ፡ወእመን፡፡=፨ ወለወለዶ፡ቶማስ፡ወይቤሎ፡
29 እግዚእየ፡ወለሥላሴየ፡፡=፨ ወይቤሎ፡እግዚእ፡ሊየሱስ፡እስመ፡ርኢከኒሁ፡ለመንከ፡፡
30 ብፁዓን፡እንዘ፡ኢነዘ፡እለ፡ሊይሬሊዩኒ፡ይለመኑ፡፡=፨ ወብዙኅ፡ተላመደ፡ገብረ፡እግዚእ፡
31 ሊየሱስ፡በቅድመ፡ለርዳሊሁ፡ዘሊተጽሕፈ፡ውስተ፡ዝንቱ፡መጽሐፍ፡፡=፨ ወዘተጽሕ
ፈ፡ከመ፡ትእመኑ፡ከመ፡እግዚእ፡ሊየሱስ፡ ውእቱ፡ክርስቶስ፡ ወልደ፡ እግዚአብሔር፡፡
ወለሚነክሙ፡ሕይወት፡ ዘለዓለመ፡ ትረክቡ፡ በሰመ፡ ዚአሁ፡፡=፨
1 ፲ወ፩ በረቡዐ፡ፋሲካ፡መንበብ፡=፨ ወእመዝ፡ካዕበ፡አስተርአዮሙ፡እግዚእ፡ሊየሱስ፡
2 ለርዳሊሁ፡በብሔረ፡ጥብሪያዶስ፡፡=፨ ወሀለዉ፡ኀቡረ፡ስመዖን፡ጴጥሮስ፡ወቶማስ፡
ዘሰሙ፡ደዲሞስ፡ ወናትነኤል፡ ዘቃና፡ ዘገሊላ፡ወደቂቀ፡ዘብዴዎስ፡ ወክልኤን፡ክልኤቱ፡
3 እመዉስተ፡ለርደሊሁ፡፡=፨ ወይቤሎሙ፡ሰመዖን፡ጴጥሮስ፡አሐውር፡ለሠገር፡፡ ወ
ይቤልዎ፡ንሣዮን፡መሰሌከ፡፡ ወሖረ፡ ወዓርጉ፡ ሐመረ፡ወአልቦ፡ ዘለሠገረ፡ በይእቲ፡
4 ሌሊት፡=፨ ወአልቦሐ፡ይቀውመ፡ እግዚእ፡ ሊየሱስ፡ውስተ፡ሐይቅ፡ወሊያእመሩ፡ለር
5 ዳሊሁ፡ከመ፡ሊየሱስ፡ውእቱ፡፡=፨ ወይቤሎሙ፡ እግዚእ፡ ሊየሱስ፡ ቦኑ፡ ዘብክሙ፡
ዘንእክዕ፡ደቂቀየ፡፡ ወይቤልዎ ፡ አልቦ፡፡=፨

Tertiâ paschatis, & posterâ crucis die, ubi legendum. Et Thomas 24
unus ex undecim, quem vocant Didymum, non erat cum iis quando venerat
Dominus Jesus. Et dixerunt ei alii discipuli, Vidimus Dominum nostrum. Et dixit
iis; Nisi videro manus ejus ubi perfoderunt eum: & si non immisero digitos mecs 25
in perforationes ejus, & si non intrare fecero manus meas in latus ejus: non cre-
dam. Et post octo dies quum essent intus discipuli ejus, & Thomas cum iis, clausis 26
januis, venit Dominus Jesus, & stetit medio eorum, & dixit iis; Pax vobis. Et 27
tunc dixit Thomæ; Adduc digitos tuos, & infer in latus meum; & adduc manus
tuas, & tange manus meas: & ne sis dubius, sed confidito. Et respondit Thomas, 28
& dixit ei; Dominus meus, & Deus meus. Et dixit ei Dominus Jesus, Quia vidi- 29
sti me, credidisti: beati sunt credentes qui non viderunt me. Et multa signa
fecit Dominus Jesus in conspectu discipulorũ suorum, quæ non scribuntur in hoc 30
libro. Et *hoc* scriptum est, ut credatis quòd Dominus Jesus est Christus filius 31
Dei, & *ut* credentes vitam æternam obtineatis in nomine suo.

CAP. XXI.

Quartâ paschatis lectio.

ET tunc iterum apparuit Dominus Jesus discipulis suis in mare Tiberiadis. 1
Et fuerunt simul Simon Petrus, & Thomas cujus nomen *erat* Didymus, & Na- 2
thanael qui *erat* ex Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii duo ex discipulis ejus.
Et dixit eis Simon Petrus, Vado piscatum: & dixerunt ei, Ibim⁹ tecum: & profecti 3
sunt, & ascenderunt *in* navim, & nihil fuit quod ceperunt in ista nocte. Et 4
mane facto, stabat Dominus Jesus in litore: & nesciebant discipuli ejus
quòd Jesus esset. Et dixit iis Dominus Jesus; Estne quod habetis, quo vescamur, 5
pueri mei? & dixerunt ei, Nihil est.

Versio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

چهل سه سوم بار كه مسيح خودرا بشاكردان نمود .

1 * بعد ازين خودرا با شاكردان خود نمود * بر درياي طبريه * و شاكردان همچنين باهم
2 مي بودند * شمعون صفا وتوما * كه تاما گفته مي شود * و ناثانييل انكه از قطنه
3 جليل بود * و فرزندان زبدي * ودو ديگر از شاكردان * شمعون صفا بديشان گفت برويم
بماهي گرفتن * ديگران گفتند * ما نيز مي ايييم * بيامدند * و در كشتي نشستند * ودران
4 شب چيزي نگرفتند * * وچون صباح شد عيسي بر كنار دريا پيدا شد * [و شاكردان
5 نمي دانستند كه عيسي بود] * وبديشان گفت * جوانان چيزي خوردني داريد * گفتند نه *

XLIII. Tertium tempus quo Christus seipsum discipulis ostendit.

CAP. XXI.

POst hæc seipsum discipulis suis 1
ostendit ad mare Tiberiadis. Disci- 2
puli autem pariter unà erant: Sime-
on Cephas, et Thomas qui Gemellus
dictus est, et Nathanael qui ex Cat-
neh Galilææ erat, et filii Zebdæi, ac
duo alii ex discipulis. Simeon Ce- 3
phas illis dixit; Ibimus piscatum.
Reliqui dixerunt, Nos etiam veni-
mus. Venerunt itaque et navi inse- 4
derunt, et illâ nocte quidquã non ce-
perunt. Et tùm mane esset, Jesus in
litore maris comparuit: et discipu-
li non cognoverunt quòd Jesus esset.
Et illis dixit; Pueri, Nunquid com- 5
edendũ habetis? Dixerunt; Minimè.

Digitized by Google

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ. ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ille autem dicit eis; *Jacite in dexteras partes* navigii rete: &
6 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τῆς πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ
invenietis. *Jecerunt* ergò, & non jam illud trahere valebant à multitudine
εὑρήσετε. ἔβαλον οὖν, καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχυον ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν
piſcium. *Dicit* ergò diſcipulus ille, quem diligebat Jeſus, Petro;
7 ἰχθύων. Λέγει οὖν ὁ μαθητὴς ἐκεῖνος, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τῷ Πέτρῳ,
Dominus eſt. Simon *ergò* Petrus *audiens* quia Dominus eſt, *amicu-*
Ὁ Κύριός ἐστι. Σίμων οὖν Πέτρος ἀκούσας ὅτι ὁ Κύριός ἐστι, τὸν ἐπενδύ-
tum ſuccinxit: (erat enim nudus:) & miſit ſeipſum in mare:
της διεζώσατο· (ἦν γὰρ γυμνός·) καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν·
At alii diſcipuli navigio venerunt: (non enim erant longè à
8 οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον· (οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς
terra, ſed quaſi à cubitis ducentis,) trahentes rete pi-
γῆς, (γ) ἀλλ' ὡς ἀπὸ (δ) πηχῶν διακοσίων,) ἕλκοντες τὸ δίκτυον τῶν ἰ-
ſcium. Ut ergò deſcenderunt in terram, *conſpiciunt* prunas poſitas,
9 χθύων. Ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν, βλέπουσιν ἀνθρακιὰν κειμένην,
& piſcem ſuperpoſitum, & panem. Dicit eis Jeſus; Afferte
10 καὶ ὀψάριον ἐπικείμενον, καὶ ἄρτον. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἐνέγκα-
te à piſcibus quos prendiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus, & tra-
11 τε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν ἐπιάσατε νῦν. Ἀνέβη Σίμων Πέτρος, καὶ εἵλ-
xit rete in terram, plenum piſcibus magnis centum quinqua-
κυσε τὸ δίκτυον (ε) ἐπὶ τῆς γῆς, μεστὸν (ζ) ἰχθύων μεγάλων ἑκατὸν πεντη-

gintatribus. Et *tot exiſtentibus* non ſciſſum eſt rete. Dicit eis
σκγ κονταπεντῶν. • καὶ τοσούτων ὄντων οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον. Λέγει αὐτοῖς ὁ
Jeſus; Venite, prandete. Nemo *autem* audebat *diſcipulorum* interrogare
σκδ Ἰησοῦς, Δεῦτε, ἀριστήσατε. οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι
eum; Tu quis es? ſcientes quia Dominus eſt. Venit *ergò* Jeſus, &
σκε αὐτόν, Σὺ τίς εἶ; εἰδότες ὅτι ὁ Κύριός ἐστιν. Ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ
accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter. Hoc jam
σκς λαμβάνει τὸν ἄρτον, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὀψάριον ὁμοίως. Τοῦτο ἤδη
tertiò manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis, *excitatus ex* mortuis.
σκς τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς (η) μαθηταῖς αὐτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.
Cùm ergò prandiſſent, dicit Simoni Petro Jeſus; Simon *Jonæ*, dili-
σκζ Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὁ Ἰησοῦς, Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγα-
gis me plus his? Dicit ei; Etiam, Domine: tu ſcis quia amo te. Di-
πᾷς με πλέον τούτων; λέγει αὐτῷ, Ναὶ, Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέ-
cit ei; Paſce agnos meos. Dicit ei iteràm *ſecundò*; Simon *Jo-*
σκη γει αὐτῷ, Βόσκε τὰ ἀρνία μου. Λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον, Σίμων Ἰω-
na, diligis me? Ait illi; Etiam, Domine: tu ſcis quia amo te. Dicit
νᾶ, ἀγαπᾷς με; λέγει αὐτῷ, Ναὶ, Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. λέγει
ei; Paſce *oves meos*.
σκθ αὐτῷ, Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.

MS. A. (γ) ἀλλὰ (δ) πήχεων (ε) εἰς τὴν γῆν, (ζ) μεγάλων ἰχθύων (η) μαθηταῖς, ἐγερθείς

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Ait illis; Conjicite rete veſtrum à latere dex- 6
tro naviculæ, & invenietis. Conjecerunt igitur, nec poterant attrahere rete præ mul- 7
titudine piſcium quos continebat. Dixit au- 7
tem diſcipulus ille quem amabat Jeſus, Ce-
phæ; Hic eſt Dominus noſter. Simon verò, quum audiſſet Dominum noſtrum eſſe, acceptâ tunicâ ſuâ, præcinxit lumbos ſuos, (quandoquidem nudus erat) & dejecit ſe in mare, ut veniret ad Jeſum. Alii autem diſci- 8
puli naviculâ venerunt, (non enim multùm aberant à terra, ſed circiter ducentis cubitis) & trahebant rete illud piſcium. Quum au- 9
tem aſcendiſſent in terram, conſpiciunt prunas poſitas, & piſcem eis impoſitum, & panem. Et dixit eis Jeſus; Afferte ex piſcibus 10
quos modò piſcati eſtis. Et aſcendit Simon 11
Petra, traxitque rete in terram plenum piſcibus magnis, centum & quinquaginta tribus: & toto illo onere non ſciſſum eſt rete illud. Et dixit eis Jeſus; Venite, prandete. Nemo 12
autem ex diſcipulis audebat interrogare eum quis eſſet, quum ſcirent Dominum noſtrum eſſe. Acceſſit autem Jeſus, & accepit panem 13
& piſces, deditque eis. Hâc jam tertiâ vice 14
apparuit Jeſus diſcipulis ſuis, quum reſurre-
xiſſet à mortuis.

In commemoratione Simonis Petri, & ſanctificatione Eccleſiæ, conſecrationéque Epiſcoporum. 52.

Quum autem prandiſſent, dixit Jeſus Simo- 15
ni Petræ; Simon Bar-jona, amas me pluſquam hi? Dicit ei; Etiam, Domine mi, tu nôſti quòd amem te. Dixit ei Jeſus; Paſce 16
mihi agnos meos. Dixit ei iterum ſecundâ vice; Simon Barjona, amas me? Dicit ei; Etiam, Domine mi, tu ſcis quòd amem te. Dixit ei Jeſus, Paſce mihi oves meas.

Verſio *PERSICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Jeſus dixit; Rete à latere dextro 6
jaciatis, ut inveniatis: cùm jeciſſent itaque *rete* impletum fuit, adeò ut non poſſent trahere, præ multitudine quæ in eo piſcium erat. Et ille diſci- 7
pulus, quem Jeſus diligebat, Cephæ dixit; Hic quidem Dominus noſter eſt Chriſtus. Simeon autem quum audiſſet quòd Dominus eſſet, tunicam ſuam cepit, & medio ſui accinxit, propterea quòd nudus erat, & ſeipſum in mare projecit, & ad Jeſum venit. Alii autem diſcipuli na- 8
vigio venerunt, eò quòd à terra valdè remoti non erant, ſed circiter ducentis cubitis, & rete illud piſcium trahebant. Et cùm in terram aſcen- 9
diſſent, viderunt prunas ignis accenſas, & piſcem & panem poſitum. Je- 10
ſus diſcipulis dixit; Hoc quòd nuper cepiſtis, afferte. Simeon Cephas 11
aſcendit, & rete in terram traxit: rete autem plenum erat piſcibus magnis, centum quinquaginta et tres pi-
ſces erant: & hoc toto pondere rete 12
ſciſſum non erat. Jeſus illis dixit; Venite, & prandium veſtrum comedite. Nemo autem ex diſcipulis auſus eſt, quis eſſet vel ut interrogaret: ſciebant enim quòd Dominus noſter eſſet.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

6 Dicit eis; Mittite in dexteram navigii rete; & invenietis. Miserunt ergò:
7 & jam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dixit ergò discipulus ille quem diligebat Jesus, Petro; Dominus est. Simon Petrus cùm audiisset quia Dominus est, tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit
8 se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt, (non enim longè erant
9 à terra, sed quasi cubitis ducentis,) trahentes rete piscium. Ut ergò descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & pa-
10 nem. Dicit eis Jesus; Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascen-
11 dit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti essent, non est scissum rete. Dicit 12
eis Jesus; Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare
eum; Tu quis es? scientes, quia Dominus est. Et venit Jesus, & accipit 13
panem, & dat eis, & piscem similiter. Hoc jam tertiò manifestatus est Je- 14
sus discipulis suis, cùm resurrexisset à mortuis. Cùm ergò prandissent, dicit 15
Simoni Petro Jesus; Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei; Etiam,
Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei; Pasce agnos meos. Dicit ei ite- 16
rùm; Simon Joannis, diligis me? Ait illi; Etiam, Domine, tu scis quia amo
te. Dicit ei; Pasce agnos meos.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

6 * فَقَالَ لَهُمْ اَلْقُوا شَبَكَتَكُمْ عَنْ يَمِينِ ٱلسَّفِينَةِ فَتَجِدُوا * فَأَلْقَوا وَلَمْ يَقْدِرُوا اَنْ يَسْلُوهَا مِنْ كَثْرَةِ
7 ٱلْحِيتَانِ * فَقَالَ ٱلتِّلْمِيذُ ٱلَّذِي كَانَ يَسُوعُ يُحِبُّهُ لِبُطْرُسَ اِنَّهُ ٱلرَّبُّ * فَلَمَّا سَمِعَ سِمْعَانُ ٱلصَّفَا
8 اَنَّهُ ٱلسَّيِّدُ اٰتَزَرَ بِقَمِيصِهِ لِاَنَّهُ كَانَ عَارِيًا وَاَلْقَى نَفْسَهُ فِي ٱلْبَحْرِ * وَجَاءَ ٱلتَّلَامِيذُ ٱلْاٰخَرُ فِي
ٱلسَّفِينَةِ لِاَنَّهُمْ لَمْ يَكُونُوا مُتَبَاعِدِينَ مِنَ ٱلسَّاطِي ٱلَّا كَمِائَتَيْ ذِرَاعٍ وَهُمْ يَجْذِبُونَ تِلْكَ
9 ٱلشَّبَكَةَ ٱلَّتِي فِيهَا ٱلْحِيتَانُ * فَلَمَّا صَعِدُوا اِلَى ٱلْاَرْضِ رَاَوْا جَمْرًا مَوْضُوعًا وَعَلَيْهِ حُوتًا وَخُبْزًا *
10 * فَقَالَ لَهُمْ يَسُوعُ قَدِّمُوا مِنَ ٱلسَّمَكِ ٱلَّذِي صِدْتُمُ ٱلْاٰنَ * فَصَعِدَ سِمْعَانُ ٱلصَّفَا وَجَذَبَ
11 ٱلشَّبَكَةَ اِلَى ٱلْاَرْضِ اِذْ هِيَ مُمْتَلِئَةٌ حِيتَانًا كِبَارًا مِئَةً وَخَمْسِينَ وَمِائَةً * وَبِهٰذَا ٱلْعَدَدِ لَمْ
12 تَنْخَرِقِ ٱلشَّبَكَةُ * فَقَالَ لَهُمْ يَسُوعُ تَعَالَوْا لِتَتَغَدَّوْا * وَلَمْ يَجْسُرْ اَحَدٌ مِنْ تَلَامِيذِهِ اَنْ يَسْاَلَهُ اَنْتَ
13 مَنْ لِاَنَّهُمْ عَلِمُوا اَنَّهُ ٱلسَّيِّدُ * فَجَاءَ يَسُوعُ وَاَخَذَ خُبْزًا وَسَمَكًا وَاَعْطَاهُمْ * هٰذِهِ مِنَ ٱلثَّالِثَةِ ظَهَرَ
14 يَسُوعُ لِتَلَامِيذِهِ لَمَّا قَامَ مِنَ ٱلْاَمْوَاتِ *

* اَلْفَصْلُ ٱلسَّادِسُ وَٱلْاَرْبَعُونَ *

15 * فَلَمَّا اَكَلُوا قَالَ يَسُوعُ لِسِمْعَانَ بُطْرُسَ يَا سِمْعَانَ بْنَ يُونَا اَتُحِبُّنِي اَكْثَرَ مِنْ هٰؤُلَاءِ * قَالَ لَهُ
نَعَمْ يَا رَبُّ اَنْتَ تَعْلَمُ اَنِّي اُحِبُّكَ * قَالَ لَهُ ٱرْعَ خِرَافِي * ثُمَّ قَالَ لَهُ ثَانِيَةً يَا سِمْعَانَ بْنَ يُونَا اَتُحِبُّنِي
16 * فَقَالَ لَهُ نَعَمْ يَا سَيِّدُ اَنْتَ تَعْلَمُ اَنِّي اُحِبُّكَ * قَالَ لَهُ ٱرْعَ كِبَاشِي *

Dixit eis; Jacite rete vestrum à dextera navis, & invenietis. Jecerunt 6
ergò, & non potuerunt trahere illud præ multitudine piscium. Quare ait 7
discipulus, quem Jesus diligebat, Petro; Sanè est Dominus. Cum autem audisset Simon Petra quòd Dominus esset, præcinxit se tunicâ suâ, quoniam erat nudus, & dejecit sese in mare. Tum venerunt discipuli alii 8
in navi (non enim erant distantes à litore nisi circiter ducentis cubitis) trahentes illud rete in quo erant pisces. Cúmque ascendissent in ter- 9
ram, viderunt prunas positas, & super iis piscem, & panem. Et dixit 10
eis Jesus; Afferte de piscibus quos piscati estis modó. Itaque ascendit 11
Simon Petra, & traxit rete in terram, cùm esset plenum piscibus magnis, tribus & quinquaginta supra centum: & tali cum numero non est scissum rete. Et dixit eis Jesus; 12
Venite ad comedendum. Et non ausus est quisquam ex discipulis ejus interrogare eum, Tu quis es? quandoquidem noverant ipsum esse Dominum. Et venit Jesus, & accepit panem 13
ac pisces, deditque eis. Hæc est vi- 14
ces tertia quâ apparuit Jesus discipulis suis, quum surrexisset à mortuis.

τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἡμῖν, πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰη-
sum Christum, ego autem quis eram potens prohibere Deum? Audientes autem
18 σοῦν Χριστὸν, (σ) ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν; Ἀκούσαντες δὲ
hæc, tacuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes; Nempè & gentibus
ταῦτα, ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν, λέγοντες, (τ) Ἄρα γε καὶ τοῖς ἔθνεσιν
Deus pœnitentiam dedit ad vitam. Illi quidē igitur dispersi à tri-
19 ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν (υ) ἔδωκεν εἰς ζωήν. Οἱ μὲν οὖν διασπαρέντες ἀπὸ τῆς θλί-
bulatione facta in Stephano, perambulaverunt usque ad Phœnicem, & Cy-
ψεως τῆς γενομένης ἐπὶ (φ) Στεφάνῳ, διῆλθον ἕως Φοινίκης, καὶ Κύ-
prum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, si non solùm Judæis. Erant
20 πρου, καὶ Ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον, εἰ μὴ μόνον Ἰουδαίοις. Ἦσαν
autem quidam ex eis viri Cyprii & Cyrenæi, qui introeuntes in
δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες Κύπριοι καὶ Κυρηναῖοι, οἵτινες (χ) εἰσελθόντες εἰς
Antiochiam, loquebantur ad Græcos, evangelizantes Dominum Jesum.
Ἀντιόχειαν, ἐλάλουν (ψ) πρὸς τοὺς Ἕλληνας, εὐαγγελιζόμενοι τὸν Κύριον Ἰησοῦν.
Et erat manus Domini cum eis: multúsque numerus credens conversus
21 Καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν· πολύς τε ἀριθμὸς (ω) πιστεύσας ἐπέστρε-
est ad Dominum. Auditus est autem sermo ad aures Ecclesiæ quæ in
22 ψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς οὔ-
Hierosolymis, super istis: & miserunt Barnabam venire usq; ad Antiochi-
(α) Ἱερουσαλὴμ περὶ αὐτῶν, καὶ ἐξαπέστειλαν (β) Βαρνάβαν διελθεῖν ἕως Ἀντιοχεί-
am: Qui adveniens & videns gratiam Dei, gavisus est: & hortabatur o-
23 ας· Ὃς παραγενόμενος καὶ ἰδὼν τὴν χάριν (γ) τοῦ Θεοῦ, ἐχάρη· καὶ παρεκάλει πάν-

mnes proposito cordis permanere Domino: Quia erat vir bonus, & ple-
τας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ· Ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ πλή- 24
nus Spiritu sancto & fide. Et apposita est turba multa Domino. Profectus
ρης Πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως. καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ. Ἐξῆλ- 25
est autē in Tarsum Barnabas requirere Saulum. Et inveniens eum, du-
θε δὲ εἰς (δ) Ταρσὸν ὁ Βαρνάβας ἀναζητῆσαι Σαῦλον. Καὶ (ε) εὑρὼν αὐτὸν, ἤγα- 26
xit eum in Antiochiam. Factum est autem eos annum totum convenire in
γεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν. ἐγένετο δὲ (ζ) αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ
Ecclesia, & docere turbam multam: appellatique primum in Antiochia
ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν· χρηματίσαι τε πρῶτον (η) ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς
discipulos, Christianos. In his autem diebus descenderunt ab Hierosolymis
μαθητὰς, Χριστιανούς. Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων 27
Prophetæ in Antiochiam. Surgens autem unus ex eis nomine Agabus, signi-
ΙΖ' προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν. Ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Ἄγαβος, ἐσή- 28
ficabat per Spiritum, famem magnā futuram in universum habita-
μανε διὰ τοῦ Πνεύματος, (θ) λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμέ-
tam: quæ & facta est sub Claudio Cæsare. At discipulorum prout bene-
νην· (ι) ὅστις καὶ ἐγένετο ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος. Τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς (κ) ἠν- 29
agebat quis, decreverunt singuli eorum in ministerium mittere habitantibus in
ποφεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ
Judæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per ma-
Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς· ὃ καὶ ἐποίησε, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χει-
num Barnabæ & Sauli.
ρὸς Βαρνάβα καὶ Σαύλου.

CAP. XII. ιβ'.

Per illud autem tempus injecit Herodes rex manus malè tractare
ΙΗ' Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας κακῶσαί 1
quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.
τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου (α) μαχαίρᾳ. 2

MS. A. (π) Ἐμνήσθημεν (ρ) τοῦ Κυρίου, (σ) ἐγὼ τίς (τ) Ἄρα καὶ (υ) εἰς ζωὴν ἔδωκεν. (φ) Στεφάνου, (χ) ἐλθόντες (ψ) καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, (ω) ὁ πιστεύσας (α) Ἱερουσαλὴμ (β) Βαρνάβαν ἕως (γ) τοῦ (δ) Ταρσὸν ἀναζητῆσαι (ε) εὑρὼν, ἤγαγεν εἰς (ζ) αὐτοῖς καὶ ἐνιαυτὸν (η) εἰς Ἀντιόχειαν (θ) λιμὸν μεγάλην (ι) ἥτις ἐγένετο (κ) ἐν ῥητόν τις, ἔδοσαν Κεφ. ιβ. MS. A. (α) μαχαίρᾳ. Ἰδὼν δὲ ὅτι

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Quumque exorsus essem illic loqui, obrexit 15
eos Spiritus sanctitatis, tanquam & nos antea.
Proindè recordatus sum sermonis Domini 16
nostri, quum diceret; Johannes quidem ba-
ptizavit aquâ; vos autem baptizabimini
Spiritu sanctitatis. Si ergò Deus æquè dedit 17
illud donum Gentibus illis quæ crediderunt
in Dominum nostrum Jesum Christum, sicut
& nobis, ego quis eram qui sufficerem ad
prohibendum Deum? Quumque hos ser- 18
mones audissent, quieverunt, & glorifica-
verunt Deum, ac dicebant; Fortè etiam Gen-
tibus Deus dedit pœnitentiam ad vitam.

Feriâ sextâ, primâ jejunii. 32.

Illi autem qui dispersi fuerant ex oppressione 19
quæ contigerat in Stephanum, pervenerant
usque in Phœniciam, atque in regionem
Cypri, & in Antiochiam; nemini loquen-
tes sermonem *Dei*, nisi tantùm Judæis. Erant 20
autem ex eis quidam ex Cypro & Cyrene:
isti introibant Antiochiam, & colloquebā-
tur Græcis, atque evangelizabant super Do-
mino nostro Jesu. Erat porrò cum eis manus 21
Domini: mukíque crediderunt, & conversi
sunt ad Dominum. Pervenit autem hic ru- 22
mor ad aures filiorum ecclesiæ quæ erat in
Jerusalem: proindè miserunt Barnabam in
Antiochiam. Quumque illic perveniſſet, es- 23
sétque conspicatus gratiam Dei, gavisus est:
& efflagitabat ab eis ut toto corde suo adhæ-
rerent Domino nostro: Quandoquidem vir 24
bonus erat, & perfectus in Spiritu sanctita-
tis & fide. Cæterùm adjunxit se populus
multus ad Dominum nostrum. Ille autem 25
exiit in Tarsum ut requireret Saul. Quum- 26
que eum inveniſſet, adduxit secum Antiochi-
am. Totóque anno simul congregabantur in
ecclesia, docuerúntque plebem multam. Ex-
indè primò vocati sunt in Antiochia disci-
puli, Christiani. Et in diebus illis venerunt 27
ex Ierusalem illuc prophetæ. Surrexítque 28
unus ex eis, cui nomen erat Agabus, patefe-
cítque eis per Spiritum, famem ingentem fu-
turam in tota terra. Et fuit hæc fames in di-
ebus Claudii Cæsaris. Enimverò discipuli, 29
prout suppetebat unicuique eorum, decre-
verunt mittere subsidium fratribus illis qui
habitabant in Judæa. Itaque miserunt per 30
manum Barnabæ & Sauli ad Presbyteros
qui illic erant.

Sabbatho primo jejunii. 33.

CAP. XII.

Porrò in illo tempore injecerat manus in 1
quosdam qui erant in ecclesia, ut malè ac-
ciperet eos Herodes ille rex, qui cognomi-
natur Agrippa. Trucidavit autem gladio Ja- 2
cobum fratrem Johannis.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

15 ወሶበ፡ እጎሸሹ፡ እንግርሙ፡ ወረደ፡ መንፈሱ፡ ቅዱስ፡ ዲቤሆሙ፡ በነሙ፡ ወረደ፡ ቀዲሙ።።=።
16 ወተዘከርኩ ፡ ቃሉ ፡ ለእግዚእነ ፡ ዘይቤ፡ ዮሐንስ ፡ ያጠምቅ ፡ በማይ፡ ወለእንትሙሰ ፡ ታጠ
17 ምቁ ፡ በመንፈስ ፡ ቅዱሰ።።=። ሶበ ፡ እንከ ፡ ዕረየ ፡ ወሀበሙ ፡ እግዚአብሔር ፡ ጸጋሁ፡
ከማነ ፡ አሰመ ፡ ለሙ ፡ በእግዚአነ ፡ ሊየሱሰ ፡ ክርስቶሰ ፡ ሙኑ፡ለነ ፡ ዘእሰል ፡ ከሊአ
18 ቶ ፡ ለእግዚአብሔር።=። ወዘንተ ፡ ሰሚዖሙ ፡ አርምሙ ፡ ወአእመሮቱ ፡ እግዚአ
ብሔር ፡ ወይቤሉ ፡ እንዳዲ ፡ ለአለ ፡ ወሀበሙ ፡ እግዚአብሔር ፡ ለአሕዛብ፡
ይነስሑ።።=።

Et quum incepissem nuntiare ils, descendit Spiritus sanctus super eos, sicut de- 15
scendisset primò. Et recordatus sum sermonis Domini nostri, quem dixit; Jo- 16
hannes baptizabat in aqua, & vos baptizabimini in Spiritu sancto. Quum igi- 17
tur pariter dedit iis donum suum, sicut nobis, quia crediderunt in Domino nostro
Jesu Christo, quis ego eram qui possem prohibere Deum? Et hoc quum audivissent, 18
quieverunt, & glorificaverunt Deum, & dixerunt; Nempè etiam dedit Deus Genti-
bus ut pœnitentiam agerent.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

15 Cùm autem cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in
16 initio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat; Joannes quidem ba-
17 ptizavit aquâ, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si ergò eandem gra-
tiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Jesum Chri-
18 stum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum? His auditis, tacuerunt: &
glorificaverunt Deum, dicentes; Ergò & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad
19 vitam. Et illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub
Stephano, perambulaverunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemi-
20 ni loquentes verbum, nisi solis Judæis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii,
& Cyrenæi, qui cùm introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annun-
21 tiantes Dominum Jesum. Et erat manus Domini cum eis: multúsque numerus
22 credentium conversus est ad Dominum. Pervenit autem sermo ad aures Eccle-
siæ, quæ erat Jerosolymis, super istis: & miserunt Barnabam usque ad Antiochi-
23 am. Qui cùm perveniisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est: & hortábatur
omnes in proposito cordis permanere in Domino: Quia erat vir bonus, & ple- 24
nus Spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba Domino. Profectus est 25
autem Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulum: quem cùm invenisset, perduxit
Antiochiam. Et annum totum conversati sunt ibi in Ecclesia: & docuernut 26
turbam multam, ita ut cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani.
In his autem diebus supervenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam: Et 27
surgens unus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam fu- 28
turam in universo orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli autem, 29
prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in
Judæa fratribus: Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ 30
& Sauli.

CAP. XII.

EOdem autem tempore misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ec- 1
clesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. 2

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

15 * فَلَمَّا بَدَأْتُ أَتَكَلَّمُ هَبَطَ عَلَيْهِمْ رُوحُ الْقُدْسِ * كَمَا هَبَطَ عَلَيْنَا قَدِيمًا * فَذَكَرْتُ قَوْلَ الرَّبِّ
16 حِينَ قَالَ * إِنَّ يُوحَنَّا أَعْمَدَ بِالْمَاءِ وَأَنْتُمْ سَتَعْمَدُونَ بِالرُّوحِ الْقُدْسِ * فَلِأَنَّ كَانَ اللهُ قَدْ أَعْطَاهُمْ
17 نَظِيرَ مَوْهِبَتِنَا بِالسَّوَاءِ كَمَا أَعْطَانَا إِذْ آمَنَّا بِالرَّبِّ يَسُوعَ الْمَسِيحِ * فَأَنَا مَنْ حَيٌّ أَسْتَطِيعُ أَمْنَعَ اللهَ *
18 * فَإِذْ سَمِعُوا هٰذِهِ الْخُطُوبَ صَمَتُوا وَمَجَّدُوا اللهَ قَائِلِينَ * وَلَعَلَّ اللهَ قَدْ مَنَحَ الْأُمَمَ التَّوْبَةَ لِيَحْيَوْا بِهَا *
19 * الْأَحَدُ الْخَامِسُ بَعْدَ الْفِصْحِ الْمَعْرُوفِ بِالسَّامِرِيَّةِ * كز * فَأَمَّا الَّذِينَ تَسَتَّوْا مِنْ أَجْلِ
الْكَرْبِ الْحَادِثِ مِنْ جَرَّاءِ اسْطِفَانَ جَالُوا إِلَى بُسْرِي الْعَوْرِ وَفِينِيسَ وَأَنْطَاكِيَةَ * وَكَانُوا لَا يُخَاطِبُونَ
20 أَحَدًا بِقَوْلِ الْكِرَازَةِ إِلَّا الْيَهُودَ فَقَطْ * وَكَانَ فِيهِمْ قَوْمٌ قِبْرِسِيُّونَ وَكِرِينَائِيُّونَ * لَمَّا دَخَلُوا إِلَى
21 أَنْطَاكِيَةَ خَاطَبُوا الْيُونَانِيِّينَ يُبَشِّرُونَهُمْ بِيَسُوعَ الْمَسِيحِ * وَكَانَتْ يَدُ الرَّبِّ مَعَهُمْ * فَآمَنَ قَوْمٌ
22 عَدَدُهُمْ كَثِيرٌ وَعَادُوا إِلَى الرَّبِّ * فَسُمِعَ خَبَرُهُمْ وَوَصَلَ إِلَى آذَانِ أَهْلِ الْكَنِيسَةِ الَّتِي بِأُورُشَلِيمَ
23 مِنْ أَجْلِهِمْ * فَأَرْسَلُوا بَرْنَابَا يَطُوفُ إِلَى أَنْطَاكِيَةَ * فَلَمَّا جَاءَ إِلَيْهَا وَشَاهَدَ نِعْمَةَ اللهِ فَرِحَ *
24 وَعَرَّى بِسَالِفِ تَوْطِيدِ قَلْبِهِ أَنْ يَثْبُتُوا فِي أَمَانَةِ الرَّبِّ * لِأَنَّهُ كَانَ رَجُلًا صَالِحًا وَمُمْتَلِئًا
25 مِنْ رُوحِ الْقُدْسِ وَالْأَمَانَةِ * وَأَضَافَ إِلَى الرَّبِّ جَمْعًا جَزِيلًا * ثُمَّ خَرَجَ بَرْنَابَا إِلَى طَرْسُوسَ
26 لِيَطْلُبَ بُولُصَ * فَإِذْ وَجَدَهُ جَاءَ بِهِ إِلَى أَنْطَاكِيَةَ * فَأَقَامَا يَجْتَمِعَانِ بِهَا فِي الْكَنِيسَةِ سَنَةً
كَامِلَةً * وَعَلَّمَا شَعْبًا جَزِيلًا * وَفِي أَنْطَاكِيَةَ أَوَّلًا لُقِّبَ التَّلَامِيذُ بِالْمَسِيحِيِّينَ * وَفِي تِلْكَ
27 الْأَيَّامِ انْحَدَرَ مِنْ أُورُشَلِيمَ إِلَى أَنْطَاكِيَةَ أَنْبِيَاءُ * فَقَامَ أَحَدُهُمْ اسْمُهُ أَغَابُوسُ * فَعَرَفَ بِالرُّوحِ أَنَّ
28 جُوعًا عَظِيمًا سَيَكُونُ فِيمَا بَعْدُ فِي الدُّنْيَا كُلِّهَا * فَصَارَ ذٰلِكَ عَلَى عَهْدِ كَلُودِيُوسَ قَيْصَرَ الْمَلِكِ *
29 * وَإِذْ أَمَرَ التَّلَامِيذُ كُلَّ أَحَدٍ مِنَ الْمُؤْمِنِينَ أَنْ يُرْسِلَ بَرَكَةً كَمَا تَيَسَّرَ لَهُ وَيَسْمَحُ بِهِ لِخِدْمَةِ الْإِخْوَةِ
30 الْقَاطِنِينَ فِي بَلَدِ الْيَهُودِيَّةِ * فَفَعَلُوا ذٰلِكَ * وَكَانُوا يُنْفِذُونَهَا إِلَى الشُّيُوخِ بِيَدِ بَرْنَابَا وَبُولُصَ * ثُمَّ *
* قِرَاءَةُ يَوْمِ السَّبْتِ الرَّابِعِ بَعْدَ النِّصْفِ * * الْفَصْلُ الثَّانِي عَشَرَ *
1 * كَحْ * * فِي ذٰلِكَ الْحِينِ بَسَطَ هِيرُودِسُ الْمَلِكُ يَدَيْهِ لِيَسِيءَ إِلَى قَوْمٍ مِنَ الْكَنِيسَةِ *
2 * وَقَتَلَ يَعْقُوبَ أَخَا يُوحَنَّا بِالسَّيْفِ *

Cùm itaque cœpissem loqui, descendit 15
super eos Spiritus sanctus, quemadmodum descenderat olim super nos. Re- 16
cordatus sum autem sermonis Domini
quum dixit, Johannes quidem baptiza-
vit aquâ, at vos baptizabimini Spiritu
sancto. Si ergo Deus concessit eis idem 17
prorsus donum nostrum quod nobis con-
cesserat qui credidimus in Domino Je-
sum Christum, quis ego sum ut possim pro-
hibere Deum? His igitur sermonibus 18
auditis, obticuerunt, & glorificaverunt
Deum, dicentes; Fortassis Deus con-
cessit etiam gentibus pœnitentiam, ut
per eam vivant.

Dominicâ quintâ post Paschа, quæ vocatur Samaritanæ.

Verùm qui dispersi fuerant ob afflictio- 19
nem obortam causâ Stephani, obierave-
runt ad Boscïara confinium, & Cyprum,
atque Antiochiam; & cum nemine in-
stituebant sermonem prædicationis, nisi
cum Judæis tantùm. Erant autem inter 20
ipsos quidam Cyprii & Cyrenenses, qui
cùm introissent Antiochiam, allocuti
sunt Græcos, annunti ntes eis Jesum
Christum. Eratque manus Domini cum 21
illis: ac proinde fidem susceperunt ho-
minis copiosi numeri, & conversi sunt
ad Dominum. Et audita est fama eorum, 22
devenitque ad aures hominum Ecclesiæ
quæ erat Jerosolymis: & miserunt Bar-
nabam ut perlustraret Antiochiam usque.
Qui cùm eò perventisset, vidisseque 23
gratiam Dei, gavisus est, & hortatus est
pro consueta firmitate cordis sui, ut
persisterent in fide Domini. Erat enim 24
vir probus ac plenus Spiritu sancto &
fide: attraxitque ad Dominum turbam
copiosam. Deindè egressus est Barnabas 25
Tarsum, ut quæreret Paulum. Quem 26
cùm reperisset, perduxit Antiochiam,
in qua manserunt ambo, convenientes
illic in Ecclesia, anno integro; docuerùnt-
que populum multum. Antiochiæ verò
primùm vocati fuerunt discipuli, Chri-
stiani. Iisdem diebus descenderunt ab 27
Jerusalem Antiochiam quidam pro-
phetæ: Surgensque unus ex eis nomine 28
Agabus, significavit per Spiritum, fa-
mem magnâ postmodùm futuram in toto
orbe: quæ & accidit tempore Claudii Cæ-
saris Imperatoris. Et cùm præcepissent 29
discipuli unicuique fidelium ut mitteret
benedictionem aliquam pro sua facul-
tate, & liberalitate, in ministerium fra-
trum degentium in regione Judææ, Exe- 30
cuti sunt: mittebántque eas ad seniores
per manum Barnabæ & Pauli. Finis.

Lectio diei sabbathi quarti post medium.

CAP. XII.

EOdem tempore extendit Herodes rex 1
manus suas, ut noceret quibusdam ex
Ecclesia. Et occidit Jacobum fratrem 2
Johannis gladio.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

19 ወእሙዝ: ተዘርው: በእንተ: ቅትለተ: እስጢፋኖስ: ወበጽሑ: እስከ: ቈጵሮስ: ወፊኒቄስ:
20 ወለእንጾኪያ: እንዘ: ሊደነግሩ: ቃሎሙ: ዘእንበለ: ለለይሁድ: ለበሕቲቶሙ:=: ወቦ: እሙ
ውስቴቶሙ: ሰብእ: ቈጵሮስ: ወቈሬና ዊያን: ወሶሩ: ለእንጾኪያ: ወነገርዎሙ: ለለረማዊያን:
21 ወመሀርዎሙ: በእንተ: እግዚእነ: ሊየሱስ:=: ወእደ: እግዚአብሔር: መስለሆሙ: ወ
22 በዝኅ: ኆልቈሙ: ለእለ: አምኑ: በእግዚእነ: ወተመይጡ:=: ወተሰምዐ: ዝነገር: በቤተ:
23 ክር ስትያን: ዘሊየሩሰሌም: በእንቲአሆሙ:: ወፈነውዎ: ለበርናባስ: ለእንጾኪያ:=: በሀየ:
ርእያ: ጸጋ: እግዚአብሔር: ወተፈሥሐ: ወመሀሮሙ: ለኩሎሙ: ይትመየጡ: በኩሉ:
24 ልቦሙ: ኀበ: እግዚአብሔር:=: እስመ: ብእሲ: ጸድቅ: ውእቱ: ወ መሉእ: መንፈስ:
ቅዱስ: ወሃይማኖት: ወተወሰኩ: ብዙኃን: ለሕዛብ: ኀበ: እግዚአብሔር::=:
በገብርኤል: መንበቤ::=:
25 ወሖረ: በርናባስ: ጠ ርሰን:: ይሕሠሦ: ለሰውል: ወረከቦ: ወወሰዶ: ለእንጾኪያ:=: ወኀበረ:
26 ሊሖተ: ዓመተ: ወ መሀረ: ለብዙኃን: ላሕዛብ: ወለብሉ: ውስተ: ክርስቶያን: በለእንጾኪያ:
27 ቀደሙ::=: ሀበ ወውእተ: ለሚረ: ወረዱ: ነቢያት: እመሊየሩሰሌም: ለእንጾኪያ:=:
28 ወተንሥአ: ለሐዲ: እመውስቴቶሙ: ዘሰሙ: ለጋቦስ: ወነገረ: በመንፈስ: ቅዱስ: ወለመ: ይመጽ
29 እ: ዐቢይ: ረሐብ: ውስተ: ኵሉ: ዓለመ: ዘከመ: ኮነ: በመዋዕለ: ቀለውድዮስ::=: ወእመ
ዝ: ለስተዋጽሉ: ሐዋር ያት: ብእለመጠነ: ይክሉ: ወፈነው: ለቢጸሙ: ለእለ: ይነብሩ: ብሔረ:
30 ይሁዳ:=: መስለ: በርናባስ: ወሰውል: ኀበ: ቀሲሳን:: :=: 18
1 ሀበ ወውእተ: ለሚረ: ለጎዘሙ: ሄሮድስ: ንጉሥ: ለሰደማነ: ቤተ: እግዚአብሔር: ወለሕ
2 መቃሙ:=: ወቀተሎ: ለያዕቆብ: እኁሁ: ሰዮነክንስ: በመጥባሕት:=:

Et tunc dispersi fuerant propter occisionem Stephani, & pervenerunt usque ad Cyprum, 19
& Phœniciam, & Antiochiam, non nuntiantes verbum eorum, nisi Judæis solùm.
Et fuerunt ex illis homines Cypri, & Cyrenenses, et profecti sunt Antiochiam, et 20
loquuti sunt Gentilibus, et docuerunt eos de Domino nostro Jesu. Et manus Domi- 21
ni fuit cum illis, et multus fuit numerus credentium in Domino nostro, et conversi
sunt. Et auditus fuit hic rumor in domo Christianorum, quæ erat *Hierosolymis, de* 22
illis, et miserunt Barnabam Antiochiam. Ibi vidit gratiam Dei, et gavisus est, 23
et docuit omnes, ut converterentur toto corde eorum ad Deum. Quia vir justus 24
erat, et plenus Spiritu sancto et fide: et adjuncti sunt multi populi ad Deum.

In Gabrielis *festo*, Lectio.

Et abiit Barnabas Tarsum ut quæreret Saulum: et invenit eum, et duxit eum An- 25
tiochiam. Et mansit unum annum, et docuit multos populos, et obtulerunt ad Chri- 26
stianos in Antiochia primùm. Et isto tempore descenderunt prophetæ ab Hieroſoly- 27
mis ad Antiochiam. Et surrexit unus ex illis cujus nomen erat *Agabus, et nun-* 28
tiavit per Spiritum sanctum, quòd ventura erat magna fames in toto mundo, sicut
fuit in diebus Claudii. Et tunc eleemosynas erogârunt Apostoli in quantum poterant, 29
et miserunt fratribus habitantibus in regione Judææ, cum Barnaba et Saulo ad se- 30
niores.

CAP XII.

ETisto tempore prehendit Herodes rex præpositos domûs Dei, et afflixit eos. Et 1
trucidârunt Jacobum fratrem Johannis, cum gladio. 2

Digitized by Google

Et videns *quòd gratum esset* Judæis, apposuit apprehendere & Petrum: (E-
3 Καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ Πέτρον· (ἦ-
rant autem dies Azymorum.) Quem & *prehendens* misit in *custodiam*, tradens
4 σαν δὲ (β) ἡμέραι τῶν Ἀζύμων.) Ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακὴν, (γ) παραδοὺς
quatuor quaternionibus militum *custodire* eum, volens post Paschа pro-
τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτὸν, βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα (δ) ἀν-
ducere eum populo. *Ille* quidem *igitur* Petrus servabatur in *custodia*: Oratio
5 αγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ. Ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ· προσευχὴ
autem *erat assidua facta* ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cùm
6 δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς Θεὸν (ε) ὑπὲρ αὐτοῦ. Ὅτε
autem *futurum* esset eum *producere* Herodes, nocte ipsâ erat Petrus dormi-
δὲ ἤμελλεν (ζ) αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ Πέτρος κοιμώμε-
ens inter duos milites, vinctus catenis duabus, custodésque ante ostium
νος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσὶ, φύλακές τε (η) πρὸ τῆς θύρας
observabant custodiam. Et ecce angelus Domini astitit, & lumen refulsit in
7 ἐτήρουν τὴν φυλακήν. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ
habitaculo: *pulsans autem latus* Petri, excitavit eum, dicens; Surge
οἰκήματι· πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν, λέγων, Ἀνάστα
in celeritate. Et ceciderunt ejus catenæ de manibus. Dixitque angelus
8 ἐν τάχει. καὶ (θ) ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν. Εἶπέ δὲ ὁ ἄγγελος
ad eum; Præcingere, & *subliga sandalia tua.* Fecit *autem*
πρὸς αὐτὸν, (ι) Περιζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. ἐποίησε δὲ
sic. Et dixit illi; Circunda vestimentum tuum, & sequere me. Et ex-
9 (κ) ὕτω. καὶ λέγει αὐτῷ, Περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. Καὶ ἐξ-
iens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est *factum* per ange-
ελθὼν (λ) ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον (μ) διὰ τοῦ ἀγγέ-
lum: existimabat autem visum videre. Transeuntes autem primam custodiam & se-
10 λου· ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν. Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευ-
cundam, venerunt ad portam ferream, *ducentem* ad civitatem, quæ *sponta-*
τέραν, (ν) ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτο-
nea aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum, & continuò
μάτη (ξ) ἠνοίχθη αὐτοῖς. καὶ ἐξελθόντες προῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ εὐθέως
discessit angelus ab eo. Et Petrus *factum in seipso*, dixit;
(ο) ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ὁ Πέτρος (π) γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε,
Nunc scio verè quia emisit Dominus angelum suum, & eripuit me de
Νῦν οἶδα ἀληθῶς ὅτι ἐξαπέστειλε Κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ (ρ) ἐξείλατό με ἐκ
manu Herodis, & omni expectatione plebis Judæorum. Considerán-
χειρὸς Ἡρῴδου καὶ πάσης τῆς (σ) προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων. (τ) Συνιδών
que venit ad domum Mariæ matris Joannis, *cognominati Marci*,
τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν (υ) Μαρίας τῆς μητρὸς Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Μάρκου,
ubi erant multi congregati & orantes. Pulsante autem
οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι. Κρούσαντος (φ) τὴν θύραν
Petro ostium vestibuli, processit puella *subaudiscultare*, nomine Rhode.
Πέτρου τὸν θυρεὸν τοῦ πυλῶνος, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι Ῥόδη.
Et agnoscens vocem Petri, præ gaudio non aperuit *vestibulum*: introcur-
Καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου, ἀπὸ τῆς χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα· εἰσδραμὼ-
rens autem nuntiavit stare Petrum ante vestibulum. Illi autem ad eam
σα δὲ ἀπήγγειλεν ἑστάναι τὸν Πέτρον πρὸ τοῦ πυλῶνος. Οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν
dixerunt; Insanis. Illa autem affirmabat sic habere. Illi autem dicebant; Angelus
(χ) ἔλεγον, Μαίνῃ. ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. οἱ δὲ ἔλεγον, (ψ) Ὁ ἄγγελος
ejus est. At Petrus perseverabat pulsans: *Aperientes* autem viderunt eum, &
αὐτοῦ ἐστιν. Ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων· ἀνοίξαντες δὲ (ω) εἶδον αὐτὸν, καὶ
obstupuerunt. Annuens autem eis manu *tacere*, narravit *eis*
ἐξέστησαν. (ω) Κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾶν, (α) διηγήσατο αὐτοῖς
quomodò Dominus eum eduxisset de *custodia*: dixit *autem*; *Annuntiate* Jacobo &
πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς· (β) εἶπε δὲ, Ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ
fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum. Factâ autem die,
τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον. Γενομένης δὲ ἡμέρας,
erat turbatio non parva *in militibus*, quidnam *Petrus factum* esset.
ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο.

MS. A. (β) αἱ ἡμέραι (γ) προσθεὶς δὲ (δ) ἀναγεῖν (ε) περὶ (ζ) προαγαγεῖν αὐτὸν (η) πρὸς τῇ θύρᾳ (θ) ἐξέπεσαν (ι) Ζῶσαι, (κ) ὕπως. (λ) ἠκολούθει, καὶ (μ) ὑπὸ τοῦ (ν) ἦλθεν (ξ) ἠνοίγη (ο) ἀπῆλθεν (π) ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, (ρ) ἐξείλατό (σ) προσδοκίας τῶν (τ) Συνιδὼν δὲ (υ) τὴν Μαρίας τῆς (φ) δὲ αὐτοῦ τὴν (χ) ἔπαιν, (ψ) Ὁ ἄγγελός ἐστιν αὐτοῦ. (ω) οὖν (ω) Κατασείσαντος δὲ αὐτοῦ τῇ (α) διηγήσατο πῶς αὐτὸν ὁ Κύριος ἐξήγαγεν (β) εἶπόν τε

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 ... * ... ...
4 ... ... * ... ...
5 ... * ... ...
6 ... * ... ...
7 ... * ... ...
8 ... * ... ...
9 ... * ... ...
10 ... ...
11 ... * ... ...
12 ... * ... ...
13 ... * ... ...
14 ... * ... ...
15 ... * ... ...
16 ... * ... ...
17 ... * ... ...
18 ... * ... ...

3 Quumque vidisset hoc placuisse Judæis, per-
rexerat comprehendere etiam Simonem Pe-
tram: (erant autem dies Azymorum.)
4 Itaque prehendit eum, & conjecit in car-
cerem; tradidítque ei sexdecim milites ut
custodirent eum, ut post Paschа traderet eum
5 populo Judæorum. Quumque ipse Simon
custodiretur in carcere, preces assiduæ pro
6 eo offerebantur ab ecclesia Deo. Et in illa
nocte, cujus diluculo tradendus erat, dum
dormiret Simon inter duos milites, vin-
ctúsque esset duabus catenis, & alii custodi-
7 rent fores carceris: Angelus Domini asti-
tit supra eum, & lumen refulsit in tota do-
mo: & pupugit ei latus, & excitavit eum:
dixítque ei; Surge festinanter. Et decide-
8 runt catenæ ex manibus ejus. Et dixit ei
angelus; Accinge lumbos tuos, & calcea
fandalia tua. Et ita fecit. Rursus autem di-
9 xit ei; Obvolve te pallio, & sequere me.
Exiit itaque & ambulabat post eum, quum
nescíret verúmne esset id quod fiebat per
angelum: putabat enim se visum videre.
10 Quumque transacta esset custodia prima &
secunda, venerunt usque ad portam ferre-
am, & aperta est eis ultrò: at quum exiis-
sent, ac pertransissent plateam unam, dis-
11 cessit ab eo angelus. Tunc cognovit Si-
mon, & ait; Nunc scio verissimè Dominum
misisse angelum suum, méque liberâsse de
manu Herodis regis, & ex eo quod machi-
12 nabantur adversùm me Judæi. Quod quum
intellexisset, venit domum Mariæ fratris Jo-
nannis illius qui cognominatus est Marcus,
propterea quòd multi fratres illic erant con-
13 gregati, & precabantur. Pulsavit autem fo-
res atrii, & egressa est ut ei responderet pu-
ella, nomine Rhode. Et agnovit vocem
14 Simonis: ac præ gaudio suo non aperuit ei
ostium, sed reversa est cursu, ac dixit eis;
15 Ecce Simon stat pro foribus atrii. Cui di-
cunt, Terrore conturbata es. Illa verò con-
tendebat rem ita se habere. Dicunt ei; For-
16 tasse angelus ejus est. Simon autem pulsa-
bat fores: proinde exierunt, eúmque con-
17 spicati obstupuerunt. Porrò innuebat eis
suâ manu ut tacerent: & ingressus est, ac
renuntiavit eis, quomodo Dominus eduxerat
eum de carcere: ac dixit eis; Narrate hæc
Jacobo & fratribus nostris. Et egressus pro-
18 fectus est in alium locum. Quum autem
manè esset, exitit tumultus plurimus inter
milites propter Simonem, quidnam ei fa-
ctum esset.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 ወርእየ: ከመ:ተፈሠሑ: ለይሁድ: ደግመ:አሐዘ: ለጴጥሮስ: ወበዓለ: ፋሲካ: ውእተ:
4 ለሚረ:=: ወእሳዘ: ሞቅሖ: ሚእከለ: 1 ወጊ ሰገረት: የዐቅብዎ:: ወፈቀደ: እመ
5 ድሓረ: ፈሲክ: ያቅርቦ: ኀበ: ሕዝብ:=: ወእንዘ: የዐቅብዎ: ለጴጥሮስ: በውስተ: ሞ
6 ቅሕ: ወይጸልዩ: በእንቲኣሁ: ወትረ: ኀበ: እግዚአብሔር: በቤተ: ክርስትያን::=: ወእ
መ:ርእሶ: ፈቀደ: ሂሮድስ: ያቅርቦ: በይእቲ: ሌሊት: ወእንዘ: ይነውም: ጴጥሮስ: ማ
እከለ:ክልኤ:ሰገራት: ወሙቁሕ: ክልኤሆን: እደዊሁ: ወየዐቅቡ: ሠገራት: ለናቅጸ::=:
7 ወወረደ: መልኣክ: እግዚአብሔር: ወቆመ: ኀበ:ጴጥሮስ:: ወበረቀ: መብረቅ: ውስተ: ው
እቱ:ቤት:ወጕድለ:ገቦሁ:ወእንቅሖ: ለጴጥሮስ:: ወይቤሎ:ተንሥእ:ፍጡነ:: ወወደቁ:ማ
ዕተቅስቲሁ: እመእደዊሁ:=:

Et quum vidisset quòd gavisi essent Judæi, denuò prehendit Petrum: & festum Pa-
5 *schæ fuit isto die: Et prehensum conjecit eum in carcerem, medio septemdecim mi-*
4 *litum ut custodirent eum: & voluit post Paschа adducere eum ad populum. Et dum*
5 *custodirent Petrum in carcere, orabant pro ipso extensè ad Deum in domo Chri-*
stianorum. Et quando seipsum voluit Herodes producere in ista nocte, tum dormi-
6 *ens erat Petrus medio duorum militum, & vinctus erat ambabus manibus ejus: &*
observârunt milites ostia. Et descendit angelus Dei, & stetit apud Petrum, &
7 *splenduit lux in ista domo, & pulsavit latus ejus, & evigilare fecit Petrum, & di-*
xit ei; Surge citò: & ceciderunt catenæ ejus de manibus ejus.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

3 ...utem quia placeret Judæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum. Erant
4 ...ies Azymorum. Quem cùm apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradens
quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum, volens poſt Paſcha producere
5 eum populo. Et Petrus quidem ſervabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſi-
6 ne intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. Cùm autem producturus eum
eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus
7 catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce ange-
lus Domini aſtitit: & lumen refulſit in habitaculo: percuſſóque latere Petri ex-
citavit eum, dicens; Surge velocitér. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus.
8 Dixit autem angelus ad eum; Præcingere: & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic.
9 Et dixit illi; Circumda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſeque-
batur eum, & neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per Angelum: exiſtimabat
10 autem ſe viſum videre. Tranſeuntes autem primam & ſecundam cuſtodiam,
venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem: quæ ultrò aperta eſt
eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum unum: & continuò diſceſſit Angelus ab
eo. Et Petrus ad ſe reverſus, dixit; Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus 11
angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione ple-
bis Judæorum. Conſideránſque venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui 12
cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes. Pulſante 13
autem eo oſtium januæ, proceſſit puella ad audiendum, nomine Rhode. Et ut 14
cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, ſed intrò currens nun-
tiavit ſtare Petrum ante januam. At illi dixerunt ad eam; Inſanis. Illa autem 15
affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dicebant; Angelus ejus eſt. Petrus autem per- 16
ſeverabat pulſans. Cùm autem aperuiſſent, viderunt eum, & obſtupuerunt. An- 17
nuens autem eis manu ut tacerent, narravit quomodò Dominus eduxiſſet eum de
carcere, dixítque; Nuntiate Jacobo & fratribus hæc. Et egreſſus abiit in alium
locum. Factâ autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum 18
eſſet de Petro.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

3 * وَاِذْ اَبْصَرَ ذٰلِكَ مَرْضِيًّا لِلْيَهُودِ * اَضَافَ اِلَيْهِ اَنْ قَبَضَ عَلَى بُطْرُسَ * وَكَانَ ذٰلِكَ فِي اَيَّامِ الْفَطِيرِ *

4 * وَاِذْ قَبَضَ عَلَيْهِ جَعَلَهُ فِي الْحَبْسِ * وَسَلَّمَهُ اِلَى اَرْبَعَةِ مِنَ الْجُنْدِ اَصْحَابِ اَرْبَاعٍ لِيَحْصُوهُ * مُرِيدًا

5 اَنْ يُصْعِدَهُ اِلَى الشَّعْبِ بَعْدَ الْفِصْحِ * وَاِذْ كَانَ بُطْرُسُ مَحْبُوسًا فِي السِّجْنِ * كَانَتِ الْكَنِيسَةُ

6 بِغَيْرِ مَلَلٍ مِنْ اَجْلِهِ اِلَى اللّٰهِ صَلَاةً مُتَّحِدَةً * فَحِينَ اَعْتَزَمَ هِيرُودُسُ اَنْ يُصْعِدَهُ اِلَيْهِمْ * فِي تِلْكَ

اللَّيْلَةِ كَانَ بُطْرُسُ نَائِمًا بَيْنَ جُنْدِيَّيْنِ مَعْلُولًا بِسِلْسِلَتَيْنِ * وَكَانَ الْحُرَّاسُ اَمَامَ الْاَبْوَابِ

7 يَحْرُسُونَ الْحَبْسَ * اِذْ وَقَفَ بِهِ مَلَاكُ الرَّبِّ * فَاَسْرَفَ نُورٌ فِي الْمَسْكَنِ فَضَرَبَ جَنْبَ بُطْرُسَ

8 وَاَهَصَهُ قَائِلًا قُمْ مُسْرِعًا * فَسَقَطَتِ السِّلْسِلَتَانِ مِنْ يَدَيْهِ * وَقَالَ لَهُ الْمَلَاكُ تَمَنْطَقْ وَالْبَسْ

نَعْلَيْكَ * فَعَمِلَ هٰكَذَا * فَقَالَ لَهُ اَلْبَسْ ثَوْبَكَ وَاتْبَعْنِي * وَخَرَجَ يَتْبَعُهُ وَلَمْ يَعْلَمْ اَنَّ الصَّائِرَ

9 بِالْمَلَاكِ هُوَ حَقٌّ * بَلْ كَانَ يَظُنُّ اَنَّهُ يُبْصِرُ مَنَامًا * فَاِذْ عَبَرَا الْحَرَسَ الْاَوَّلَ وَالثَّانِيَ اَقْبَلَا اِلَى

10 بَابِ الْحَدِيدِ الْمُؤَدِّي اِلَى الْمَدِينَةِ * فَانْفَتَحَ مِنْ ذَاتِهِ لَهُمَا وَخَرَجَا * فَعَبَرَا فِي سَارِعٍ وَاحِدٍ * وَلِلْحِينِ

اِبْتَعَدَ الْمَلَاكُ مِنْهُ * فَعَادَ بُطْرُسُ اِلَى ذَاتِهِ وَقَالَ * اَلْاٰنَ عَلِمْتُ بِتَحْقِيقٍ اَنَّ الرَّبَّ اَرْسَلَ مَلَاكَهُ

11 وَاَنْقَذَنِي مِنْ يَدِ هِيرُودُسَ وَمِنْ كُلِّ سَعْبِ الْيَهُودِ * ثُمَّ *

* قِرَاءَةُ الْاِثْنَيْنِ مِنَ الْجُمُعَةِ الْخَامِسَةِ بَعْدَ الْفِصْحِ * * كَطْ *

12 * فَاِذَا عَلِمَ يَقِينًا جَاءَ اِلَى مَنْزِلِ مَرْيَمَ اُمِّ يُوحَنَّا الْمُلَقَّبِ مَرْقُصَ * حَيْثُ كَانَ قَوْمٌ كَثِيرُونَ

13 بِهِ مُجْتَمِعِينَ وَمُصَلِّينَ * فَلَمَّا قَرَعَ الْبَابَ تَقَدَّمَتْ صَبِيَّةٌ اِسْمُهَا رُودَهْ تَسْمَعُ * فَاِذْ عَرَفَتْ

14 صَوْتَ بُطْرُسَ مِنْ وُفُورِ سُرُورِهَا لَمْ تَفْتَحِ الْبَابَ * بَلْ رَجَعَتْ مُسْرِعَةً وَاَخْبَرَتْهُمْ اَنَّ بُطْرُسَ

15 بِالْبَابِ وَاقِفٌ * فَقَالُوا لَهَا قَدْ جُنِنْتِ * فَلَبِثَتْ تُحَقِّقُ قَوْلَهَا اَنَّ كَذٰلِكَ هُوَ * فَقَالُوا مَلَاكُهُ

16 هُوَ * فَلَبِثَ بُطْرُسُ يَقْرَعُ الْبَابَ * فَلَمَّا فَتَحُوا اَبْصَرُوهُ وَدُهِلُوا * فَهُوَ بِحَوْمِهِمْ يَدَهُ لِيُسْكِتُوا

17 وَحَدَّثَهُمْ كَيْفَ اَخْرَجَهُ الرَّبُّ مِنَ الْحَبْسِ * وَقَالَ لَهُمْ اَخْبِرُوا بِهٰذِهِ الْبَدَائِعِ يَعْقُوبَ وَالْاِخْوَةَ *

وَخَرَجَ فَذَهَبَ اِلَى مَوْضِعٍ اٰخَرَ * ثُمَّ * * فَلَمَّا اَضْحَى النَّهَارُ صَارَ فِي الْجُنْدِ اضْطِرَابٌ لَيْسَ

18 يَيْسِيرٍ * قَائِلِينَ تُرَى مَاذَا اَصَابَ بُطْرُسَ *

Cúmque animadvertiſſet id gratum eſſe 3
Judæis, perrexit adhuc apprehendere
Petrum (accidit autem hoc in diebus
Azymorum). Quem cùm apprehendiſſet, 4
poſuit in carcerem, tradiditque eum
quatuor militibus tribunus quartanis ut
cuſtodirent eum, volens eum producere
populo poſt Paſcha. Dum autem eſſet 5
Petrus in carcere detentus, offerebat
Eccleſia ad Deum pro ipso preces conti-
nuas. Et cùm propoſuiſſet Herodes eum 6
ipſis producere, eâdem nocte erat Petrus
dormiens inter duos milites, vinctus
catenis duabus: & cuſtodes ante ja-
nuas cuſtodiebant carcerem. Inte im 7
adſtitit ei angelus Domini (& lumen re-
fulſit in domiculio) percuſſitque latus
Petri, & excitavit eum dicens; Surge
feſtinus. Et excidit utraque catena de
manibus ejus. Dixit etiam ei ange- 8
lus; Præcingere, & induere ſoleis tuis.
Et fecit ſic. Et dixit illi; Indue veſti-
mentum tuum, & ſequere me. Egreſſus 9
igitur ſequutus eſt eum, & ignorabat
rem quæ per Angelum fiebat, eſſe ver.m:
ſed exiſtimabat ſe ſomnium videre.
Cumque præteriſſent ambo cuſtodiæ 10
locum primum & ſecundum, devene-
runt ad portam ferream quæ ducit ad
urbem, & aperta eſt eis ultrò, egreſſique
ſunt: & tranſeuntes per vicum unum,
ſtatim receſſit Angelus ab eo. Et Petrus 11
ad ſe reverſus, dixit; Nunc pro certo
cognovi quòd Dominus miſerit angelum
ſuum, & eripuerit me de manu Hero-
dis, totòque populo Judæorum. Hactenus,

Lectio feriæ ſecundæ hebdomadæ quintæ poſt Paſcha.

Cùm ergò rem pro certo ſciviſſet, venit 12
ad domum Mariæ matris Johannis
qui cognominabatur Marcus, ubi erat
turba multa, illic congregati, & orantes.
Cùm autem pulſáſſet oſtium, proceſſit 13
puella nomine Roſa, ut ſubauſcultaret. Et ut agnovit vocem Petri, præ 14
eruptione gaudii ſui non aperuit oſtium,
ſed feſtina recurrens, annuntiavit eis
ſtare Petrum ante januam. Inquiunt ei, 15
Inſanis. Illa verò inſtitit aſſeverans
ſermonem ſuum ſic ſe habere. Dixerunt;
Angelus ejus eſt. Perſeverabat autem 16
Petrus januam pulſare. Et cùm ape-
ruiſſent, viderunt eum, & obſtupuerunt.
Ipſe verò innuit eis manu ſuâ ut tacc- 17
rent: narravitque eis quomodo eduxiſſet
eum Dominus è carcere. Tum dixit
illis; Referte has novitates Jacobo &
fratribus. Et egreſſus abiit in alium
locum. Hactenus. *Porrò ubi diluxit* 18
dies, facta eſt in militibus turbatio
non parva: & dicebant; Quid fortè ac-
cidit Petro?

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

8 ወይቤሎ : ውእቱ : ሞልኣክ : ቅንት : ሐቌኪ : ወተሠአኒ : ለሰእኒኪ : ወገብረ : ከማሁ : :
9 ወይቤሎ : ተዐፀፍኬ : ልብሰኪ : ወኀዲ : ትልወኒ :=: ወወፅአ : ወተለመ :: ወሊያእመ
ረ : ጴጥሮስ : ኵሙ : እውነ : ውእቱ : ዘእስተርአዮ : ሞልኣክ : ወሞስሎ : ሕልሞ : ዘ
10 የሐልሞ : :=: ወወዲአሙ : ቀደሜ : ዐፀድ : ወከልኤ : በጽሑ : ኀበ : ናሓተ : ኀጺኘ : ወተርኅ
ወት : ለሊሃ : ኦቤሃ :: ወኢአሙ : ሖሩ : አሐተ : ሰንዮተ : ወሐደጎ : ዝኩ : ሞልኣክ : ዘይ
11 ቀርሖ : ለጴጥሮስ :=: ወገብአ : ልቡ : ሶቢሃ :: ወይቤ : ይእዜ : አእመርኩ : ኵሙ : ለማኅ : ፈኅ
ወ : እግዚአብሔር : ሞልኣኮ : ወአድኅነኒ : እምእደሁ : ለሄሮድስ : ወእምኵሉ : ተሰፋሆሙ :
ለሕዝብ : አይሁድ : :=:

በሥ : ማርያም : ወበማርቆስ : ዘንበብ :=:

12 ወእመጽ : ሐረ : ቤተ : ማርያም : እሙ : ለዮሐንስ : ዘተሰምየ : ማርቆስ : ኀበ : ሀለው : ጉብኤ
13 ኀ : ወይጼልዩ : በእንቲኣሁ : :=: ወጕድጕደ : ሩኅተ : ዴዴ : መጽአት : ታርኅው : ወለት :
14 እንተ : ሱሳ : ሮዴ :=: ወአእሚረ : ቃለ : ጴጥሮስ : እመትፍሠሕት : ሊያ ርሐወት :
15 ዴዴ : ወርፀት : ወነገረቶሙ : እንዘ : ይቀውም : ጴጥሮስ : ኀበ : ሩኅተ : ዴዴ :=: ወይ
ቤልዋ : ተዐብዪኑ : ተዐገሢ :: መዕረ : ወጕድጕደ : በሕቁ : ወይቤሉ : ሞልኣክኑ : እንጋ :
16 ወእቱ : :=: ወጕንደየ : ጴጥሮስ : እንዘ : ደጕደጕድ : ወሶበ : ለርኅው : ወርእይ
17 ዎ : ደንግፀ : :=: ወይቤሎሙ : አርሞሙ : ወነገርሙ : ዘከሙ : ለወጽአ : እግዚአብሔር :
እመቅሕ :: ወይቤሎሙ : ንግርሞሙ : ለያዕቆብ : ወለእኁሎሙ : ለኀዊነ :: ወወጽአ : ወሖረ :
18 ከልኤ : ቤተ :=: ወእቢሑ : ተሀውኩ : ኵነራት : ፈድፋደ : ወይቤሉ : መንቶኑ : እን
ጋ : ኮነ : ጴጥሮስ :=:

Et dixit ei iſte angelus; Cinge lumbos tuos, & calcea calceos tuos: & fecit ita: 8
& dixit ei, Indue pallium tuum, & veni, ſequere me. Et exivit, & ſequutus eſt 9
eum: & neſciebat Petrus quòd verum ſuit quòd apparuit ei angelus: & videba-
tur ei ſomnium, quod ſomniáſſet. Et exeuntes primo atrio & ſecundo, venerunt 10
ad portam ferream, & aperta fuit de ſeipſa: tunc exeuntes progreſſi ſunt unum vi-
cum, & reliquit eum iſte angelus qui ducebat Petrum. Et reverſum eſt ei cor ejus 11
ſtatim, & dixit; Nunc novi quòd verè miſit Deus angelum ſuum, & liberavit
me è manu Herodis, & ab omni expectatione populi Judæorum.

In tertia Mariæ: & in Marci feſto, Lectio.

Et tunc venit domum Mariæ matris Johannis, qui nominatus fuit Marcus, ubi 12
fuerunt congregati, & orantes pro eo. Et pulſante oſtium januæ, venit ut aperiret 13
ei filia, cujus nomen erat Rhode. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non ape- 14
ruit januam, ſed cucurrit & nuntiavit iis, ſtante Petro ad oſtium januæ. Et di- 15
xerunt ei, Inſaniſne? perſeverabat altera vice, & pulſavit paululúm: & dixerunt,
Angelúsne igitur eſt? Et moratus eſt Petrus pulſans: & quum aperuiſſent, & 16
vidiſſent eum, obſtupuerunt. Et dixit iis ut tacerent: & nuntiavit iis quomodo 17
eduxiſſet eum Deus è carcere, & dixit iis; Nuntiate Jacobo & omnibus fratribus
noſtris: & egreſſus eſt, & abiit in aliam domum. Et manè conturbati ſunt mi- 18
lites valdè, & dixerunt; Quid igitur factum eſt de Petro?

Digitized by Google

Herodes autē requirens eum, & non inveniens, inquirens custodes, jussit ad-
19 (γ) Ἡρῴδης ὁ ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπα-
plicium trahi: & descendens à Judæa in Cæsaream, commoratus est. Erat autem
20 χθῆναι· καὶ καταβὰς ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας (δ) εἰς Καισάρειαν, διέτριβεν. Ἦν (ε) δὲ ὁ
Herodes iratus Tyriis & Sidoniis: Uno animo autem advenerūt ad eum, &
Ἡρῴδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις· ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, καὶ
persuadentes Blasto, qui super cubiculum regis, postulabant pacem, propter
πείσαντες Βλάστον, τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, (ζ) ἠτοῦντο εἰρήνην, διὰ τὸ
ali ipsorum regionem à regia. Statuto autem die Herodes vesti-
21 τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρῴδης ἐνδυσάμε-
tus vestem regiam, & sedens pro tribunali, concionabatur ad eos. At
22 νος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς. Ὁ δὲ
populus acclamabat; Dei Vox, & non hominis. Confestim autem percussit eum an-
23 δῆμος ἐπεφώνει, Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου. Παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγ-
gelus Domini, pro quibus non dedisset gloriam Deo: & factus vermibus corro-
γελος Κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ· καὶ γενόμενος σκωληκόβρω-
24 τος, ἐξέψυξεν. Ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ (η) ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. Βαρνάβας δὲ καὶ
25 Σαῦλος ὑποστρέψαντες ἐξ Ἰερουσαλὴμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν· συμπαραλα-
βόντες (θ) καὶ Ἰωάννην, τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον.

Herodes verò quum requisisset eum, nec inveniſſet, condemnavit custodes, & jussit eos necare. Et excessit è Judæa, atque commoratus est in Cæsarea. Quoniam autem iratus erat contra Tyrios & Sidonios, congregati sunt, eúmque simul adiêre: & persuaſo Blasto cubiculario regis, postulârunt ab eo ut haberent pacem, propterea quòd dispensatio regionis ipsorum ex regno ipsius Herodis erat. Die autem percelebri indutus erat Herodes veste regiâ, sedebátq; pro tribunali, verbáque faciebat ad turbam. Totus verò populus clamabat, & dicebat; Hæ sunt voces Dei, & non hominum. Verùm eò quòd non tribuisset gloriam Deo, eâ ipsâ horâ feriit eum angelus Domini, & ebullivit vermibus, atque mortuus est. Proindè Evangelium Dei prædicabatur, & incrementum capiebat.

CAP. XIII. ιγ'.

1 Ἦσαν (α) δέ τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν, προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ, τε
Barnabas & Simon vocatus Niger, & Lucius Cyrenæus, Manahénque Herodis
Βαρνάβας καὶ Συμεὼν ὁ καλούμενος Νίγερ, καὶ Λούκιος ὁ Κυρηναῖος, Μαναήν τε Ἡρῴδου
Tetrarchæ coëducatus, & Saulus. Ministrantibus autē illis Domino, & jejunan-
2 τῆς Τετραάρχου σύντροφος, καὶ Σαῦλος. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστευόν-

Segregate mihi & Barnabam & Saulum, in opus quod advocavi eos. Tunc jejunantes & precati, & imponentes manus eis, dimiserunt. Hi quidem emissi à Spiritu sancto, descenderunt in Seleuciam: illincque abnavigaverunt in Cyprum. Et facti in Salamina annuntiabant verbum Dei in synagogis Judæorum. Habebāt autē & Joannem ministrum. Peregrantes autem insulā usque ad Paphum, invenerunt quendā magum pseudoprophetā Judæum, cui nomen Bar-Jesu: Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic advocans Barnabam & Saulum, expetebat audire verbum Dei. Resistebat autē illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen ejus,) quærens avertere Proconsulem à fide. Saulus autem, (qui & Paulus,) repletus Spiritu sancto, & intuens in eum, Dixit: O plene omni dolo & omni maleficentiâ, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non cessabis pervertere vias Domini rectas?

τῶν δὲ αὐτῶν καὶ προσευχομένων, ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν. (γ) Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ
Spiritu sancto, descenderunt in Seleuciam: illincque abnavigaverunt in
(δ) τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, κατῆλθον εἰς Σελεύκειαν· ἐκεῖθέν τε ἀπέπλευσαν (ε) εἰς
Cyprum. Et facti in Salamina annuntiabant verbum Dei in
Κύπρον. Καὶ γενόμενοι ἐν (ζ) Σαλαμῖνι κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς
synagogis Judæorum. Habebāt autē & Joannem ministrum. Peregrantes autem
συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων. Εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. Διελθόντες δὲ (η)
insulā usque ad Paphum, invenerunt quendā magum pseudoprophetā Judæum, cui nomen Bar-Jesu: Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic
μα (ι) Βαριησοῦ· Ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. Οὗτος
advocans Barnabam & Saulum, expetebat audire verbum Dei. Re-
προσκαλεσάμενος Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ἀνθ-
sistebat autē illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen ejus,)
ίστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος, (κ) (οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ,)
quærens avertere Proconsulem à fide. Saulus autem, (qui & Paulus,)
ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. Σαῦλος δὲ, (ὁ καὶ Παῦλος,)
repletus Spiritu sancto, & intuens in eum, Dixit: O plene omni
πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου, (λ) καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν, Εἶπεν, Ὦ πλήρης παντὸς
dolo & omni maleficentiâ, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non cessabis
δόλου καὶ πάσης ῥαδιουργίας, υἱὲ διαβόλου, ἐχθρὲ πάσης δικαιοσύνης, οὐ παύσῃ
pervertere vias Domini rectas?
διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας;

MS. A. (γ) Ἡρῴδης τοῦ (δ) εἰς Καισάρειαν, διέτριψεν. (ε) δὲ συμμαχῶν (ζ) ἠτήσαντο
(η) ηὐξάνετο (θ) Ἰωάννην, τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον. Κεφ. ιγ'. MS. A. (α) δὲ ἐν (β) τε Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, (γ) Αὐτοὶ (δ) τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀπῆλθον εἰς Σελεύκειαν;
(ε) εἰς Κύπρον. (ζ) Σαλαμῖνι (η) ὅλην τε (θ) οὖραν ἄνδρα τινὰ (ι) Βὰρ Ἰησοῦν (κ) (οὕτως (λ) ἀτενίσας

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Herodes verò quum requisisset eum, nec inveniſſet, condemnavit custodes, & jussit eos necare. Et excessit è Judæa, atque commoratus est in Cæsarea. Quoniam autem iratus erat contra Tyrios & Sidonios, congregati sunt, eúmque simul adiêre: & persuaſo Blasto cubiculario regis, postulârunt ab eo ut haberent pacem, propterea quòd dispensatio regionis ipsorum ex regno ipsius Herodis erat. Die autem percelebri indutus erat Herodes veste regiâ, sedebátq; pro tribunali, verbáque faciebat ad turbam. Totus verò populus clamabat, & dicebat; Hæ sunt voces Dei, & non hominum. Verùm eò quòd non tribuisset gloriam Deo, eâ ipsâ horâ feriit eum angelus Domini, & ebullivit vermibus, atque mortuus est. Proindè Evangelium Dei prædicabatur, & incrementum capiebat.

Dominicâ quartâ Jejunii. 34.

Barnaba autem & Saul reversi sunt ex Ierusalem Antiochiam, postquàm explevissent ministerium suum; assumpserúntque secum Johannem illum qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

Erant porrò in Ecclesia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores, Barnaba, & Simon qui vocatur Niger, & Lucius ex Cyrene urbe, & Manael filius educatorum Herodis Tetrarchæ, & Saul. Quúmque ipsi jejunarent, & preces auspicarentur Deo, dixit eis Spiritus sanctitatis; Secernite mihi Saul & Barnabam operi ad quod ego vocavi eos. Postquàm igitur jejunâssent, ac preces auspicati fuissent, imposuerunt eis manum, & dimiserunt eos. Ipsi autem quum emissi essent à Spiritu sanctitatis, descenderunt Seleuciam, & illinc per mare navigârunt ad usque Cyprum. Quúmque introissent Salaminam urbem, evangelizabant sermonem Domini nostri in synagogis Judæorum: & Johannem ministrum habebant. Porrò quum perlustrâssent totam insulam usque ad Paphum urbem, nacti sunt virum quendam magum Judæum, qui erat pseudopropheta, cui nomen erat Bar-Suma. Iste adhærebat viro sapienti qui erat Proconsul, vocabatúrque Sergius Paulus. Advocavit autem Proconsul Saul & Barnabam, & petebat ut audiret ab eis sermonem Dei. Resistebat autem eis hic ipse magus Bar-Suma, cujus nomen exponitur Elumos; quippe qui vellet avertere Proconsulem à fide. Saul autem ille qui vocatus est Paulus, repletus est Spiritu sanctitatis, & intuitus eum, Dixit; O plene omnibus dolis, omnibusque flagitiis, fili criminatoris, & infense omni æquitati, non cessabis pervertere vias rectas Domini?

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

19 ወሖሠሦ : ሄሮድስ : ወኀጢኦ : ወአምዘ : ኮነኖሙ : ለሰገራት:: ወወረደ: አመነ:ይሁደ:
20 ለቂሳርያ : ከመ : ይኵንን : አሰመ : ተጋለዙ : ለህጉረ : ጢርስ : ወሲደና : ወመጽሉ :
ሳቡረ : ሳቤሁ : ወለስተብቍዕዎ : ለበዓስጦን : ደቀ : ጽርሑ : ለንጉሠ ፡ ይዕር
21 ቆሙ : እስመ : አሙቤተ: ንጋሢ:ይዜሰዩ: ለብሑር::=ፁ ወአመዝ : አሐተ : ዕለተ :
22 ለብሰ : ሄር ድስ : ልብሰ : መንግሠቱ : ወነበረ : ዐወደ : ወለሳዘ ፡ ይኵንኖሙ:=ፁ ወአ
ወየው፡ ሀገር: በቃለ : እግዚአብሔር: በቃለ: ሰብእ::=ፁ

Et quæsivit eum Herodes & non invenit eum: & tunc condemnavit milites, & descendit à Judæa ad Cæsaream, ut judicium administraret. Quia judicio contendissent civitates Tyri & Sidonis, & venerunt simul ad eum, & regârunt Blastum cubicularium regis ut amicitiam præberet iis, quia à domo regis nutriebat regionem. Et tunc unâ die indutus fuit Herodes veste regiâ, & sedit pro tribunali, & incepit judicare eos. Et acclamavit civitas, In voce Dei, in voce hominis.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

19 Herodes autem cùm requisîsset eum, & non invenisset, inquisitione factâ de custodibus, jussit eos duci: descendénsque à Judæa in Cæsaream, ibi commoratus est.
20 Erat autem iratus Tyriis, & Sidoniis. At illi unanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eò quòd alerentur regiones eorum ab illo. Statuto autem die, Herodes vestitus veste regiâ, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eò quòd non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus, expiravit. Verbum autem Domini crescebat, & multiplicabatur. Barnabas autem & Saulus reversi sunt ab Jerosolymis expleto ministerio, assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

1 ERant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. 2 Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus; Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. 3 Tunc jejunantes, & orantes, imponentésque eis manus, dimiserunt illos. 4 Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto abierunt Seleuciam; & indè navigaverunt Cyprum. 5 Et cùm venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in synagogis Judæorum. Habebant autem & Joannem in ministerio. 6 Et cùm perambulâssent universam insulam usque Paphum, invenerunt quendam virum magum pseudoprophetam, Judæum, cui nomen erat Barjesu, 7 Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic, accersitis Barnabâ & Saulo, desiderabat audire verbum Dei. 8 Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconsulem à fide. 9 Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum, 10 Dixit; O plene omni dolo, & omni fallaciâ, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas?

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

19 * وَلَمَّا طَلَبَهُ هِيرُودُسُ وَلَمْ يَجِدْهُ حَكَمَ عَلَى ٱلسَّجَّانِينَ بِقَتْلِهِمْ وَأَمَرَهُمْ بِٱلْخُصَارِ * ثُمَّ ٱنْحَدَرَ
20 مِنْ بَلَدِ ٱلْيَهُودِيَّةِ * يَطُوفُ إِلَى قَيْسَارِيَةَ * وَكَانَ هِيرُودُسُ حَادَّ ٱلْغَضَبِ عَلَى ٱلصُّورِيِّينَ *
وَٱلصَّيْدَانِيِّينَ * فَحَضَرُوا إِلَيْهِ عِنْدَهُ * وَأَقْنَعُوا بَلَاسْطُونَ صَاحِبَ فِتْيَةِ ٱلْمَلِكِ * وَسَأَلُوهُ أَنْ
21 يَسْعَى فِي ٱلصُّلْحِ وَٱلسَّلَامَةِ * مِنْ أَجْلِ أَنَّ قُوتَ بَلَدِهِمْ مِنَ ٱلْأَوْقَاتِ ٱلْمَلِكِيَّةِ * فَرَبَّ
22 هِيرُودُسُ يَوْمًا لَبِسَ فِيهِ حُلَّةً مَلِكِيَّةً * وَجَلَسَ فِي مَجْلِسِهِ وَخَاطَبَهُمْ مُخَيِّرًا * فَهَتَفَ ٱلْجَمْعُ
23 إِنَّ هٰذَا صَوْتُ ٱلْإِلٰهِ لَا صَوْتُ إِنْسَانٍ * فَلِلْحَيْنِ ضَرَبَهُ مَلَاكُ ٱلرَّبِّ * عِوَضَ لَمْ يُعْطِ ٱلْمَجْدَ
لِلّٰهِ * وَصَارَ ٱلدُّودُ يَأْكُلُهُ وَمَاتَ * وَنَمَى قَوْلُ ٱللّٰهِ وَكَثُرَ جِدًّا *
24 * وَرَاءَهُ ٱلثَّلَثَا مِنَ ٱلْجُمْعَةِ ٱلْخَامِسَةِ بَعْدَ ٱلْفِصْحِ * * مَ *
25 * وَبَرْنَابَا وَصَوْلُصُ رَجَعَا إِلَى أُورُشَلِيمَ لَمَّا أَكْمَلَا ٱلْخِدْمَةَ * وَأَخَذَا يُوحَنَّا ٱلْمُلَقَّبَ بِمَرْقُصَ *

1 * اَلْفَصْلُ ٱلثَّالِثُ عَشَرَ * * وَكَانَ بِأَنْطَاكِيَةَ قَوْمٌ فِي ٱلْكَنِيسَةِ ٱلَّتِي بِهَا أَنْبِيَاءُ وَمُعَلِّمُونَ *
وَبَرْنَابَا وَسِمْعَانُ ٱلْمُلَقَّبُ بِنَيْجَارَ وَلُوكِيُوسُ ٱلْكُورِينَائِيُّ وَمَانَايِنُ ٱلْمُرَبِّي مَعَ هِيرُودُسَ رَئِيسِ ٱلرُّبْعِ *
2 وَصَوْلُصُ * وَبَيْنَمَا هُمْ يُخْدِمُونَ ٱلرَّبَّ وَيَصُومُونَ قَالَ رُوحُ ٱلْقُدُسِ * أَفْرِزُوا لِي بَرْنَابَا وَبَوْلُصَ
3 لِلْعَمَلِ ٱلَّذِي دَعَوْتُهُمَا إِلَيْهِ * فَصَامُوا حِينَئِذٍ وَصَلَّوْا * وَوَضَعُوا أَيْدِيَهُمْ عَلَيْهِمَا وَأَرْسَلُوهُمَا *
4 5 * فَإِذْ أَرْسَلَهُمَا رُوحُ ٱلْقُدُسِ ٱنْحَدَرَا إِلَى سَلُوكِيَةَ * وَمِنْ هُنَاكَ رَكِبَا فِي ٱلْبَحْرِ إِلَى قُبْرُصَ * وَإِذْ حَصَلَا
فِي سَلَامِينَ أَخَذَا يُبَشِّرَانِ بِكَلَامِ ٱللّٰهِ فِي جَمِيعِ ٱلْيَهُودِ * وَكَانَ مَعَهُمَا يُوحَنَّا يَخْدُمُهُمَا * فَلَمَّا طَافَا ٱلْجَزِيرَةَ
6 إِلَى بَافُسَ صَادَفَا إِنْسَانًا سَاحِرًا نَبِيًّا كَاذِبًا يَهُودِيًّا ٱسْمُهُ بَارْ يَسُوعَ * وَكَانَ مَعَ سِرْجِيُوسَ ٱلْبُطْرِيقِ
7 مَعَ بَوْلُوصَ ٱلرَّجُلِ ٱلْفَهِيمِ * هٰذَا ٱسْتَحْضَرَ بَرْنَابَا وَبَوْلُصَ * وَطَلَبَ أَنْ يَسْمَعَ كَلَامَ ٱللّٰهِ * فَقَاوَمَهُمَا
8 ٱلْمَاسُ ٱلسَّاحِرُ * لِأَنَّ هٰكَذَا يُتَرْجَمُ ٱسْمُهُ * طَالِبًا أَنْ يَرُدَّ ٱلْبُطْرِيقَ مِنَ ٱلْأَمَانَةِ * فَٱمْتَلَأَ صَوْلُصُ
9 ٱلْمُلَقَّبُ بَوْلُصَ مِنْ رُوحِ ٱلْقُدُسِ * وَنَظَرَ فِيهِ * وَقَالَ لَهُ * أَيُّهَا ٱلْمَوْعَبُ كَافَّةَ ٱلْغِشِّ وَجُمْلَةَ
10 ٱلْمَكْرِ * يَا ٱبْنَ ٱلْخَالِ وَعَدُوَّ كُلِّ عَدَالَةٍ * أَمَا تَفْتُرُ مِنْ تَعْكِيسِ طُرُقِ ٱلرَّبِّ ٱلْمُقَوَّمَةِ *

Cùmque requisisset eum Herodes, nec invenisset, militibus morte damnavit, præcipiens illis ut sisterent eum. Deindè descendit de regione Judææ perambulaturus Cæsaream usque. Erat autem Herodes iratus contra Tyrios & Sidonios: quapropter convenerunt eum, & persuaserunt Blastoni regiæ testudinis præfecto, eumq; rogârunt ut conciliationem pacemq; curaret: siquidem alimonia regionis eorum è demensis erat regiis. Statuit ergò diem Herodes, quo regiâ veste indutus sedit pro tribunali, & allocutus est eos cum apparatu. Exclamavit autem turba dicens, Vox ista Dei est, non vox hominis. Confestim autem percussit eum angelus Domini, pro eo quòd non tribuisset gloriam Deo: cæperuntque vermes devorare eum, & mortuus est. Et sermo Domini augescebat & multiplicabatur valdè.

Lectio feriæ tertiæ hebdomadis quintæ post Pascha.

Cæterùm Barnaba & Saulus redierunt in Jerusalem, absoluto ministerio: duxerúntque Johannem qui cognominabatur Marcus.

CAP. XIII.

bulantibus, *sed secundùm spiritum*. *Nam* lex spiritûs vitæ in Christo
πατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ 2
Jesu, liberavit me à lege peccati, & mortis. Nam impossi-
Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ θανάτου. Τὸ γὰρ ἀδύνα- 3
bile *legis*, in quo infirmabatur per carnem, Deus suum*ipsum* filium mittens in
τον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν
similitudinem carnis peccati, & de peccato, damnavit peccatum in carne:
ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· 4
Ut justificatio legis impleretur in nobis, non secundùm carnem *ambulantibus*,
Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, 4
sed secundùm spiritum. *Nam* secundùm carnem *existentes*, *ea* quæ carnis, sa-
ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρο- 5
piunt: qui verò secundùm spiritum, *ea* quæ spiritûs.
νοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος.

MS. A. (β) ἐγένετο (γ) δὲ (δ) σάρκινός (ε) κλῆρον, ἔ. Οὐ γὰρ (ζ) ἀντιστρατευόμενον, καὶ αἰχμαλωτίζοντα τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου τῷ ὄντι ἐν τοῖς ΚΕΦ. ν'. MS. A. (α) περιπατοῦσιν. Ὁ γὰρ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Peccatum enim occasione illâ quam nactum 11
est sibi per præceptum, seduxit me, & per
illam necavit me. Lex itaque sancta est, & 12
præceptum sanctum, justúmque, & bonum.
Bonum ergò mihi ad mortem factum est? 13
absit: imò peccatum, ut appareret pecca-
tum esse, quod per bonum consummavit in
me mortem: ut magis obnoxium esset pec- 14
catum per præceptum. Scimus enim Legem
Spiritûs esse; ego verò carnis sum, & ven-
ditus sum peccato. Quod enim perpetro, 15
non agnosco: neque quod volo, facio; sed
quod odi, illud ipsum ago. Sed si quod no- 16
lo, ego facio, suffragium fero Legi eam bo-
nam esse. Nunc autem non ego quidem 17
hoc perpetro, sed peccatum quod habitat in
me. Novi enim non habitare in me, (hoc 18
est autem in carne mea) bonum: nam ut ve-
lim bonum, facile quidem mihi est; at ut
illud exequar impotens sum. Non enim 19
bonum quod volo facere, facio: sed malum
quod nolo exequi, idipsum exequor. Quòd 20
si illud quod nolo, facio, non ego quidem
facio, sed peccatum quod habitat in me.
Comperio ergò hanc legem consentientem 21
menti meæ volenti benè agere, *quoniam*
malum propinquum est mihi. Delector e- 22
nim Lege Dei in homine interiore. Sed vi- 23
deo legem aliam in membris meis quæ pu-
gnat adversùs legem mentis meæ, & capti-
vum me reddit legi peccati, quæ est in mem-
bris meis. Miser ego homo, quis me libe- 24
rabit à corpore isto mortis? Gratias ago 25
Deo, per Dominum nostrum Jesum Chri-
stum.

Aurorâ dominicæ magnæ Resurrectionis. 13.

Nunc igitur ego quidem mente meâ servus 26
sum Legis Dei, carne verò meâ sum servus
legis peccati.

CAP. VIII.

PRoinde nulla est condemnatio iis qui 1
non ambulant secundùm carnem in Jesu
Christo. Lex enim spiritûs vitæ, qui est in 2
Jesu Christo, liberavit te à lege peccati &
mortis. Nam quum impotens esset Lex 3
propter infirmitatem carnis, misit Deus Fi-
lium suum in similitudine carnis peccati,
propter peccatum, ut reum perageret pec-
catum in carne ipsius. Ut justitia Legis in 4
nobis adimpleatur, qui non carne ambu-
lamus, sed Spiritu. Ii enim qui carnales sunt, 5
quæ carnis sunt cogitant; qui verò spiritu-
ales sunt, quæ sunt Spiritûs cogitant.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

11 እስመ : ኮኖታ : ምክንያተ : ይእቲ : ትእዛዝ : ለሳጢአት : ወበእንቲአሃ : ኬደኒ : ወቀተለ
12 ኒ።።=። ወይእዜኒ : ሥሪትሰ : ቅድስት : ወትእዛዝኒ : ጽድቅ : ወሠናይ : ወበረከ
13 ት።=። እፎኑ : እንከ : ሊተኒ : ደአሙ : ቀታሌ : ይከውነኒ : ዝኩ : ዘሠናይ : ሊሐስብ ::
ለኦኑ : ከመ : ይትዐወቅ : ኃጥእ : ወከሙ : ትትለመር : ሳጢአት : እመሠአቱ : ትለዘዝ :
14 መጽለት : ለሪት : ወከመ : ትቀልጥ : ሠናየ : እመእኩይ።።=። ነ ናለመር : ከመ : ለሪ
15 ትሰ : በመንፈስ : ቅዱስ : ሠለቱ : ወለእነ : ዘለነ : ወይሙ : ለሠቡጥ : ለሳጢአት።።=። እ
16 ስሙ : ዘሊያለመር : ለገብር : ወዝኩ : ዘለጸልእ : ኪያሁ : ክሙ : እገብር።=። ወእመሰ
ኬ : ዘሊይፈቅድ : እገብር : ሠናየኬ : ክዕበ : ዝኩ : ዘመጽለት : ሕገገ : ለሪት።።=።

Quoniam occasio fuit illud mandatum peccato, & per illud conculcavit me, 11
& occidit me. Nunc autem lex sancta est, & mandatum justum est, & bo- 12
num, atque benedictum. Quomodo igitur mihi tantùm ad occisionem factum 13
est illud quod est mutum boni habet? Annon ut notus esset peccator, & ut di-
gnoscetur peccatum ex ipso mandato, advenit lex; & ut distingueret bonum à
malo? Scimus quòd Lex quidem per Spiritum sanctum est: ego autem ex car- 14
ne & sanguine venditus peccato. Quoniam quod ignoro, perpetro: & hoc 15
quod odio habeo, illud idem facio. Si autem id quod nolo, facio, bonum est 16
proinde hoc quòd adveniet mandatum legis.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

11 Nam peccatum occasione acceptâ per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.
12 Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum. Quod er-
13 gò bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: ut fiat supra modum peccans peccatum
14 per mandatum. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum,
15 venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo: non enim quod vo-
16 lo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud
17 facio: consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem jam non ego operor illud,
18 sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam velle, adjacet mihi: perficere autem bonum, non invenio.
19 Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si au-
20 tem quod nolo, illud facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat in me,
21 peccatum. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet: Condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei; carne autem, legi peccati.

22 23 24 25

CAP. VIII.

Nihil ergò nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundùm 1
carnem ambulant. Lex enim spiritûs vitæ in Christo Jesu liberavit me à lege 2
peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per car- 3
nem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, Ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non se- 4
cundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum. Qui enim secundùm carnem sunt, 5
quæ carnis sunt, sapiunt: qui verò secundùm spiritum sunt, quæ sunt spiritûs, sentiunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 *لِأَنَّ ٱلْخَطِيَّةَ لَمَّا أَخَذَتْ بِٱلْوَصِيَّةِ جُحَّةً * خَدَعَتْنِي بِهَا وَبَلَتْنِي * فَٱلسَّرِيعَةُ قُدْسُهَ * وَٱلْوَصِيَّةُ
12 مُقَدَّسَةٌ وَعَدْلَةٌ وَصَالِحَةٌ * أَفَصَالِحٌ إِذًا صَارَ لِي مَوْتًا * مَعَاذَ ٱللهِ * بَلِ ٱلْخَطِيَّةُ * لِتَظْهَرَ ٱلْخَطِيَّةُ
13 صَانِعَةً بِٱلصَّلَاحِ مَوْتًا * لِتَصِيرَ ٱلْخَطِيَّةُ خَطَأً يَفُوقُ ٱلْإِفْرَاطَ بِٱلْوَصِيَّةِ * ثُمَّ *

14 * ٱلثَّلَثَا مِنَ ٱلْجُمْعَةِ ٱلثَّالِثَةِ * * وَإِنَّا لَعَالِمُونَ أَنَّ ٱلسَّرِيعَةَ رُوحَانِيَّةٌ هِيَ * وَأَنَا بَشَرِيٌّ

15 أَنَا * فَقَدْ بِعْتَنِي ٱلْخَطِيَّةُ * لِأَنَّ مَا أَعْمَلُهُ لَسْتُ أَعْرِفُهُ * وَلَا ٱلَّذِي أُرِيدُهُ أَفْعَلُهُ * بَلْ مَا أُبْغِضُهُ
16 إِيَّاهُ أَعْمَلُ * فَإِنْ أَكُنْ مَا لَا أُرِيدُ أَعْمَلُهُ * فَأُعْتَرِفُ مُقِرًّا أَنَّ ٱلسَّرِيعَةَ حَسَنَةٌ * فَٱلْآنَ لَسْتُ أَنَا
17 ٱلَّذِي أَعْمَلُهُ أَيْضًا * لَكِنِ ٱلْخَطِيَّةُ ٱلسَّاكِنَةُ فِي نَفْسِهِ * وَإِنِّي لَعَالِمٌ أَنَّهُ لَيْسَ يَسْكُنُ فِيَّ أَيْ فِي
18 بَشَرِي * سَيِّئًا صَالِحًا * أَمَّا ٱلسَّاءَةُ ٱلْخَيْرَ فَلِذَلِكَ مَبْذُولٌ لِي * فَأَمَّا أَنْ أَعْمَلَ ٱلْخَيْرَ فَلَسْتُ أَجِدُ *

19 * لِأَنِّي لَسْتُ أَعْمَلُ ٱلْخَيْرَ ٱلَّذِي أُرِيدُ * بَلِ ٱلشَّرَّ ٱلَّذِي لَسْتُ أُرِيدُهُ * إِيَّاهُ أَعْمَلُ * وَإِنْ كُنْتُ
20 أَعْمَلُ مَا لَا أُرِيدُ أَنَا * فَلَسْتُ أَنَا أَعْمَلُهُ أَيْضًا * لَكِنِ ٱلْخَطِيَّةُ ٱلسَّاكِنَةُ فِي نَفْسِهِ * فَأَجِدُ إِذًا
21 ٱلسَّرِيعَةَ كَمَنْ يُرِيدُ أَنْ يَعْمَلَ بِٱلْخَيْرِ لِأَنَّ ٱلشَّرَّ مَبْذُولٌ لِي * وَمَعَ هٰذَا أَتَلَذَّذُ بِسَرِيعَةِ ٱللهِ
22 تَلَذُّذًا بِحَسَبِ ٱلْإِنْسَانِ ٱلْبَاطِنِ * وَأُعَايِنُ سَرِيعَةً أُخْرَى فِي أَعْضَائِي مُعَسْكِرَةً بِإِزَاءِ سَرِيعَةِ عَقْلِي *
23 تَسْبِينِي بِسَرِيعَةِ ٱلْخَطِيَّةِ ٱلَّتِي هِيَ فِي أَعْضَائِي * إِنِّي إِنْسَانٌ سَقِيٌّ * فَمَنْ ذَا سَوْفَ يُنْقِذُنِي مِنْ
24 جَسَدِ ٱلْمَوْتِ هٰذَا * فَٱشْكُرُ لِلهِ يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ رَبِّنَا * فَأَنَا إِذًا بِنَفْسِي أَخْدِمُ بِعَقْلِي سَرِيعَةَ ٱللهِ *
25 وَأَخْدِمُ بِبَشَرِي سَرِيعَةَ ٱلْخَطِيَّةِ *

Nam peccatum acceptâ per præceptum occasione, decepit me per illud & occidit. Lex quidem sancta, & præceptum sanctum, justum, ac bonum. Ergóne quod bonum est, factum est mihi mors? Absit, imò peccatum: ut appareret peccatum operari mortem per bonitatem, ut peccatum fieret peccatum superans excessum per præceptum. 11 12 13

Finis.

Feriâ tertiâ hebdomadæ tertiæ.

Et quidem novimus quòd lex spiritualis est, at ego carnalis sum, & vendidit me peccatum. Quod enim ago, ipsum 14
ignoro: nec quod volo, hoc facio: sed quod odi, illud ago. Si ergò quod non 15
approbo, hoc facio, ingenuè fateor legem esse bonam. Nunc autem non sum 16
ego qui adhuc illud facio, sed peccatum in me habitans facit illud. Equidem 17
novi quòd non habitet in me, hoc est in carne mea, res bona. Volo quidem bonum, & idcirco est mihi expositum: at ut faciam bonum non reperio. Non 18 19
enim facio bonum quod volo, sed malum quod non volo, ipsum facio. Quod 20
si facio quod ego nolo igitur non ego adhuc facio, sed peccatum in me habitans facit illud. Itaque invenio legem quasi quendam volentem facere in 21
me bonum: (malum enim est mihi expositum.) Prætercà oblector lege Dei 22
oblectatione homini interno propriâ. At video legem aliam in membris meis 23
castrametantem contra legem mentis meæ, quæ me captivum reddit per legem peccati quæ est in membris meis. Equidem homo sum miser. Quis præter te 24
liberabit me ex hoc corpore mortis? At gratias ago Deo Jesu Christo Domino 25
nostro. Itaque ego idem servio mente meâ legi Dei, & servio carne meâ legi peccati.

CAP. VIII.

Non est igitur ulla damnatio iis qui 1
sunt in fide Jesu Christi, dummodo se exerceant non in his quæ propria sunt carnis, sed in his quæ propria sunt spiritus.

Feriâ quartâ infra hebdomadam tertiam.

Nam lex spiritus vitæ per Jesum Chri- 2
stum, emancipavit me à lege peccati & mortis. Hucusque. *Ob defectum* 3
enim virium legis, quo laborabat in carne, misit Deus filium suum sub specie carnis peccati: & propter peccatum condemnavit peccatum per carnem ejus, ut perficeret justitiam legis in 4
nobis qui non ambulamus in his quæ propria sunt carnis, sed in his quæ propria sunt spiritus. Qui enim in his quæ 5
propria sunt carnis versantur, sentiunt voluntates carnales: qui verò in his quæ propria sunt spiritûs versantur, sentiunt consilia spiritualia.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

17 ወይእዜሰኬ : ኢኮንኩ : ለኔ : ገባሪሃ : እንትክቲ : ሓጢኣት : እንተ ፡ ሓደርት : ሳዕሴየ ፡=ፃ
18 ወለኣምር : ከምሰ : ኢትሓድር : ለዕሴየ : እስም : ሠናይ : ውእቱ : ዘውስተ : ሥጋየ ፡፡ ፈቂደ ፡
19 ገቢረ : ሠገይሰ : ሀሎ ፡ ሓቢየ : ወሎግበረ : ሠናየ : ለልብየ ፡=ፃ ወዘእኮሰ : ኢይፈቅድ : እግ
20 በር : ሠገየ : ለኮኑ : ገዙ : እሱየ : ዘለጸልአ : ኪያሁ : ደእሙ : እግበር ፡፡=ፃ ወእመሰኬ : ዘ
ኢይፈቅድ : እገብር : ኢኮንኩ ፡ ለኔ : ገባሪሁ : እንትክቲ : ሓጢኣት : ሓደረት : ሳዕሌየ ፡፡=ፃ
21 ወረክብክሞ : ለዝኩ : ሕግ : ዘፈቀደ : ሊተ : እግበር : ሠናየ : ወእቱ : ለሞጽለ : ሳዕሌየ : ለ
22 እኩይ ፡፡=ፃ ሐዋዝ : ውእቱ : ሕገ : እግዚአብሔር : ውስተ : ልበ : ሰብእ ፡=ፃ ወረክብኩ ፡
23 ካልእ : ሕገ : ኃጢኣት : ውስተ : ለባልየ ፡፡ ወተዛብኡ : ወተቃተሉ : ምስለ : ዝኩ : ሕገ : እ
ግዚአብሔር : ዘውስተ : ልብየ : ወሳይለ : ገዙ : ሕገ : ሓጢኣት : ዘውስተ : ለባልየ : ወፂወ
24 ኒ : መንገሌሁ ፡=ፃ ትሱት : ብእሲ : ለነ : ሞኑ : እመለድሓንኒ : እመዝንቱ : ነፍሰትየ : ሞ
25 ፃቲ ፡፡=ፃ 1ል እኩት : እግዚአብሔር : በእንተ : እግዚእነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ ፡፡ ለእሰ ፡
ሉቱ : እትቀነይ : ወልብየኒ : ለሕገ : እግዚአብሔር : ወነፍስየሰ : ለሕገ : ሓጢኣት ፡=ፃ

1 ወእልቦሙ : እንከ : ኩነኔ : እለ : ሀለው : በእግዚእነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ ፡፡=ፃ
ዘቆዚሞስ : ወይሜያኖስ : ቄበ ፫ : ሰንበተ : ለይሁድ : ዘጾመ ፡=ፃ
2 እስመ : ሕይወት : ተሠህበ : በሊየሱስ : ክርስቶስ : ወውእቱ : ለግዱዘነ : እሙታኒሆት : ወ
3 እሞት ፡፡=ፃ ወሶበ : ተስለነነ ፡ገቢረ : ሕገ : ሶሪት : ፈነወ : እግዚአብሔር : ወልደ : እንበይ
ነ : ይእቲ : ሓጢኣት : ወለብሰ : ነፍስትነ : ሓጢኣት : ወሞነና : ለይእቲ : ሓጢኣት : በነፍ
4 ስቱ ፡፡=ፃ ከመ : ያጽድቀነ : ኪያነ : ወከመ : ይረሲ : ለነ : ከመዘ : ፈጸመ : ገቢሮቶ : ለሕገ :
ሶሪት : ለእለ : በሕገ : መንፈስ : ቅዱስ : የሐውሩ : ወለኮ : ለእለ : በሕገ : ነፍስቶሙ : ይ
5 ገብሩ ፡፡=ፃ እስመ : ኩሎሙ : እለ : ግዕዘ : ነፍስቶሙ : ይገብሩ : ዘገዘኑቱ : ዓለመ : ይ
ሔልዩ ፡፡ ወእለሰ : ለግዐዘ : መንፈስ : ቅዱስ : ይገብሩ : ዘለመንፈስ : ይሔልዩ ፡፡=ፃ

Et nunc igitur non sum ego qui *perpetro hoc,* sed *illud peccatum quod habitat in* 17
me. Et scio quòd non habitat in me quod bonum est, scilicet *in carne mea:* 18
velle operari bonum, adest mihi: sed opus bonum non habeo. Et si non habeo, 19
si nolo facere bonum, nónne hoc malum? quod odio habeo, illud tantùm operor.
Quòd si igitur hoc quod nolo facio, ergò non sum ego patrator illius, sed *il-* 20
lud peccatum quod habitat in me. Et comperio hanc legem, quòd voluntas mi- 21
hi est faciendi bonum illud, sed *adduco super me malum. Oblectatio est Lex Dei* 22
in corde hominis. Invenio autem aliam legem peccati in membris meis, & 23
militant & pugnant cum hac lege Dei, quæ est in corde meo: & valida est
ista lex peccati, quæ est in membris meis, & captivum me reddit ei. Abjectus 24
homo ego! quis me eripiet ex isto corpore mortis? Gratias Deo per Dominum 25
nostrum Jesum Christum: ego illi inservio, & cor etiam meum legi Dei; ani-
ma autem mea legi peccati.

CAP. VIII.

Non est igitur condemnatio iis qui sunt in Domino nostro Jesu Christo. 1
Festo Cozimi, & Damiani: & in tertio Sabbato Judæorum Jejunii,
Nam vita data est per Jesum Christum, & ille liberavit nos à peccato, & à 2
morte. Et cùm impotentes eramus ad præstandum mandata Legis, misit Deus 3
filium suum propter illud peccatum, qui induerit corpus nostrum peccati, & condemnavit ipsum peccatum in corpore suo: ut justificaret nos, nobisque ut pro- 4
pitius esset, utque ita adimpleret opus præceptorum Legis pro iis qui in lege Spiritûs sancti ambulant, non autem pro iis qui in lege corporum suorum versantur.
Nam omnes qui corporum suorum dispositionem exequuntur, sapiunt quæ sunt 5
hujus mundi: at qui mentem præstant Spiritûs sancti, sapiunt quæ sunt Dei.


Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ. ΚΕΦ. ΙΑ'. ΙΒ'.

Nam prudentia carnis, mors: at prudentia ſpiritûs, vita
6 Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ
& pax. Propter quod prudentia carnis, inimica in Deum: nam
7 καὶ εἰρήνη. Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ
legi Dei non ſubjicitur: nec enim poteſt. At in carne exiſtentes, Deo
8 νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται· οὐδὲ γὰρ δύναται. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ
placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi quidem
9 ἀρέσαι οὐ δύνανται. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ
Spiritus Dei habitat in vobis. Si autem quis Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt
10 Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν
ejus. Si autem Chriſtus in vobis, ipſum quidem corpus mortuum propter peccatum: at
αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν· τὸ δὲ
ſpiritus vita propter juſtitiam. Si autem Spiritus excitantis Jeſum ex
11 πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος (β) Ἰησοῦν ἐκ
mortuis habitat in vobis, ſuſcitans Chriſtum ex mortuis, vivificabit & mortalia
νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας (γ) τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ
corpora veſtra propter inhabitantem eius Spiritum in vobis. Utique ergò, fratres,
12 σώματα ὑμῶν (δ) διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ Πνεῦμα ἐν ὑμῖν. Ἄρα ἔν, ἀδελφοὶ,
debitores ſumus, non carni, ad ſecundùm carnem vivere. Si enim ſecundùm carnem
13 ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν. Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα
vixeritis, futuri eſtis mori: ſi autem Spiritu actiones corporis mortifi-
ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ Πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανα-
caveritis, vivetis. Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei.
14 τοῦτε, ζήσεσθε. Ὅσοι γὰρ Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, (ε) οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ.
Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timorem, ſed accepiſtis ſpiritum
15 Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, (ζ) ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα
adoptionis filiorum, In quo clamamus, Abba, Pater. Ipſe Spiritus conteſtatur
16 υἱοθεσίας, Ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ. Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ
ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes:
τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ. Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· 17
hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi modò compatimur,
κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· εἴπερ (η) συμπάσχομεν,
ut & conglorificemur. Exiſtimo enim, quod non dignæ paſſiones nunc
ΙΒ' ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. Λογίζομαι (θ) γὰρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν 18
temporis, ad futuram gloriam revelari in nobis. Nam anxia expectatio
καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία 19
creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Nam vanitati
τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. Τῇ γὰρ ματαιότητι 20
creatura ſubjecta eſt non volens, ſed propter ſubjicientem in ſpe.
ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι.
Quia & ipſa creatura liberabitur à ſervitute corruptionis in
Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς 21
libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis
τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. Οἴδαμεν (ι) γὰρ ὅτι πᾶσα 22
creatura ingemiſcit, & comparturit uſque nunc. Non ſolùm autem, ſed & ipſi
ἡ κτίσις συστενάζει, καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ 23
primitias Spiritûs habentes, & nos ipſi in nobiſipſis gemimus,
τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος (κ) ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν,
adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis noſtri.
υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν.
Nam ſpe ſervati ſumus: ſpes autem viſa non eſt ſpes: quod enim videt
Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν· ἐλπὶς δὲ βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς· ὃ γὰρ βλέπει 24
quis, quid & ſperat?
τις, τί καὶ (λ) ἐλπίζει;

MS. A. (β) τοῦ Ἰησοῦν (γ) ἐκ νεκρῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, ζωοποιήσει τὰ (δ) διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος (ε) ἐστὶ υἱοὶ Θεοῦ εἰσιν. (ζ) ἀλλὰ (η) συνπάσχομεν, (θ) ὃ, (ι) ὃ (κ) ἔχοντες, ἡμεῖς καὶ αὐτοὶ (λ) στενάζομεν;

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.



Nam cogitatio carnis, mors eſt; cogitatio 6
autem ſpiritûs, vita & pax. Propterea 7
quòd cogitatio carnis inimicitia eſt adver-
ſùs Deum. Legi enim Dei non ſubjicitur,
quippe quæ non poſſit. Proindè ii qui in 8
carne ſunt, placere Deo non poſſunt. Vos,
autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi
verè Spiritus Dei habitat in vobis: ſin au-
tem eſt aliquis in quo non ſit Spiritus Chri-
ſti, is non eſt ejus. Enimverò ſi Chriſtus 10
in vobis eſt, corpus mortuum eſt propter
peccatum; ſpiritus autem vivens eſt pro-
pter juſtitiam. Quòd ſi Spiritus illius qui 11
excitavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum
à mortuis, habitat in vobis; is qui excita-
vit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum à
mortuis, etiam corpora veſtra mortua vivi-
ficabit per Spiritum ejus habitantem in vo-
bis.

Feriâ tertiâ hebdomadis ſexta Jejunii. 14.

Nunc fratres mei, debitores ſumus non car- 12
ni, ut ſecundùm carnem ambulemus: *Si* 13
enim in carne vixeritis, futurum eſt ut mori-
amini: ſed ſi ſpiritu converſationes corpo-
ris mortificaveritis, vivetis. *Ii enim qui* 14
Spiritu Dei ducuntur, hi ſunt filii Dei.
Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis rur- 15
ſus ad timorem, ſed recepiſtis ſpiritum ado-
ptionis filiorum, per quem Patrem voca-
mus, Patrem noſtrum. Et ipſe Spiritus 16
ſuffragatur ſpiritui noſtro, nos eſſe filios
Dei. Quòd ſi filii, etiam hæredes: hære- 17
des Dei, cohæredes autem Jeſu Chriſti, ita-
ut ſi patiamur cum eo, etiam cum eo glori-
ficandi ſimus. Siquidem exiſtimo nequa- 18
quam dignas eſſe perpeſſiones hujus tempo-
ris gloriâ illâ, quæ revelanda eſt in nobis.
Omnis enim creatura ſperat & expectat re- 19
velationem filiorum Dei. Nam creatura 20
ſubjecta eſt vanitati, non ſuâ ſponte, ſed
propter eum qui ſubjecit eam, Sub ſpe 21
quòd & ipſa creatura aſſeratur ex ſervitute
corruptionis in libertatem gloriæ filiorum
Dei. Scimus enim omnes creaturas ſuſpi- 22
rare, & parturientis pati dolores ad hunc
uſque diem. Nec illæ tantummodò, ſed & 23
nos, qui habemus primitias Spiritûs, ſu-
ſpiramus in nobisipſis, & expectamus ado-
ptionem, in redemptionem corporum no-
ſtrorum. Quandoquidem per ſpem vivi- 24
mus. Spes autem quæ conſpicitur, non
eſt ſpes: ſi enim illam aſpicimus, cur illam
expectabimus?

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

6 ወሕሊናሁሰ : ለነፍስትነ : ሞተ : ያመጽእ : ላዕሌነ :: ወሕሊናሁሰ : ለመንፈስ : ቅዱስ : ሰ
7 ላም : ወሕይወተ : ይሁበነ ::=፨ እስመ : ሕሊናሁ : ለነፍስትነ : ፀረ : ለእግዚአብሔር :
8 ወ'አቴ : እስመ : ሊገብረ : ለሕገ : እግዚአብሔር : ወሊሂ : ይክሎ ::=፨ እስመ : ኵሉ
9 ሙ : እለ : ግዕዘ : ነፍስቶሙ : ይገብሩ : ለእግዚአብሔር : አድልዎ : ሊይክሉ ::=ፁ ወአ
ንትሙሰ : ለኦ : ለግዕዘ : ነፍስትክሙ : ዘትገብሩ : ዘእንበለ : በሕገ : መንፈስ : ቅዱስ ::
በሠልስ : ሰንበተ : አይሁድ : ምንባብ ::=ፁ
እስመ : እግዚአብሔር : ላዕለክሙ : ወዘሰ : ለልቦ : መንፈስ : ክርስቶስ : ላዕሌሁ : ውእ
10 ቱ : ዘሊኮነ : ዚለሁ ::=ፁ ወእመሰ : ክርስቶስ : ምስሌክሙ : ሥውተ : ረሰዩ : ነፍስተክ
ሙ : ለመግባረ : ጻጢአት : ወሕያዋነ : ረሰዩ : ነፍስተክሙ : ለመግባረ : ጽድቅ ::=ፁ

Et cura etiam corporum noſtrorum ſuper nos adducit mortē; cogitatio autem Spiritûs 6
ſancti pacem & vitam tribuit nobis. Quoniam quæ ſapiunt corpora noſtra, ini- 7
micitiæ ſunt adverſùs Deum, quia legem Dei non exequuntur, & ne poſſunt qui-
dem. Omnes enim qui genio corporum ſuorum indulgent, Deo placere nequeunt. 8
Vos autem mores corporum veſtrorum non peragitis, ſed in lege eſtis Spiritûs 9
ſancti.

Pro tertio Sabbato Judæorum, Lectio.

Quia Deus apud vos: & qui non habet Spiritum Chriſti in eo, ille non eſt
ipſius. Si autem Chriſtus vobiſcum eſt, mortua reddet corpora veſtra operibus 10
peccati: viva autem efficiet corpora veſtra operibus juſtitiæ.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritûs, vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta: nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter justificationem. Quòd si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Jesum Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Ergò, fratres, debitores sumus non carni, ut secundùm carnem vivamus. Si enim secundùm carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicunque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterùm in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus; Abba (Pater.) Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Existimo enim, quòd non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe: Quia & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc. Non solùm autem illa, sed & nos ipsi primitias Spiritûs habentes; & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat?

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* لِأَنَّ رَأْيَ الْبَسَرِ مَوْتٌ * وَتَبْيِيرَ الرُّوحِ حَيَاةٌ وَسَلَامَةٌ * لِأَنَّ مَسِيَّةَ الْبَسَرِ عَدَاوَةُ اللهِ *
لِأَنَّهَا لَنْ تَخْضَعَ لِشَرِيعَةِ اللهِ * لِأَنَّهَا مَا تَسْتَطِيعُ * وَالَّذِينَ هُمْ فِي الْبَسَرِ مَا يُمْكِنُهُمْ
يُرْضُونَ اللهَ * فَأَنْتُمْ لَسْتُمْ فِي الْبَسَرِ * بَلْ فِي الرُّوحِ * إِنْ كَانَ رُوحُ اللهِ يَسْكُنُ فِيكُمْ * وَإِنْ
يَكُنْ أَحَدٌ لَيْسَ لَهُ رُوحُ الْمَسِيحِ * فَهٰذَا لَيْسَ هُوَ لِلْمَسِيحِ * فَإِنْ يَكُنِ الْمَسِيحُ فِيكُمْ * فَالْجِسْمُ
مَائِتٌ مِنْ أَجْلِ الْخَطِيَّةِ * وَالرُّوحُ حَيٌّ مِنْ أَجْلِ الْعَدْلِ * وَإِنْ يَسْكُنْ فِيكُمْ رُوحُ مَنْ أَقَامَ يَسُوعَ
مِنَ الْمَوْتَى * فَالَّذِي أَقَامَ الْمَسِيحَ مِنَ الْمَوْتَى يُحْيِي أَجْسَامَكُمُ الْمَائِتَةَ * مِنْ أَجْلِ رُوحِهِ السَّاكِنِ فِيكُمْ *
* فَكُنْ إِذًا يَا إِخْوَتِي عَرَمَاءَ * لَا لِلْبَسَرِ * أَنْ تَعِيشُوا فِيمَا يُحِبُّ الْبَسَرُ * لِأَنَّكُمْ إِنْ عِشْتُمْ فِيمَا
يُحِبُّ بِالْبَسَرِ * فَأَنْتُمْ عَتِيدُونَ أَنْ تَمُوتُوا * وَإِنْ أَمَتُّمْ بِالرُّوحِ أَفْعَالَ الْجِسْمِ فَقَدْ عِشْتُمْ * لِأَنَّ
* السَّبْتَ الْخَامِسَ بَعْدَ الْعَنْصَرَةِ * * لِأَنَّ جَمِيعَ الَّذِينَ يَنْقَادُونَ بِرُوحِ اللهِ * فَأُولَئِكَ هُمْ
أَبْنَاءُ اللهِ * لِأَنَّكُمْ مَا أَخَذْتُمْ أَيْضًا رُوحَ عُبُودِيَّةٍ لِلْخَوْفِ * بَلْ أَخَذْتُمْ رُوحَ التَّبَنِّي الَّذِي بِهِ
نُصَيِّحُ بِالْآبِ يَا أَبَانَا * هٰذَا الرُّوحُ يَشْهَدُ لِرُوحِنَا مَعَنَا * أَنَّنَا أَوْلَادُ اللهِ * فَإِنْ كُنَّا أَوْلَادًا
فَكُنَّ وَرَثَةً * أَيْ وَارِثُونَ اللهِ وَوَارِثُونَ مَعَ الْمَسِيحِ * وَلَيْسَ نَأْلَمُ مَعَهُ * فَذٰلِكَ لِكَيْمَا نُمَجَّدَ مَعَهُ *
* لِأَنِّي أَعْتَقِدُ أَنَّ آلَامَ هٰذَا الْوَقْتِ مَا تُعَادِلُ الْمَجْدَ الْعَتِيدَ أَنْ يُعْلَنَ عَلَيْنَا * لِأَنَّ انْتِظَارَ
الْبَرِيَّةِ يَتَوَقَّعُ اسْتِعْلَانَ بَنِي اللهِ * لِأَنَّ الْبَرِيَّةَ خَضَعَتْ لِلظَّلَالَةِ لَا بِاخْتِيَارِهَا * لَكِنْ مِنْ
أَجْلِ مَنْ خَضَعَ بِتَأْمِيلٍ * أَنَّ الْبَرِيَّةَ نَفْسَهَا تُعْتَقُ مِنِ اسْتِعْبَادِ الْبَلَى * فِي عِتْقِ مَجْدِ
أَوْلَادِ اللهِ * تم *

* الْخَمِيسُ مِنَ الْجُمُعَةِ الثَّالِثَةِ *

* وَإِنَّا نَعْلَمُ أَنَّ الْبَرِيَّةَ كُلَّهَا تَشْهَدُ وَتَوَجَّعُ مَعَنَا حَتَّى الْآنَ * وَلَيْسَ الْبَرِيَّةُ فَقَطْ * بَلْ
وَالَّذِينَ كَانَتْ لَهُمْ مُقَدِّمَةُ بَاكُورَةِ الرُّوحِ أَنْفُسُهُمْ * وَنَحْنُ أَنْفُسُنَا نَشْهَدُ فِي ذَاتِنَا *
مُتَوَقِّعِينَ النَّبِيَّ الَّذِي هُوَ افْتِدَاءُ جِسْمِنَا * لِأَنَّنَا بِالرَّجَاءِ خَلَصْنَا * وَالرَّجَاءُ الْمُشَاهَدُ لَيْسَ
هُوَ رَجَاءً * لِأَنَّ مَا يُشَاهِدُهُ الْإِنْسَانُ * مَاذَا يَرْجُو مِنْهُ *

Nam consilium carnis, mors est: discretio autem spiritus, vita & pax. Voluntas quippe carnis, inimicitia Dei est, quia non subditur legi Dei, siquidem non potest: Et qui sunt in carne, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Quòd siquis non habet spiritum Christi, is non est Christi. Verùm si fuerit Christus in vobis, certè corpus mortuum est propter peccatum: spiritus autem vivus propter justitiam. Quòdsi habitat in vobis spiritus ejus qui suscitavit Jesum à mortuis, is quidem qui Christum suscitavit à mortuis, vivificabit corpora vestra mortua, propter spiritum suum habitantem in vobis. Nos itaque ô fratres mei, debitores sumus non carni, ut vivamus in his quæ ad carnem pertinent. Nam si vixeritis in his quæ pertinent ad carnem, vos estis morituri: at si per spiritum mortificaveritis facta corporis, vivetis. Finis.

Sabbatho quinto post Pentecosten.

Omnes enim qui ducuntur Spiritu Dei, ii sunt Filii Dei. Siquidem non accepistis iterum spiritum servitutis ad timorem: sed accepistis spiritum adoptionis, per quem exclamamus ad Patrem, O Pater noster. Hic Spiritus testatur spiritui nostro nobiscum, quòd sumus Filii Dei. Quodsi sumus filii, ergo sumus hæredes: nempe hæredes Dei, & hæredes cum Christo. Et verò si patimur cum ipso, id quidem fit ut glorificemur cum ipso. Credo enim quòd passiones hujus temporis non sunt adæquatæ gloriæ revelandæ super nos: Quoniam expectatio creaturæ expectat revelationem filiorum Dei. Etenim creatura se subjecit errori, non proprio arbitrio, sed propter eum qui se subjecit cum spe, Quòd eadem creatura emancipabitur è servitute corruptionis, in libertate gloriæ filiorum Dei. Hactenus.

Feriâ quintâ hebdomadæ tertiæ.

Et verò scimus quòd tota creatura gemit dolétque nobiscum hucusque. Nec tantùm creatura, sed etiam iidem illi quorum erat initium primitiarum spiritus: & nosmet ingemiscimus in nobis ipsis, expectantes adoptionem quæ est redemptio corporis nostri. Siquidem spe servati sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: ab eo enim quod homo cernit, quid sperat?

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

ወእመሰ፡ መንፈሱ፡ ለዘ፡ ለእንሠሉ፡ ለሊየሱስ፡እመዊታን፡ሓዱር፡ለዕለክሙ፡ወእቱ፡ዘለእንሠ
ሉ፡እመዊታን፡ለሊየሱስ፡ ክርስቶስ፡ ያሐይዋ፡ ለነፍስክሙኒ፡ወያነሠሉ፡ለነፍስትክሙ፡በወእ
ቱ፡ መንፈሱ፡ዘየሓድር ፡ላዕሌክሙ፡፡=፨ ወይእዜኒ፡ለኅዊን፡ሊርቱዕ፡ ንግበር፡ለግዕዘ፡ነፍሰ
ትን፡ እንዘ፡ ሀሎነ፡ በነፍስትን፡=፨ እስመ፡ኵሎሙ፡እለ፡ግዕዘ፡ነፍስቶሙ፡ይገብሩ፡መዊታን፡
በሳዕሉ፡እሙንቱ፡፡ ወእመሰ፡በመግባረ፡መንፈስ፡ቅዱስ፡ ቀተልክመዎ፡ለመግባረ፡ነፍስትክሙ፡
ተሐይዉ፡ሎቱ፡=፨ እስመ፡ኵሎሙ፡እለ፡ይገብሩ፡ዘመንፈሰ፡እግዚአብሔር፡ውሉደ፡እግዚአ
ብሔር፡ እሙንቱ፡፡=፨ ወዘእኮ፡ ካዕበ፡ ነሣእክሙ፡መንፈስ፡ቅኔ፡በዘ፡ትፈርሁ፡ነሣእክሙ፡መ
ንፈስ፡ቅዱስ፡በዘ፡ትክውንዎ፡ ትርሲተ፡ ወልዶ፡ ወትጸርኁ፡ሎቱ፡ወትብለዎ፡አባ፡ ወአቡየ፡=፨
ውእቱ፡በመንፈስ፡ቅዱስ፡ስማዕቱ፡ ለመንፈስነ፡ንሙ፡ውሉደ፡እግዚአብሔር፡ንሕነ፡፡=፨ ወእ
መ፡ውሉደ፡ እግዚአብሔር ፡ ንሕነ፡ወሬሲያኒሁ ፡ ንሕነ፡ ወእመ፡ከመዚ፡ወሬሲያነ፡እግዚአ
ብሔር ፡ ንሕነ ፡ መዋርስቲሁኬ ፡ ለክርስቶስ ፡ ንሕነ፡፡=፨

በጸሎተ፡ዮሐንስ፡ወበየመለታ፡፡ በፀ፡ ሰንበት፡በጥር፡ በጊዮርጊስ፡ በስመዖን፡ወበዘከርያስ፡
በጸሎተ፡አድቃን፡በተዝካረ፡ካህናት፡ለመ፡ 1ወቱ፡ ለጥር፡፡=፨

16

ወእመከመሰ፡ዐረይነ፡ሕማመ፡ንዴሪ፡ክብረ፡=፨ ወባሕቱ፡ ሐልይዋ፡ለዛቲኒ፡ ከመ፡ሊኮነ፡መጠ
ነ፡ሄጣ፡ለእንታኅቲ፡ክብር ፡ወሰብሐት፡እንተ፡ለዓለመ፡ሕማሙ፡ ለዝ፡ዓለመ፡፡=፨ እስመ፡
ተስፋሁ፡ለዓለመ፡መጽአቶ፡ለወልደ፡እግዚአብሔር፡ይፀንሕ፡=፨ እስመ፡ ለከንቱ፡ ተቀንየ፡፡
ዓለመ፡በሊያሌመሮ፡ወባሕቱ፡ ቦቱ፡ተሰፋ፡ይትቀነይ፡ዓለመ፡ለእግዚአብሔር፡፡=፨ ወይፀእ፡
እመ፡፡ዝንቱ፡ዘለእሐቶ፡ይቅንዮ፡ወይቅትሎ፡ወያግብእ፡ውስተ፡ሰብሐተ፡ግዕዝናሁ፡ለደቂቀ፡
እግዚአብሔር ፡፡=፨ ናሉመር፡ንሙ፡ ኵሉ፡ ዓለመ፡ ሕሙመ፡ ወትኩዝ፡ እስከ፡ ይእዜ፡=፨
ወእኵሂ፡ ባሕቲቱ፡ ዓደ፡ ንሕነሂ፡ ንቴክዝ፡እለ፡ነሣእነ፡ቀደሚሁ፡ ለመንፈስ፡ቅዱስ፡እስመ፡ንሴ
ፍ፡ትርሲተ፡ወልዶ፡ንኩን፡ ወንርክብ፡ ሞድኅኒተ፡ነፍስነ፡፡=፨ እስመ፡ በሊሚን፡ድኅነ፡፡ ወዘ
ሰ፡ርእዮ፡ደእሙ፡ይትሓመን፡እመከመሰኬ፡ ርእዮ፡መንተ፡እንከ፡ይፀንሕ፡=፨

Quòd si Spiritus illius qui excitavit Jesum à mortuis habitat in vobis, ille qui à mortuis excitavit Jesum Christum, vivificabit animas vestras, & excitabit corpora vestra per illum Spiritum qui habitat in vobis. Et nunc quidem fratres nostri, non oportet mores corporum nostrorum colere, dum sumus in corporibus nostris. Omnes enim qui conversationes corporum suorum peragunt, mortui sunt in ipsis: si autem per operationem Spiritûs sancti mortificaveritis opera corporum vestrorum, vivetis per illud. Omnes enim qui peragunt ea quæ sunt Spiritûs Dei, filii Dei sunt. Non autem accepistis iterum spiritum servitutis ad metum, sed accepistis Spiritum sanctum, per quem facta est vobis adoptio filiorum, & clamabitis ei, & dicetis ei; Pater & pater meus. Ille per Spiritum sanctum testis spiritui nostro est, quòd sumus filii Dei. Quòd si filii Dei sumus, & hæredes ejus sumus: si autem hæredes Dei sumus, utique cohæredes Christi sumus.

In oratione Johannis, & Jamatæ: secundo sabbato Januarii, pro Georgio: pro Simeone: & pro Zacharia: In oratione Justorum: in commemoratione Sacerdotum decimaquintâ Januarii.

Si socii fuerimus afflictionis, socii erimus gloriæ. Verùm cogitatio mea est de hoc, quòd perpessiones hujus mundi non sunt pro ratione pretii honoris illius & gloriæ, quæ est in æternum. Spes enim mundi accessionem filiorum Dei expectat. Nam mundus vanitati subjicitur minimè scienter, verùm spem habet quod subjicietur mundus Deo. Et evadet ab hoc, quod corruptioni, servituti & occisioni illîus tradidit, restituetq; Deus in gloriosâ libertatem filiorũ Dei. Scimus quòd totus mundus afflictus est & anxius usque nunc. Et non hoc tantùm, sed nos etiam soliciti sumus, qui accepimus primitias Spiritûs sancti: quia speramus adoptionem filiorum nos fore consecuturos, redemptionem animarum nostrarum. Eò quòd in fide servati sumus: & qui vidit tantùm, credit? si quidem videt, quid igitur expectat?

Digitized by Google

Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Simi-
25 Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα. Ὡσαύ-
26 liter autem & Spiritus *simul recipit infirmitates nostras.* Nam
τως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα συναντιλαμβάνεται (μ) ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. Τὸ γὰρ
quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus in-
τί προσεύξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν· ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα (ν) ὑπερ-
terpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *At scrutans* corda
27 εντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Ὁ δὲ ἐραυνῶν τὰς καρδίας
scit quid *prudentia* Spiritûs: quia secundùm Deum *interpellat* pro San-
οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ Πνεύματος· ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγί-
ctis. Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur
28 ων. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα (ξ) συνεργεῖ
in bonum, secundùm propositum *vocatis existentibus.* Nam quos præsci-
29 εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. Ὅτι οὓς προέ-
vit, & prædestinavit conformes imaginis filii sui, *ad esse cum*
γνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν
primogenitum in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vo-
30 πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Οὓς δὲ (ο) προώρισε, τούτους καὶ ἐ-
cavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos
κάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· (π) οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους
& glorificavit. Quid ergò dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis,
31 καὶ ἐδόξασε. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν,
quis contra nos? Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis
32 τίς καθ' ἡμῶν; Ὃς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν
omnibus tradidit illum: quomodò non etiam cum illo omnia nobis *gratifica-*
πάντων παρέδωκεν αὐτόν· πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσε-
bit? Quis accusabit adversùs electos Dei? Deus *justificans,* Quis
33 ται; Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν,
34 *condemnans?* Christus mortuus, *magis verò & excitatus:* qui & est
κατακρίνων; (ρ) Χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον (σ) δὲ καὶ ἐγερθείς, ὃς καί ἐστιν
in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos *separabit*
35 ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Τίς ἡμᾶς (τ) χωρίσει ΙΓ'

à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an
ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ
nuditas, an periculum, an gladius? (Sicut scriptum est; Quia propter
γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; (Καθὼς γέγραπται, Ὅτι (υ) ἕνεκά 36
te mortificamur *tam diem*: æstimati sumus sicut oves occisionis.)
σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.)
Sed in his omnibus superamus propter *diligentem* nos. Per-
Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. Πέ- ≡7
suasum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, ne- Ε1
πεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε (φ) ἀρχαὶ, οὔ-
que *potestates*, neque instantia, neque futura, Neque altitudo, neque profundum,
τε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, Οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, 39
neque *aliqua* creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ
οὔτέ τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, τῆς
in Christo Jesu Domino nostro.
ἐν Χριστῷ (χ) Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

CAP. IX. Θ'.

ΙΔ' Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, (συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνει- 1
Veritatem dico in Christo, non mentior, (*contestante* mihi con-
δήσεώς μου ἐν Πνεύματι ἁγίῳ,) Ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιά- 2
scientiâ meâ in Spiritu sancto;) Quoniam tristitia mihi est magna, & conti-
νυστός μου τῇ καρδίᾳ. Ἠυχόμην (α) γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα 3
nuus dolor cordi meo. Optabam enim ipse ego anathema
εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ
esse à Christo pro fratribus meis, *cognatis meis* secundùm carnem:
σάρκα· Οἵτινές εἰσιν (β) Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθή- 4
Qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio filiorum, & gloria, & *testa-*
menta, & legislatio, & *cultus*, & promissa: Quorum patres, & ex quibus
καὶ, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι· Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν 5
Christus, *quod* secundùm carnem: *existens* super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.
ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα· ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

MS. A. (μ) τῇ ἀσθενείᾳ (ν) ὑπερεντυγχάνει στεναγμοῖς (ξ) συνεργεῖ ὁ Θεὸς εἰς (ο) προέγνω, (π) οὓς ἐδικαίωσεν, (ρ) Χριστὸς Ἰησοῦς (σ) δὲ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ὃς ἔστιν ἐν (τ) ῥίσῃ (υ) ἕνεκεν (φ) ἀρχαὶ, ὅτε ἐνεστῶτα, ὅτε μέλλοντα, ὅτε δυνάμεις, Οὔτε ὕψωμα, (χ) Ἰησοῦ, τοῦ Κυρίου Κεφ. Θ'. MS. A. (α) γὰρ ἀνάθεμα ἦν αὐτὸς ἐγὼ ὑπὲρ ✠ (β) Ἰσραηλεῖται, * * ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 ... * ...
26 ...
27 ... * ... * ... * ...
28 ... * ...
29 ...
30 ...
31 ... * ...
32 ... * ...
33 ... * ...
34 ... * ...
35 ... * ...
36 ...
37 ...
38 ...
39 ...

* ... * ...

1 ... * ...
2 ... * ...
3
4 ... * ...
5 ... * ...

Sed si quod non cernitur speramus, in pa- 25
tientia manemus. Similiter etiam Spiritus 26
ipse opitulatur infirmitati nostræ: quid enim
precemur ut oportet, non novimus: at Spi-
ritus ille deprecatur pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. Qui verò scrutatur cor- 27
da, is novit quæ sit intentio Spiritûs, qui
juxta placitum Dei deprecatur pro Sanctis.

Lectio Martyrum. 15.

Scimus autem quòd iis qui diligunt Deum, 28
ipse in omni re auxiliatur ad bonum, iis
inquam quos præordinavit ut sint vocati.
Et à principio cognovit eos, & ipsos ob- 29
signavit similitudine imaginis Filii sui, ut
is sit primogenitus fratrum multorum. Quos 30
autem priùs obsignavit, eos vocavit: &
quos vocavit, eos justificavit: quos verò
justificavit, eosdem glorificavit. Quid igi- 31
tur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis,
quis contra nos? Quòd si ne proprio quí- 32
dem Filio pepercit, sed pro nobis omni-
bus tradidit eum, quomodo omnia cum eo
non largietur nobis? Quis sese opponet 33
electis Dei? Deus justificat, Quis conde- 34
mnabit? Christus mortuus est & *excitatus*,
estque ad dexteram Dei, & postulat pro
nobis. Quis me separabit à *dilectione* 35
Christi? oppressio? aut carcer? aut perse-
cutio? aut fames? aut nuditas? aut peri-
culum? aut gladius? (Sicut scriptum est; 36
Propter te quotidie morimur, & habiti su-
mus quasi oves ad mactationem,) Verùm 37
in his omnibus victoriâ potimur per eum
qui dilexit nos. Persuasum enim habeo, 38
neque mortem, neque vitam, neque Ange-
los, neque principatus, neque potestates, ne-
que instantia, neque futura, Neque alti- 39
tudinem, neque profunditatem, nec *deni-*
que ullam creaturam posse me sejungere à
dilectione Dei, quæ est in Domino nostro
Jesu Christo.

CAP. IX.

1 ... * ...
2 ... * ...
3
4 ... * ...
5 ... * ...

VEritatem dico per Christum, neque 1
mentior: sed suffragatur mihi conscientia
mea, per Spiritum sanctitatis, Magnam 2
mihi esse ægritudinem, & dolorem cordi
meo indesinentem. Optârim ego ipse ana- 3
thema esse à Christo pro fratribus meis, &
cognatis meis secundùm carnem: Qui sunt 4
filii Israël, quorum est adoptio, & gloria, &
pacta, & Lex, & ministerium, & promissio-
nes, & Patres. Et ex quibus apparuit Chri- 5
stus in carne, qui est Deus supra omnes.
Cui sint laudes & benedictiones in sæcu-
lum sæculorum, Amen.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

25 ወእመኮሰ: እንዘ:ሊይረሊ:ተሊመነ: ይትዐወቅ:ትዕግስትነ:ከመ:ተሰፎናሁ:=: ወበእን
26 ቲለሁ:ይጸውር:ለነ: ድኅሳነ: በመንፈስ: ቅዱስ::ወመንትኑ:እንከ:ውእቱ:ጸሉትነ:ለእመ:
ሊናለመር:ተስፈነ: ወባሕቱ: መንፈሱ: ቅዱስ: ለቢሁ: ይትዋቀሠ: ሳነ: በእንተ: ሕሚመነ :
27 ወመንደቤነ:=: ወውእቱ:የሐትኑ: ለልብነ:ወይለመር :ዘይሔሊ:መንፈስ: ወይትዋቀሠ:በ
28 ኅበ:እግዚአብሔር:በእንተ:ቅዱሰኒ::=: ዘቀዝሞስ:=: ናእመር:ከመ:ይረድ፟ኦ፟ሙ:እግ
29 ዚአብሔር: ለእለ: ያፈቅርዎ: ወስተ:ስሉ:ሠናይ:ለኅረዮሂሙ:=: እስመ:ለእለ:ቀደሙ:
30 ለእመሮ: ኪያሆሙ: ሠርዕ: ይኩኑ: በእመሰለ: ወልዱ : ከመ : ይኩን : ውእቱ : በኵረ : በዛ
ዕለ:ብዙኃን:ለኅው::=: ወለእለሰ:ሠርዐ:ኪያሆሙ:ጸውዐ:ወለእለ:ጸውዐ: ኪያሆሙ:
ለጽደቀ:ወለእለ:ለጽድቀ:ኪያሆሙ:እክበረ::=:

Si autem non videns credit, innoteſcit patientia noſtra, quòd ſpem habemus 25
de ea. Et propterea ſublevat nobis in infirmitatibus noſtris per Spiritum ſan- 26
ctum: & quidnam igitur eſt oratio noſtra ſi ignoramus ſpem noſtram: verùm
Spiritus ejus ſanctus ipſe interpellat pro nobis in afflictionibus noſtris, & tentati-
onibus noſtris. Et ille ſcrutatur corda noſtra, & cognoſcit quid meditatur Spiri- 27
tus, & interpellat apud Deum pro Sanctis.

Feſto Cozmi.

Novimus quòd auxiliatur Deus iis qui diligunt eum ad omne bonum, nempe ele- 28
ctis ejus. Nam quos præſcivit, eos prædeſtinavit in conformitate fore filio 29
ſuo: ut is eſſet primogenitus inter multos fratres. Et quos prædeſtinavit, eos 30
vocavit: & quos vocavit, eos juſtificavit: & quos juſtificavit, eos glorificavit.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundùm Deum postulat pro Sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundùm propositum vocati sunt Sancti. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit. Quid ergò dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodò non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis accusabit adversùs electos Dei? Deus qui justificat, Quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, immò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergò nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (Sicut scriptum est; Quia propter te mortificamur totâ die: æstimati sumus sicut oves occisionis.) Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, Neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

CAP. IX.

Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientiâ meâ in Spiritu sancto; Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundùm carnem, Qui sunt Israëlitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: Quorum patres, & ex quibus est Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* فَانْ كُنَّا نَرْجُوا مَا لَا نُبْصِرُهُ فَلْنَنْتَظِرْهُ بِالصَّبْرِ * وَهٰكَذَا يَعْضُدُ الرُّوحُ اَمْرَاضَنَا * لِاَنَّنَا مَا

نَعْرِفُ مَاذَا نَبْتَهِلُ كَمَا يَجِبُ * بَلِ الرُّوحُ نَفْسُهُ يَتَوَسَّلُ عَنَّا مُتَضَرِّعًا بِزَفَرَاتٍ لَا يُنْطَقُ بِهَا * وَالْفَاحِصُ

الْقُلُوبِ قَدْ عَرَفَ مَا هِيَ مَسِيَّةُ الرُّوحِ * اَنَّهُ يَتَوَسَّلُ مِنْ اَجْلِ الْقِدِّيسِينَ بِمَا يَخُصُّ بِاللّٰهِ *

* وَنَحْنُ نَعْلَمُ اَنَّ الَّذِينَ يُحِبُّونَ اللّٰهَ * يُسَاعِدُهُمْ * وَرَاْءَهُ اَوَّلُ سَبَاطٍ لِلسَّاهِدِ تَرْبِقُسَ *

كَافَّةُ الْاَشْيَاءِ عَلَى الْخَيْرِ * الَّذِينَ هُمْ مَدْعُوُّونَ بِمَا يَخُصُّ بِالنِّيَّةِ * لِاَنَّ الَّذِينَ قَدْ سَبَقَ فَعَرَفَهُمْ *

قَدْ تَقَدَّمَ فَاَمَرَ اَنْ يَكُونُوا نُظَرَاءَ صُوَرِ ابْنِهِ * لِيَكُونَ بِكْرًا فِي اِخْوَةٍ كَثِيرِينَ * وَالَّذِينَ سَبَقَ

فَاَمَرَ بِهِمْ اِيَّاهُمْ دَعَا * وَالَّذِينَ دَعَاهُمْ اِيَّاهُمْ زَكَّى * وَالَّذِينَ زَكَّاهُمْ اِيَّاهُمْ سَرَفَ * فَمَاذَا نَقُولُ اِذًا

نَحْوَ هٰذِهِ * اِنْ يَكُنِ اللّٰهُ يَتَاَصَّلُ عَنَّا * فَمَنْ يَكُونُ عَلَيْنَا * الَّذِي مَا سَفَّ عَلَى ابْنِهِ * بَلْ

اَسْلَمَهُ مِنْ اَجْلِنَا كُلِّنَا * فَكَيْفَ لَا يَهَبُ لَنَا مَعَهُ كُلَّ شَيْءٍ * مَنْ ذَا يَسْتَعْدِي عَلَى مُخْتَارِي اللّٰهِ *

اِذَا كَانَ اللّٰهُ الْمُزَكِّي * مَنْ ذَا يَدِينُ * اَلْمَسِيحُ الَّذِي مَاتَ * بَلِ اللَّائِقُ وَقَامَ * الَّذِي هُوَ فِي

يَمِينِ اللّٰهِ * هُوَ الَّذِي يَتَوَسَّلُ مِنْ اَجْلِنَا * مَاذَا يَفْصِلُنَا مِنْ مَحَبَّةِ الْمَسِيحِ * اَحُزْنٌ * اَمْ ضِيقٌ * اَمِ

اَضْطِهَادٌ * اَمْ جُوعٌ * اَمْ عُرْيٌ * اَمْ عَطَبٌ * اَوْ سَيْفٌ * كَمَا كُتِبَ اَنَّنَا مِنْ اَجْلِكَ نُمَاتُ كُلَّ الْيَوْمِ *

قَدْ حُسِبْنَا كَغَنَمِ الذَّبْحِ * لٰكِنَّنَا فِي هٰذِهِ كُلِّهَا بِمَنْ اَحَبَّنَا نُرْبِحُ الظَّفَرَ * وَاِنِّي لَمُوقِنٌ اَنْ لَا

مَوْتٌ وَلَا حَيَاةٌ * وَلَا مَلَائِكَةٌ وَلَا رِيَاسَاتٌ وَلَا قُوَّاتٌ * وَلَا اَلْحَاضِرَاتُ الْاٰنَ * وَلَا الْمُنْتَظَرَاتُ * وَلَا عُلُوٌّ *

وَلَا عُمْقٌ * وَلَا بَرِيَّةٌ اُخْرَى تَسْتَطِيعُ تَفْصِلُنَا مِنْ مَحَبَّةِ اللّٰهِ الَّتِي بِيَسُوعَ الْمَسِيحِ رَبِّنَا *

* اَلْفَصْلُ التَّاسِعُ * * اَلسَّبْتُ السَّادِسُ بَعْدَ الْعَنْصَرَةِ *

* حَقًّا اَقُولُ بِالْمَسِيحِ وَلَنْ اَكْذِبَ * وَيَشْهَدُ لِي بِرُوحِ الْقُدْسِ * اَنَّ لِي حُزْنًا عَظِيمًا *

وَيَلِي وَجَعٌ لَا يَسْتَمِرُّ * وَلَقَدْ تَمَنَّيْتُ اَنْ اَكُونَ اَنَا نَفْسِي مَحْرُومًا مِنَ الْمَسِيحِ * مِنْ اَجْلِ اِخْوَتِي

وَقَرَابَةِ جِنْسِي * مِمَّا يَخُصُّ بِالْجَسَدِ * الَّذِينَ هُمُ الْاِسْرَائِيلِيُّونَ * الَّذِينَ لَهُمُ الْبُنُوَّةُ وَالْمَجْدُ وَالْمَوَاثِيقُ *

وَاِفْرَاضُ السَّرِيعَةِ * وَالدِّيَانَةُ * وَالْمَوَاعِيدُ * الَّذِينَ مِنْهُمُ الْاٰبَاءُ * وَالَّذِينَ مِنْهُمُ الْمَسِيحُ * مِمَّا يَخُصُّ

بِالْجَسَدِ * الَّذِي لَمْ يَزَلْ عَلَى الْكُلِّ اِلٰهًا مُبَارَكًا اِلَى الدُّهُورِ حَقًّا *

Quare si speramus quod non videmus, 25
expectemus ergo illud cum patientia;
Atque ita adjuvabit spiritus infirmita- 26
tes nostras. Nescimus enim quid oremus
ut oportet: verùm ipsemet spiritus pre-
catur pro nobis postulans cum gemitibus
ineffabilibus. Et qui corda scrutatur, 27
jam novit quæ sit voluntas spiritus: is
enim orat pro sanctis, in his quæ ad
Deum spectant.

Lectio Kalendarum Februarii, pro martyre Tryphone.

Et nos scimus quòd iis qui Deum dili- 28
gunt, res omnes adjumento sunt ad bo-
num: qui nimirum sunt vocati prout
pertinet ad propositum. Nam quos præ- 29
scivit, præmandavit ut essent similes
imagini filii sui, ut sit primogenitus in-
ter multos fratres: Et quos præjussit, 30
eosdem vocavit: & quos vocavit,
eosdem justificavit: quos autem justifi-
cavit, eosdem glorificavit. Quid igitur 31
dicemus quoad hæc? Si Deus certè pro
nobis, quis erit contra nos? Qui non 32
pepercit filio suo, sed tradidit eum pro
nobis omnibus, quomodo non donabit no-
bis omnia cum ipso? Quis litem intentet 33
adversus electos Dei, quum Deus sit qui
justificat? Quis condemnet? Christus 34
qui mortuus est, sed potiùs & resur-
rexit, qui est in dextera Dei, ipse est qui
precatur pro nobis. Quid separabit nos ab 35
amore Christi? num calamitas? an angu-
stia? an persecutio? an fames? an nuditas?
an periculum? an gladius? Sicut scriptum 36
est, Propter te morte afficimur totâ die,
reputati sumus velut oves mactationis.
Verùm in his omnibus, per eum qui di- 37
lexit nos, volumus victoriam. Et qui- 38
dem certus sum quòd neque mors, neque
vita, neque Angeli, neque principatus,
neque potestates, neque modò præsentia,
nec quæ expectantur, Neque altitudo, 39
neque profunditas, nec alia creatura po-
terit separare nos à dilectione Dei, quæ
est in Jesu Christo Domino nostro.

CAP. IX.

Sabbatho sexto post Pentecosten.

Verè dico in Christo, & nequaquam 1
mentior, conscientia mea mihi attestante
per Spiritum sanctum, Quòd tristitia 2
mihi magna est, & in corde meo dolor
incessabilis. Jamque exoptavi esse ego 3
ipse sequestratus à Christo propter fratres
meos, & conjunctos generi meo quoad
carnem, Qui sunt Israelitæ, quorum est 4
filiatio, & gloria, & testamenta, & con-
stitutio legis, & religio, atque promis-
siones: Ex quibus sunt patres, & ex qui- 5
bus est Christus, quantùm attinet ad
carnem, qui est immobiliter super omnia
Deus benedictus in secula, verè.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

31 ምንተ : እንከ : ንብል : እንበይነዝ : ለእመ : እግዚአብሔር : መድሌነ : ሞኑ : ይክለነ ::=:
32 ወልደ : ጥቀ : ሊመሕከ : እመኔነ : ወመጥመ : በእንተ : ኵልነ : ምንትኑ : እንከ : ውእቱ :
33 ዘሊጸገግወነ ::=: ወመኑ : ውእቱ : እንከ : ዘይትዋቀሠ : በእንተ : ሓረያኒሁ : ለእግዚአ
34 ብሔር : ለኢሁ : እግዚአብሔር : ጸድቅ ::=: መኑ : ዘይኴንነ :: ክርስቶስ : ሊየሱስ : ዘሞተ :
ወተንሥአ : እመውታን : ወሀሎ : ይነብር : በየማነ : እግዚአብሔር : ወይትዋቀሠ : በእንቲአነ ::=:
35 1ር መኑ : ያሳድገነ : ፍቅሮ : ለክርስቶስ : ሕማሙ : መንዳቤኑ : ተሰድዶኑ : ረኀብኑ : ዕርቃንኑ : መ
36 ጥባሓትኑ : ጸዕርኑ ::=: በከመ : ይቤ : መጽሐፍ : በእንቲአከ : ይቀትሉነ : ኵሉ : ዕለተ : ወኮነ :
ከመ : ለባግዕ : ዘይጠብሑ ::=:
በ10 : ሰንበት : ዘተሐሰስ : ወበይሕቅ : መንባብ : በር : ሰንበት : ዘጥር : ወዘኵሉ ::=:
37 ወባሕቱ : በእንተዝ : ንመወዶ : ለኵሉ : እስመ : ውእቱ : ለፍቀረነ ::=: እትለመነ : ባሕቱ : ከመ :
38 ለልበ : ዘያሳድገነ : ፍቅሮ : ለእግዚአብሔር : ዘበእንተ : ሊየሱስ : ክርስቶስ : እግዚእነ : ወሊሞ
39 ት : ወሊሕይወት : ወሊመላእክት : ወሊቀደሞት : ወሊዘሀሎ : ወሊዘይመጽእ : ወሊኀያል ::=: ወ
ሊዘልዑል : ወሊጸድፋ : ወሊዳግሙ : ልዳት : ለልቦ : ዘይክል : ለኀድጎተነ : ፍቅረ : ክርስቶስ ::=:
ፀ
1 10 ለማነ : እብለክሙ : በእንተ : ክርስቶስ : ወሊይሔሱ : ወስመሰየ : መንፈስ : ቅዱስ : ዘወሰተ : ል
2 ብየ ::=: ከመ : እቴክዝ : ወለሐ ሐመ : ልብየ : ፈድፋደ : በኵሉ : ጊዜ ::=: ወእጼሊ : ከመ :
3 ለነ : እትዐበል : እመክርስቶስ : በእንተ : ለኀዊየ : ወለዝሚድየ : እሰ : በሠጋየ ::=: እሰ :
እመኑቱ : እስራሌላዊያን : እሰ : ሎሙ : ትር ሲተ : ወልድ : ወሎሙ : ክብር : ወሎሙ : ለሠርዒ
4 ት : ወሎሙ : ሕግ : ወሎሙ : ለስፈወ ::=: ወእሙንቱ : ካህናት : ወእሙንቱ : ለበዊነ : ወእመ
5 ላዕሌሆሙ : ተወልደ : ክርስቶስ : በሠጋ : ሰብእ : ዘውእቱ : ለመላክ : ቡሩክ : ለዓለመ :
ለዓለ ::==:

Quid igitur dicemus ad hæc? si Deus nobiscum, quis prævalebit nobis? Filio 31
suo minimè pepercit præ nobis, sed tradidit eum pro nobis omnibus: nunquid igi- 32
tur est quod ipse nobis gratiosè non largietur? Quis autem ille proinde est qui 33
contendet contra electos Dei? ipse Deus justificat, Quis est qui condemnet? 34
Christus Jesus est qui mortuus est, & suscitatus est à mortuis, & manet sedens ad
dextram Dei, & interpellat pro nobis. Quis dimittet nos ab amore Christi? num 35
afflictio, num tentatio, num persecutio, num fames, num nuditas, num gladius, num
angustia? Sicut dicit Scriptura, Propter te occidimur totâ die, & sumus tanquam 36
oves quæ mactantur.

Quarto Sabbato Rogationis, & pro Isaaco Lectio. Tertio Sabbato Januarii, omniumque mensium.

Verùm propterea superamus in omnibus, eò quòd ipse dilexit nos. Persuasum au- 37
tem habeo, nihil fore quod dimiserit nos ab amore Dei, qui est per Jesum Christum Do- 38
minum nostrum, neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; præsentia, ne-
que quæ sunt futura, neque potestates, Neque altitudo, neque profunditas, neque ulla 39
alia creatura, non poterit dimittere nos ab amore Christi. *CAP. IX.*

Verè dico vobis per Christum, neq; mentior, & testis meus est Spiritus sanctus qui 1
in corde meo est; Quòd tristitiam habeo, & cor meum impensè excruciatur 2
omni tempore. Precaver enim ego quòd abductus essem à Christo pro fratribus me- 3
ከ፡ መጽአት፡ ሶሪት፡ ኀም፡ ተብዘኃኑ፡ ለኃጢአት፡ እስከ፡ አመ፡ ይበጽሕ ዝኩ፡ ዘ
ርእ፡ ዘለኩ፡ ለሰፈወ፡ በሠርዐተ፡ መላእክቲሁ፡ ወበእደ፡ ሣሪይ።=።

Et Abrahamo promisit, & dixit ei; Tibi & semini tuo: non dicit; Tibi et 16
seminibus tuis, sicut multis: sed sicut uni; Semini tuo, quia Christus est.
Hoc igitur dico, pactum hoc fuisse à Deo: & post quadringentos annos, & 17
triginta annos venisse legem, sed non ut prohiberet quod promisit Deus. Si 18
igitur faciendo præcepta legis, hæreditatem consequentur, non fuit in eo quod
promisit: ecce primò promisit Deus Abrahamo. Quarè igitur venit lex? 19
num ut multiplicant peccata, usque dum venerit hoc semen, cui promissit per
ordinationem angelorum, & per manum Electi?

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

16 Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit; Et seminibus,
17 quasi in multis: sed quasi in uno; Et semini tuo, qui est Christus. Hoc
autem dico; Testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos &
triginta annos facta est Lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.
18 Nam si ex lege hæreditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repro-
19 missionem donavit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est,
donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu media-
20 toris. Mediator autem unius non est: Deus autem unus est. Lex ergò ad-
21 versùs promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare,
22 verè ex lege esset justitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut
23 promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus. Priùs autem quàm veni-
ret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ revelanda
24 erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur.
25 At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filii Dei
26
estis per fidem, quæ est in Christo Jesu. Quicunque enim in Christo ba- 27
ptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus: non est 28
servus, neque liber: non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos
unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi: ergò semen Abrahæ estis, 29
secundùm promissionem hæredes.

CAP. IV.

Dico autem; Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt à servo, cùm 1
sit dominus omnium: Sed sub tutoribus & actoribus est, usque ad præfi- 2
nitum tempus à patre: Ita & nos cùm essemus parvuli, sub elementis 3
mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus fili- 4
um suum, factum ex muliere, factum sub lege, Ut eos, qui sub lege erant, 5
redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filii, 6
misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, clamantem; Abba, Pater.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 * فَالْمَوَاعِيدُ اِنَّمَا قِيلَتْ لِاِبْرَهِيمَ وَلِنَسْلِهِ * وَلَمْ يَقُلْ سُلَالَاتٍ * كَاَنَّهُ يَدُوحِي كَثِيرِينَ * بَلْ كَمَنْ
17 يَنْعَمُ وَاحِدًا * وَلِنَسْلِكَ اَلَّذِي هُوَ ٱلْمَسِيحُ * وَاَقُولُ هَذَا مُوضِحًا اَنَّهُ عَهْدٌ قَدْ سَبَقَ اللّٰهُ فَبَنَاهُ
لِلْمَسِيحِ * وَٱلشَّرِيعَةُ ٱلَّتِي صَارَتْ بَعْدَ اَرْبَعِ مِاَئَةٍ وَبَلَاثِينَ سَنَةً * لَنْ تَنْقُضَهُ بِاَنْ تُبْطِلَ ٱلْمَوْعِدَ *
18 لِاَنَّ ٱلْمَوْرِثَ اِنْ كَانَ فِي ٱلشَّرِيعَةِ فَلَيْسَ مِنْ وَعْدٍ اَيْضًا * وَاللّٰهُ اِنَّمَا وَهَبَ لِاِبْرَهِيمَ بِمَوْعِدٍ * فَمَا
19 ٱلْغَرَضُ اِذًا * اَلشَّرِيعَةُ اِنَّمَا اُسِّسَتْ مِنْ اَجْلِ ٱلْمَعَاصِي اِلَى اَنْ يَجِيءَ ٱلنَّسْلُ اَلَّذِي لَهُ ٱلْمَوْعِدُ *
20 وَرُتِّبَتْ بِمَلَائِكَةٍ بِيَدِ وَاسِطَةٍ * وَٱلْوَاسِطَةُ لَيْسَ هُوَ وَاحِدٌ وَاسِطَةً * فَاَمَّا اللّٰهُ فَهُوَ وَاحِدٌ * فَٱلشَّرِيعَةُ
21 اِذًا تُنْقَضُ عَلَى مَوَاعِيدِ اللّٰهِ حَاشَا. فَاِنْ كَانَتْ قَدْ اُعْطِيَتْ شَرِيعَةً تَسْتَطِيعُ اَنْ تُحْيِيَ * فَالْعَدْلُ
بِٱلْحَقِيقَةِ مِنَ ٱلشَّرِيعَةِ هُوَ * لٰكِنِ ٱلْكِتَابُ حَبَسَ ٱلْكُلَّ تَحْتَ ٱلْخَطِيَّةِ * لِيُعْطَى ٱلْمَوْعِدُ لِلَّذِينَ
22 يُؤْمِنُونَ مِنْ اَمَانَةِ ٱلْمَسِيحِ * * قِرَاءَةُ ٱلْخَمِيسِ ٱلْخَامِسِ عَشَرَ وَفِي عِيدِ ٱلْقَدِيسَةِ بَرْبَارَ *
23 * قَبْلَ اَنْ تَجِيءَ ٱلْاَمَانَةُ كُنَّا تَحْتَ ٱلشَّرِيعَةِ نُصَانُ * نُحْبَسُ لِلْاَمَانَةِ ٱلْمُنْتَظَرِ اَسْتِعْلَانُهَا * فَٱلشَّرِيعَةُ
24 كَانَتْ مُؤَدِّبَنَا لِلْمَسِيحِ * لِنَتَبَرَّرَ بِٱلْاَمَانَةِ * فَلَمَّا وَرَدَتِ ٱلْاَمَانَةُ لَسْنَا نَكُونُ تَحْتَ مُؤَدِّبٍ اَيْضًا *
25 * لِاَنَّكُمْ كُلَّكُمْ بَنُو اللّٰهِ اَنْتُمْ بِٱلْاِيمَانِ بِيَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * لِاَنَّكُمْ كَافَّةَ ٱلَّذِينَ اصْطَبَغْتُمْ بِٱلْمَسِيحِ
26 قَدْ لَبِسْتُمُ ٱلْمَسِيحَ * فَلَيْسَ فِيكُمْ يَهُودِيٌّ وَلَا صَابِئٌ * وَلَا عَبْدٌ وَلَا حُرٌّ * وَلَيْسَ ذَكَرٌ وَاُنْثَى *
27 لِاَنَّكُمْ كُلَّكُمْ بِيَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ وَاحِدٌ * فَاِنْ
28 كُنْتُمْ لِلْمَسِيحِ فَاَنْتُمْ اِذًا نَسْلُ اِبْرَهِيمَ وَوَارِثُونَ مَا يَخُصُّ ٱلْمَوْعِدَ *
29

* اَلْفَصْلُ ٱلرَّابِعُ *

1 * وَاَقُولُ اَنَّهُ مَدَى ٱلزَّمَانِ اَلَّذِي يَكُونُ ٱلْوَارِثُ طِفْلًا * فَلَنْ يَفْضُلَ عَلَى ٱلْعَبْدِ شَيْئًا * اِذْ هُوَ
2 سَيِّدُ ٱلْعَبِيدِ كُلِّهِمْ * بَلْ يَكُونُ تَحْتَ حَجْرِ ٱلْاَوْصِيَاءِ وَٱلْقَهَارِمَةِ اِلَى تَاْجِيلِ اَبِيهِ * كَذٰلِكَ وَنَحْنُ اِذْ
3 كُنَّا اَطْفَالًا كُنَّا مُسْتَعْبَدِينَ تَحْتَ حَجْرِ اَسْتِقْصَاتِ ٱلْعَالَمِ * * قِرَاءَةُ يَوْمِ عِيدِ ٱلْمِيلَادِ ٱلْمَجِيدِ *
4 * فَلَمَّا حَانَ كَمَالُ ٱلزَّمَانِ اَرْسَلَ اللّٰهُ اِبْنَهُ مَوْلُودًا مِنِ اِمْرَاَةٍ * صَائِرًا تَحْتَ ٱلشَّرِيعَةِ * لِيَبْتَاعَ ٱلَّذِينَ
5 تَحْتَ حَجْرِ ٱلشَّرِيعَةِ * لِنَتَسَلَّمَ ٱلتَّبَنِّيَ * ثُمَّ * * ٱلْخَمِيسُ *
6 * وَاَنْتُمْ بَنُونَ اَرْسَلَ اللّٰهُ رُوحَ اِبْنِهِ اِلَى قُلُوبِكُمْ هَاتِفًا بِٱلْاَبِ يَا اَبَانَا *

Promissiones autem dictæ quidem sunt 16
Abrahæ & stirpi ejus. Neque dixit stir-
pibus, ac si multos intenderet: sed vel-
ut is qui unum spectat, Et stirpi tuæ,
qui est Christus. Hoc autem palàm di- 17
co, quòd istud sit fœdus quod jam olim
Deus confirmaverat Christo: et lex quæ
condita fuit post quadringentos & tri-
ginta annos, haudquaquam destruat il-
lud, ut aboleat promissionem. Nam 18
hæreditas ex sit in Lege, ergò non adhuc
ex promissione. Deus autem donavit
quidem Abrahæ per promissionem. Quid 19
igitur mens? profectò Lex condita est
propter contumacias, donec veniret
stirps cujus erat promissio: & ordinata
est per Angelos, per manum mediatoris.
Mediator autem non est unius mediator: 20
Deus verò est unus. Lex igitur exten- 21
ditur supra Dei promissiones? Absit.
Nam si data mihi fuisset Lex quæ posset
vivificare, justitia revera esset ex Le-
ge. Verùm Scriptura conclusit omni- 22
sub peccatum, ut promissio daretur his
qui crediturì essent, ex fide Jesu Christi.
Lectio feriæ quintæ hebdomadis decimæ quintæ. Et in die festo sanctæ Barbaræ.
Antequam veniret fides, Lex custodie- 23
bat nos conclusos ad fidem cujus revela-
tio expectabatur. Itaque Lex fuit ma- 24
gistra nostra ad Christum, ut justificaret
nos fides. Quarè veniente fide, non 25
sumus amplius sub magistro. Vos 26
enim omnes filii Dei estis, per fidem in
Jesum Christum. Nam vos omnes qui 27
in Christo baptizati estis, Christum jam
induistis. Non est enim inter vos Ju- 28
dæus, nec deficiens à fide, neque servus,
neque liber, neque est masculus & fœ-
mina.
Ad oblationem in die festo immersionis (seu baptismi, hoc est Epiphaniæ.)
Omnes enim vos unus estis in Jesu
Christo. Quòd si estis Christi, igitur 29
estis progenies Abrahæ, & hæredes ejus
quod attinet ad promissionem.

CAP. IV.

Dico autem, Spatio temporis quo hæ- 1
res puer est, nullatenus præstat servis,
quamvis sit dominus omnium servorum.
Sed est sub tutela curatorum & guber- 2
natorum usque ad tempus præfinitum à
patre suo. Ita & nos, cùm essemus 3
pueri, servitute premebamur sub tutela
elementorum mundi:
Lectio diei festi Nativitatis gloriosissimæ.
At adveniente perfectione temporis, 4
misit Deus filium suum genitum ex mu-
liere, factum sub Lege: Ut redimeret 5
eos qui erant sub Legis tutela, ut acci-
peremus adoptionem filiorum. Hactenus.
Feriâ quintâ.
Quarè cùm sitis filii, misit Deus Spi- 6
ritum Filii sui in corda vestra, cla-
mantem ad Patrem, O Pater noster.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

20 ወሓሪይሰ : ሊኆነ : አሐዱ : እግዚአብሔር : ባሕቱ : አሐዱ : ክልኤቱ ::=
21 ለሪት : እንከ፡ትክለእኑ : ዘለእስፈወ : እግዚአብሔር :: መጽአት : ሖስ :: ሶቤሁ : ተውህበ :
22 ሕግ : ዘይክል : ለሕይወ : ለውእቱ : ሕግ : እመኆነ : ጸደቅ ::= ወባሕቱ : ዘኀቡ : መ
ጽሐፍ : ለኵሉ : ውእተ : ኀጢአት : ከመ : ይኩን : ዝኩ : ተስፋ : በለሚን : ወይረክብ
23 መ : እለ : የለመኑ ::= ወዘእንበለሰ : ይብጸሕ : ለሚን : ዐቀበተነ : ለፅት : ቁመርሐተነ :
24 ውእተ : ለሚን : ዘይመጽእ ::= ለፅት : እንከ : መርሐ : ኵነተነ : ለኀበ : ክርስቶስ : ከ
25 መ : ንጽደቅ : በለሚነ : ቦቱ ::= ወእመዝ : መጽአ : እንከ : ለሚን : ኢንፈቅድ : እን
26 ከ : መርሐ ::= እስመ : ኵልነ : ውሉደ : እግዚአብሔር : ኮነ ::= ✣✣✣✣ ለልቦ :
28 ሊይሁያዊ : ወለልቦ : አረማዊ : ወለልቦ : ነባሪ : ወለልቦ : ለጋዕዚ : ወለልቦ : ተባዕተ : ወለ
ልቦ : ለንስተ :: እስመ : ኵልክሙ : ውሉደ : እግዚአብሔር : ለንትሙ : ከመ : ክርስቶስ :
ዘርእ : ለንትሙ ::=

በጉና : ክርስቶስ : መንባብ : በዕለተ : በዓል ::=

1 ዐ ወባሕቱ : እብል : ለመጣን : ሕፃን : ውእቱ : ወረሲ : ለልቦ : ዘይጌይጽ : እመነባሪ : እ
2 ንዘ : እግዚእ : ውእቱ : ለኵሉ ::= ወባሕቱ : ላዕለ : እመሓው : ወላዕለ : መገብት : ይ
3 ትዐቀብ : እስከ : ይበጽሕ : ዕድሜ : ለብዙ ::= ከማሁኬ : ኀነነሂ : ለመ : ሕፃናት : ነ
4 ሕነ : ተቀነይነ : ለስሒተዝ : ዓለመ ::= ወእመ : በጽሓ : ዕድሜሁ : ፈነወ : እግዚአብሔር :
5 ወልደ : ወተወልደ : እመብእሲት : ወገብረ : ሕገ : በለሪት ::= ከመ : ይዛየጦ : ለእለ : ውእ
6 ተ : ለሪት : ከመ : ንርከብ : ትርሲተ : ወልድ ::= ወከመሰ : ውሉዶ : ለንትሙ : ናሁ : ፈነወ : እግ
ዚአብሔር : መንፈስ : ወልዱ : ውእተ : ልብክሙ : ወይጸርኅ : ወይብል : ለባ : ወለአቦየ ::=

Et electus non est unius: Dominus tamen unus est duorum. Lex igitur num 20
prohibere quod promisit Deus adventa est? Absit. Si data fuisset lex quæ pote- 21
rat vivificare eum, lex tunc justificaret. Sed conclusit Scriptura omnia in pec- 22
cato, ut fieret hæc promissio in credendo, & obtinerent eam credentes. Et ante- 23
quàm veniret fides custodivit nos lex, & duxit nos in fide venturi. Lex igitur 24
ductor fuit nobis ad Christum, ut justificaremur per fidem in illo. Et quum igitur 25
adventa fuerit fides, non indigemus amplius ductore. Quia nos omnes filii Dei 26
sumus. Desunt versus 27.
Non est Judæus, neque Gentilis, neque servus, neque liber, neque masculus, neque 28
fœmina. Quia omnes vos filii Dei estis, sicut Christi semen estis.

CAP. IV.

Die festi confessionis Christi, lectio.

Sed dico; Quamdiu parvulus est hæres, nihil est quo differt à servo, existens do- 1
minus omnium: Sed sub tutoribus & dispensatoribus custoditur, usque dum ve- 2
niat tempus præfinitum patris sui: sic igitur nos etiam, quando parvuli eramus 3
inservivimus corruptioni hujus mundi. Et quando venit tempus præfinitum ejus, 4
misit Deus filium suum, & genitus fuit ex muliere, & operarius fuit præcepti in
lege, ut redimeret eos, qui sub lege erant, ut obtineamus adoptionem filiorum: 5
Quemadmodum filii ejus estis: ecce misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra, 6
& clamat & dicit; Pater, & Pater mi.

Digitized by Google

Itaque non *amplius es* servus, sed filius: Si verò filius, & hæres Dei
7 Ὥστε οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, (α) ἀλλ' υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ (β) κληρονόμος Θεοῦ
Per *Christum*. Sed tunc quidem ignorantes Deum, serviebatis non naturâ
8 διὰ Χριστοῦ. Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε (γ) τοῖς μὴ φύσει
existentibus diis. Nunc autem *cognoscentes* Deum, *magis autem* cogniti à Deo,
9 οὖσι θεοῖς. Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ,
quomodò convertimini iterùm ad infirma & egena elementa, quibus denuò *desuper*
πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα, οἷς πάλιν ἄνωθεν
servire vultis? Dies observatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo
10 δουλεύειν θέλετε; Ἡμέρας παρατηρεῖσθε, καὶ μῆνας, καὶ καιροὺς, καὶ ἐνιαυτούς. Φοβοῦμαι
11 ὑμᾶς, μή πως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς. Γίνεσθε ὡς ἐγὼ, ὅτι κἀγὼ
vos, ne fortè *frustrà fatigatus fuerim erga vos*. Estote sicut ego, quia & ego
12 ὡς ὑμεῖς· ἀδελφοὶ, δέομαι ὑμῶν. οὐδέν με ἠδικήσατε. Οἴδατε δὲ ὅτι
sicut vos: fratres, obsecro vos: nihil me *injuriâ affecistis*. Scitis autem quia
13 δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον· Καὶ τὸν (δ) πει-
per infirmitatem carnis evangelizavi vobis *priùs*: Et *experimentum* meî in
14 ρασμὸν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε οὐδὲ ἐξεπτύσατε· ἀλλ'
carne mea non *pro nihilo habuistis* neque respuistis: sed
ὡς ἄγγελον Θεοῦ ἐδέξασθέ με, ὡς Χριστὸν Ἰησοῦν. (ε) Τίς οὖν ὁ μακα-
sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum. *Quæ igitur erat* beati-
15 ρισμὸς ὑμῶν; Μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν
tudo vestra? *Testor* enim vobis, quia si *possibile*, oculos vestros
ἐξορύξαντες (ζ) ἂν ἐδώκατέ μοι.
effodientes dedissetis mihi.
16 Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων
Itaque inimicus vobis factus sum verum dicens
17 ὑμῖν; Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς· ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς
vobis? Æmulantur vos non bené: sed excludere vos volunt, ut illos
ζηλοῦτε. Καλὸν (η) δὲ τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε, καὶ μὴ μόνον ἐν
18 æmulemini. Bonum autem *æmulari* in bono semper, & non tantùm *in*
adesse me apud vos. *Nati* mei, quos iterùm parturio, *usque quò*
τῷ παρεῖναί με πρὸς ὑμᾶς. Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ
19 formetur Christus in vobis: Vellem autem *adesse ad* vos modò, & mutare
μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν· Ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, καὶ ἀλλάξαι
20 vocem meam: quoniam *hæsito* in vobis. Dicite mihi sub lege
τὴν φωνήν μου· ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν. Λέγετέ μοι οἱ ὑπὸ νόμον
21 volentes esse, legem non *auditis*? Scriptum est enim, Quoniam Abraham
θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε; Γέγραπται γὰρ, Ὅτι Ἀβραὰμ
22 duos filios habuit: unum de ancilla, & unum de libera. Sed
δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. Ἀλλ'
23 qui *quidem* de ancilla, secundùm carnem natus est: qui autem de libera,
ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας,
per repromissionem. Quæ sunt *allegorizata*. Hæc enim sunt
(θ) διὰ τῆς ἐπαγγελίας. Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα. αὗται γάρ (ι) εἰσιν
24 duo testamenta: Unum quidem à monte Sina, in servitutem generans, quæ est
αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν
Agar: (*Nam Agar*, Sina mons est in Arabia: *quadrat autem*
Ἁγὰρ· (κ) (Τὸ γὰρ Ἁγὰρ, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ
25 nunc Hierusalem,) servit *verò* cum filiis suis. Illa autem *sublimis*
τῇ νῦν Ἰερουσαλὴμ,) δουλεύει (λ) μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. Ἡ δὲ ἄνω
26 Hierusalem, libera est: quæ est mater *omnium nostrûm*. Scriptum est enim,
Ἰερουσαλὴμ, ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Γέγραπται γὰρ,
27 Lætare, sterilis, non *pariens*: erumpe & clama, non *parturiens*: quia multi
Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα· ὅτι πολλὰ
nati desertæ magis quàm *habentis* virum.
τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.

Κεφ. Η'. MS.A (α) ἀλλὰ (β) κληρονόμος διὰ Θεοῦ. Ἀλλὰ (γ) τοῖς φύσι μὴ οὖσι (δ) πειρασμὸν *ὑμῶν ἐν τῇ (ε) Ποῦ οὖν ὁ μακαρισμὸς (ζ) ἐξώκατέ (η) δὲ ζηλοῦσθαι (θ) διὰ ἐπαγγελίας. (ι) εἰσιν δύο (κ) (Τὸ δὲ Ἁγὰρ (λ) γὰρ μετὰ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Itaque servi non estis, sed filii: quòd si 7
filii, etiam hæredes Dei per Jesum Chri- 8
stum. Tunc enim quum ignorabatis Deum, colebatis eos qui naturâ suâ non sunt
Dii. Nunc autem quum cognoveritis Deum, & quod magis est, cogniti fictis à Deo, 9
iterùm convertemini ad ea elementa infirma & egena, ac denuò vultis illis servire.
Dies, & menses, & tempora, & annos 10
observatis. Timeo ne fortè in vanum labo- 11
raverim erga vos. Estote ut ego sum, 12
quandoquidem & ego ut vos eram: Fratres
mei, obsecro vos: nihil me offendistis.
Nôstis enim quòd per infirmitatem carnis 13
meæ evangelizaverim vobis jampridem.
Et tentationem quæ erat in carne mea, 14
non spreviſtis nec execrati estis, sed tan-
quam angelum Dei excepistis me, & tan-
quam Jesum Christum. Ubi est ergò beati- 15
tas vestra? testimonium enim fero de vo-
bis, quòd si fieri potuisset, oculos ve-
stros eruissetis, ac dedissetis mihi. Num 16
inimicus factus sum vobis, quòd prædica-
verim vobis veritatem? Æmulantur vos 17
non ad bonum; sed coarctare vos volunt,
ut ipsos æmulemini. Bonum est autem ut 18
invideamini in rebus bonis semper, nec tan-
tùm quum vobis adsum.

Nativitas Johannis. 7,

Filioli mihi quos denuò parturio, donec 19
formetur in vobis Christus: Vellem qui- 20
dem adesse apud vos nunc, ut mutarem vo-
cem meam, quoniam stupefactus sum in
vobis. Dicite mihi vos qui vultis esse sub 21
Lege, Legem ipsam non auditis? Scriptum 22
enim, Abrahamo duos extitisse filios, u-
num ex ancilla, & alterum ex libera. Sed 23
qui ex ancilla, secundùm carnem natus
est: qui verò ex libera, per re-
promissionem extitit. Hæc autem sunt 24
allegoriæ duorum testamentorum, unum
quidem à monte Sinai generans in servitu-
tem, quæ est Hagar. Nam Hagar mons est 25
Sinai qui est in Arabia; & respondet huic
Jerosolymæ, & servit servitutem ipsa &
filii ejus. Illa verò Jerusalem excelsa, li- 26
bera est, quæ est mater nostra. Scriptum 27
est enim; Lætare sterilis quæ non paris, &
erumpe clamáque quæ non parturis: quo-
niam plures facti sunt filii desertæ, quàm
filii maritatæ.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Igitur filius ejus es, & non es servus: & si filius es, hæres igitur Dei 7
es. Sed olim per ignorantiam vestram serviviſtis iis, quæ non fuerunt Dii. 8
Et nunc quum *cognoscatis Deum, & potiùs ille cognoscat vos: quomodò* 9
convertendo *iterùm ad hoc infirmum & egenum idolum hujus mundi, de-*
sideratis creaturas ut inserviatis iis? Et observatis dies mensis, & 10
tempora annorum. Timeo vos, utique ne frustrà laboraverim propter 11
vos.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

7 Itaque jam non est servus, sed filius. Quòd si filius: & hæres per Deum.
8 Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui naturâ non sunt dii, serviebà-
9 tis. Nunc autem cùm cognoveritis Deum, immò cogniti sitis à Deo: quo-
10 modò convertimini iterùm ad infirma & egena elementa, quibus demùm ser-
11 vire vultis? Dies observatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo
12 vos, ne fortè sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut ego, quia &
13 ego sicut vos: fratres, obsecro vos: Nihil me læsistis. Scitis autem quia
per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem: &, tentationem ve-
14 stram in carne mea Non spreveristis, neque respuistis: sed sicut Angelum
15 Dei excepistis me, sicut Christum Jesum. Ubi est ergò beatitudo vestra?
Testimonium enim perhibebo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros
16 eruissetis, & dedissetis mihi. Ergò inimicus vobis factus sum, verum dicens
17 vobis? Æmulantur vos non benè: sed excludere vos volunt, ut illos
æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono semper: & non tantùm cùm 18
præsens sum apud vos. Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur 19
Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modò, & mutare vocem 20
meam: quoniam confundor in vobis. Dicite mihi qui sub lege vultis esse, 21
legem non legistis? Scriptum est enim; Quoniam Abraham duos filios ha- 22
buit: unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundùm 23
carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: Quæ sunt per 24
allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte
Sina, in servitutem generans: quæ est Agar: Sina enim mons est in Ara- 25
bia, qui conjunctus est ei, quæ nunc est Jerusalem, & servit cum filiis suis.
Illa autem, quæ sursùm est Jerusalem, libera est: quæ est mater nostra. 26
Scriptum est enim; Lætare, sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ 27
non parturis: quia multi filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

7 * فلذلك لست عبدًا ايضًا بل ابنًا * فان كنت ابنًا فانت وارث الله بالمسيح * ثم *
8 * قراءة الجمعة من الجمعة الخامسة عشر بعد العنصرة * لكنكم في ذلك الحين اذ لم
9 تعرفوا الاها * تعبدتم للذين ليسوا بطبيعتهم آلهة * فالآن اذ قد عرفتم الله * بل والله قد
عرفكم * فكيف تعودون ايضا الى الاسقصات الضعيفة * والمسكنة التي تريدون تتعبدون لها
10 ايضا ثانية * مراصدين ايامًا وسهورًا واوقاتًا واعوامًا * فاخشى الا اكون قد تعبت فيكم باطلًا *
11 12 صيروا كأنا * فقد كنت انا كانتم * ايها الاخوة اسألكم انا ظلمتموني شيأ * وقد
13 علمتم انني بسببكم اولًا * وانا متكيد مرض البدن * فما رفضتم تجتني التي في بشري *
14 ولا بصقتموني لكن كملاك الله قبلتموني مثل يسوع المسيح * فاين هو تطويبكم اذًا * لاني
15 اشهد لكم ان لو كان يمكنكم لقد كنتم فوريتم اعينكم واعطيتموينها * حتى انني
16 قد صرت عدوكم * انا اصدقكم * يغايروكم لا عين محمودة * بل يريدون ان يعوقوكم
17 ليغايروهم انتم * ومحمودة هي المغايرة في الخير كل حين * وليس في حضوري عندكم فقط *
18 19 يا اولادي الذين هانذا اطلق بكم ايضا الى ان يتصور فيكم المسيح * ولقد كنت
20 اعني ان احضر الآن عندكم * وابدل صوتي فيكم فاني قد تحيرت في امركم *
21 * يقول لي المريدون ان يكونوا تحت شريعة * اما قد سمعتم الشريعة * ثم *
22 * لانه مكتوب * قراءة لعيد السيدة تاسع ايلول * ان ابرهيم كان له ابنان
23 فواحد من الامة * وواحد من الحر * لكن الذي من الامة ولد * لما يخص باليسر * والذي
24 من الحر ولد بالموعد * وهاتان لهما معنى هو غير لفظ خبرهما * لان هاتين هما العهدتان *
25 فالواحدة من طور سينا ناتجة اولادا للعبودية التي هي هاجر * لان هاجر سينا جبل في البلقاء *
26 ويناجم اورسليم * هذه تخدم مع اولادها * فاما اورسليم التي في العلى فهي حر التي هي
27 امنا كلنا * لانه مكتوب افرحي ايتها العاقر التي لا تلد * ترنمي واهتفي يا من لم تطلق *
فان اولاد البرية كثيرون اكثر من اولاد التي لها الرجل *

Quapropter non es amplius servus, sed 7
filius: quòd si filius es, ergo hæres Dei es per Christum. Finis.

Lectio feriæ sextæ hebdomadis decimæ quintæ post Pentecosten.

Verùm eo tempore quum ignoraretis Deum, mancipâstis vos iis qui naturâ sua 8
non sunt dii. At nunc quum agnoveritis Deum, imò & Deus agnoverit vos, 9
quomodò iterùm revertimini ad elementa infirma, & paupertatem cui vultis
adhuc secundâ vice vos mancipare, Ob- 10
servantes dies, & menses, & tempora, & annos? Equidem vereor ne frustra 11
sim fatigatus in vobis. Estote qualis ſum 12
ego: eram enim ego quales vos estis. Hæus
fratres, obsecro vos, nulla in re me læ-
sistis. Jam verò nôstis quòd prius an- 13
nuntiaverim vobis dum carnis morbo la-
borarem: Attamen nòn respuistis expe- 14
rimentum mei quod erat in carne mea,
nec expuistis me: sed ut Angelum Dei
excepistis me, ut Jesum Christum. Ubi 15
est igitur beatitatis vestræ prædicatio?
testimonium enim reddo vobis quòd si po-
tuissetis, oculos vestros effodissetis, eòs-
que dedissetis mihi. Adeò ut inimicus 16
factus sim vobis ego vester amicissimus.
Æmulantur vos æmulatione minimè 17
laudandâ, imò impedire vos volunt, ut
ipsos æmulemini. Laudabilis quidem est 18
æmulatio in bono semper, & non so-
lùm me præsente apud vos. O filioli 19
mei, quos ecce iterùm parturio, donec
formetur in vobis Christus: Percupe- 20
rem sanè adesse nunc apud vos, & muta-
re vocem meam de vobis: quoniam ob-
stupui de re vestra. Dicant mihi qui 21
volunt esse sub lege, annon audistis le-
gem? Finis. *Scriptum est enim,* 22

Lectio pro solennitate Dominæ, octavâ die Septembris.

quòd Abraham duos habebat liberos:
unum quidem ex ancilla, & unum ex
libera. Sed qui ex ancilla natus est, se- 23
cundùm carnem fuit: qui verò ex libe-
ra natus est, per promissionem. Hæ autem 24
duæ sensum habent cujus narratio ines-
fabilis est. Nam hæ sunt illæ duæ pro-
missiones, una quidem ex monte Sina ge-
nerans filios ad servitutem, nempè Ha- 25
gar. Nam Hagar Sina mons est in Bal-
ca, quæ conterminа est Hierosolymæ: hæc
servit cum liberis suis. At verò Jeru- 26
salem illa quæ est in excelsis, libera est,
quæ est mater omnium nostrûm. Scri- 27
ptum est enim, Lætare O sterilis quæ
non paris, cane & clama quæ non par-
turis: quia filii desertæ multi sunt,
plures quàm filii ejus quæ habet ma-
ritum.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

12 ኑኑ : ከማየ : እስመ : ለነሂ : ከማክሙ : ለነ :: ለኅዊነ : ለስተበቍዐክሙኒ:=
13 ታእመረ : እመ : በሊመጥነ : ድኻመ : ኀይልየ : መሀርኩክሙ : ቀዲሙ:=
14 ወእንዘሂ : ተሐመሙ : ሊተቍጣዕክሙኒ : ወሊመነንክሙኒ : ለሠጋየ : ወተወከፍክሙኒ::
15 ከመ : መልአከ : እግዚአብሔር : ወከመ : ክርስቶስ : ሊየሱስ:= ወበመንትኑሙ : ለ
ብፅዖትክሙ : ለነ : ሰማዕትክሙ : ከመ : ሶበ : ይትከሀለክሙ : ላዕይኒክሙ : መሊኅ
16 ክሙኒ : እመወሀብክሙ:= ጸላኤ : ኮንኩክሙ : እስመ : ጸርታዕክሙ:=
17 ወጎዚነ : ዘይቀንኡ : ሳዕሌክሙ : እንከ : ናቱዕ : ደእሙ : ይዝግሑክሙ : ይፈቅዱ : ከ
18 መ : ትቅንኡ : ሳዕሌሆሙ::= ሠናይ : ተቃንእ : ለገቢረ : ሠናይ : ኵሉ : ጊዜ :
19 ወልኡ : ደእሙ : በህልው : ዚአየ : ኀቤክሙ::= ደቂቅየ : እለ : ደግሙ : ለሐመ
20 ሙ : ብክሙ : እስከ : ለመ : ያስተርኢ : ክርስቶስ : በሳዕሌክሙ:= እፈቅድ : ለሀሉ :
21 ኀቤክሙ : ይእዜ : ወእወለጥ : ቃልየ : እስመ : ለኅጥእ : ዘበእንቲኣክሙ::= ትብ
22 ሉኒ : በሕገ : ሶሪት : ኑሀሉ : ወሊትሰሙዕዋ : ለሶሪት::= ጽሑፍ : ለብር ሃመለ :
23 ክልኤ : ደቂቀ : ወለደ : ለሐደ : እመዕቅብቱ : ወለሐደ : እመለጋዕዚት:= ወበሕ
ቱ : ካልእ : ልደቱ : ለዘ : እመዕቅብቱ : ሕገ : ሰብለ : ተወልደ :: ወዘስ : እመለጋዕ
24 ዚት : በዘ : ለሰፈዎ:= ወዝውእቱ : ክልኤቲ : ለሠርዐት : ወይእቲሰ : እመደብረ :
25 ሲና : ትወልድ : ለቅኔ:= ወይእቲ : እገር : ወሲናሰ : ደብር : ውእቱ : በብሔረ : ዐ
26 ረብ : ወይትናጽር : መስለ : ሊየሩሰሌም : እንተ : ይእዜ : ወትትቀነይ : መስለ : ደቂ
ቀ:= ወሊየሩሰሌምስ : እንተ : ሳዕሉ : ለጋዕዚይት : ለይእቲ : እሙነ:= ጽሑፍ :
27 ትትፈሣሕ : መካን : እንተ : ሊትወልድ : ተለውዩ : ወትግዕር : እንተ : ሊታለመር : ሚ
ሕመመ : እስመ : ብዙኅ : ውሉደ : ለመዕስብ : እመእንተ : በቲ : መተ:=

Estote sicut ego, quia ego sicut vos sum: fratres nostri, obsecro vos. Sci- 12
tis quòd quando infirma erat facultas mea, docui vos priùs: Et quod pa- 13
tientes vos, non fastidivistis, neque reprobâstis corpus meum, & recepi- 14
stis me, sicut angelum Dei, & sicut Christum Jesum. In quo quidem bea- 15
titudo vestra? Ego testimonio sum vobis, quòd si possibile fuisset vobis ocu-
los vestros evulsisse, dedissetis. Inimicus fui vobis, quia dirigo vos? 16
Et hoc quod æmulantur super vos, igitur rectum est? sed excludere vos 17
volunt, ut æmulemini super eos. Bonum æmulamini ad faciendum bonum 18
semper, & non solummodo dum præsens sum apud vos. Filioli mei, pro 19
quibus iterùm cruciatus patior, donec appareat Christus in vobis. Vellem 20
esse apud vos nunc, & mutare vocem meam: quia non possum efficere hoc
pro vobis. Dicitis mihi; In præcepto legis sumus, & non audistis legem? 21
Scriptum est quod Abraham duos filios genuit: unum de ancilla, & 22
unum de libera. Sed duplex est progenies ejus: quæ ab ancilla, secundùm 23
morem hominis nata est: & quæ è libera secundùm promissionem: Et hæc 24
sunt duo testamenta, & hæc ex monte Sinai generat servitutem: Et est 25
Agar: & Sinai mons est in regione Arabiæ, & ex adverso corresponlet
Hierosolymæ, quæ nunc est, & servit cum filiis. Et Hierusalem quæ 26
sursum est, liberæque hanc matrem nostram. Scriptum est; Lætare sterilis, 27
quæ non paris: clama & exclama, quæ non cognoscis dolorem partus:
quoniam plures sunt filii mercede conductæ, quam ejus quæ habet vi-
rum.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ. ΚΕΦ. Θ'. Ι'. ΙΑ'.

28 Nos autem, fratres, secundùm Isaac, promissionis *nati* sumus. Sed quomodò
29 Ἡμεῖς ὑ, ἀδελφοὶ, κτ̄ Ἰσαὰκ, ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμέν. Ἀλλ' ὥσπερ
tunc is secundùm carnem *genitus*, persequebatur eum qui secundùm spiritum: ita &
τότε ὁ κτ̄ σάρκα γεννηθεὶς, ἐδίωκε τὸν κτ̄ πνεῦμα· οὕτω κ̀
nunc. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam & filium ejus.
30 νῦν. Ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; Ἔκβαλε τὴν (μ) παιδίσκην κ̀ τὸν υἱὸν αὐτῆς.
Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. *Nempè*,
31 οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετ̄ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. (ν) Ἄρα,
fratres, non sumus ancillæ *nati*, sed liberæ.
ἀδελφοὶ, οὐκ ἐσμὲν παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας.

CAP. V. ϛ'.

1 (α) Τῇ Libertate *igitur* quâ Christus nos liberavit, state: & *ne* iterùm
ἐλευθερίᾳ οὖν ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε· κ̀ μὴ πάλιν
jugo servitutis *implicamini*. Ecce ego Paulus dico vobis; Quoniam si circumcidamini,
2 ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. Ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, Ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε,
Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursùs omni homini circum-
3 Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. Μαρτύρομαι ὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ περι-
cidenti se; Quoniam debitor est *totam legem facere*. *Aboliti* estis à
4 τεμνομένῳ, Ὅτι ὀφειλέτης ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι. Κατηργήθητε ἀπὸ
Christo, *quicunque* in lege justificamini: gratiâ excidistis. Nos
5 τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε· τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. Ἡμεῖς
enim spiritu, ex fide spem justitiæ expectamus. In *enim* Christo
6 γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα. Ἐν γὰρ Χριστῷ
Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides per charitatem
Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης
efficax. Currebatis *pulchrè*, quis vos impedivit veritati non
7 ἐνεργουμένη. Ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς (β) ἀνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ
suaderi? Persuasio non *ex vocante* vos. Modicum fermentum totam
πείθεσθαι; Ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς. Μικρὰ ζύμη ὅλον
8 massam *fermentat*. Ego confido in *vos* in Domino, quòd nihil aliud
τὸ φύραμα ζυμοῖ. Ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο
sapietis: *at* conturbans vos portabit iudicium, quicunque *fuerit*. Ego
φρονήσετε· ὁ ὲ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις (γ) ἂν ᾖ. Ἐγὼ ὲ
autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? *Nempè*
ὑ, ἀδελφοὶ, εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω, τί ἔτι διώκομαι; Ἄρα
abolitum est scandalum crucis. Utinam & abscindantur *inquie-*
κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ (δ) σταυροῦ. Ὄφελον κ̀ ἀποκόπτονται οἱ ἀναστα-
tantes vos. Vos enim in *libertate* vocati estis, fratres: tantùm ne liber-
ΙΑ' τοῦντες ὑμᾶς. Ὑμεῖς γὰρ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε, ἀδελφοί· μόνον μὴ τὴν ἐλευ-
tatem in occasionem *carni*, sed per charitatem servite *alii alii*. *Nam* omnis
θερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις. Ὁ γὰρ πᾶς
lex in uno sermone impletur, *in illo*; Diliges proximum tuum sicut
νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ (ε) πληροῦται, ἐν τῷ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς
teipsum. Si *verò alii alios* mordetis & comeditis, videte ne ab invicèm
σεαυτόν. Εἰ ὲ ἀλλήλους δάκνετε κ̀ κατεσθίετε, βλέπετε μὴ ὑπ' ἀλλήλων
consumamini. Dico autem; Spiritu ambulate, & *concupiscentiam* carnis non
ἀναλωθῆτε. Λέγω ὲ, Πνεύματι περιπατεῖτε, κ̀ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ
perficietis. *Nam* caro concupiscit adversùs spiritum: *at* spiritus adversùs
τελέσητε. Ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κτ̄ τοῦ πνεύματος, τὸ ὲ πνεῦμα κτ̄
carnem: *hæc autem opponuntur alia aliis*: ut non quæcunque vultis, illa
τὴν σαρκός· ταῦτα ὲ (ζ) ἀντίκειται ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ἃ (η) ἂν θέλητε, ταῦτα
facia*tis*. Si *verò* spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera
ποιῆτε. Εἰ ὲ πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. Φανερὰ ὲ ἐστὶ τὰ ἔργα
carnis: quæ sunt, *adulterium*, fornicatio, *impuritas*, *protervia*,
τῆς σαρκός· ἅτινά (θ) ἐστι, μοιχεία, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια,

MS.A. (μ) παιδίσκην ταύτην κ̀ (ν) Ἡμεῖς ὑ, ἀδελφοὶ, Κεφ. ϛ'. MS.A. (α) Τῇ ἐλευθερίᾳ ἡμᾶς Χριστὸς ἠλευθέρωσεν· στήκετε οὖν, κ̀ (β) ἀνέκοψεν ἀληθείᾳ (γ) ἂν
(δ) σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. (ε) πεπλήρωται, (ζ) ἀλλήλ··· ····κειτε, ἵνα (η) ἐὰν (θ) ἐστιν, πορνεία

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Circuncisione Domini nostri. 8.

Nos autem fratres mei, secundùm Isaac filii 28
sumus promissionis. At quemadmodum 29
tunc is qui natus erat secundùm carnem, per-
sequebatur eum, qui secundùm Spiritum;
ita & nunc. Sed quid ait Scriptura? Eji- 30
ce ancillam & filium ejus, quia hæreditatem
non obtinebit filius ancillæ cum filio liberæ.
Nos itaque fratres mei, non sumus filii an- 31
cillæ, verùm filii liberæ.

CAP. V.

STate igitur in libertate illa quâ Christus 1
nos donavit, & ne cervicem subdatis jugo
servitutis. Ecce ego Paulus dico vobis, 2
quòd si circuncidamini, Christus nihil vo-
bis prodest. Contestor autem iterùm 3
omnem hominem qui circumciditur, quòd
debitor sit totius Legis adimplendæ. De- 4
sciviſtis à Christo quicunque per Legem
justificamini, & à gratia excidistis. Nos 5
enim spiritu qui est ex fide, spem justitiæ
expectamus. Nam in Christo Jesu nihil est 6
circuncisio, neque præputium, sed fides quæ
perficitur charitate. Pulchrè currebatis; 7
quis vos perturbavit ne veritati assensum
præberetis? Persuasio vestra non est ab 8
eo qui vocavit vos. Paululùm fermenti 9
totam consperſionem fermentat. Ego con- 10
fido de vobis in Domino nostro, vos nihil
aliud sentire. Cæterùm qui conturbat vos;
ipse judicium sustinebit, quisquis ille sit.
Ego autem fratres mei, si adhuc circumci- 11
onem prædicarem, cur persecutionem pate-
rer? num abolitum est offendiculum crucis?
Utinam autem præscindendo præscindantur 12
illi qui vos perturbant.

Dominicâ III. Jejunii. 9.

Porrò vos in libertatem vocati fuistis, fratres 13
mei: tantùm ne sit libertas vestra in occa-
sionem carnis, sed per charitatem subjecti
estote alter alteri. Tota siquidem Lex hoc 14
uno verbo impletur, Diliges proximum tu-
um sicut teipsum. Quòd si alius alium 15
mordetis & devoratis, videte ne alius ab
alio consumamini. Dico autem, Spiritu 16
ambulate, & concupiscentiam carnis nun-
quam exequemini. Caro siquidem concu- 17
piscit id quod lædit spiritum, & spiritus
concupiscit id quod lædit carnem: & uter-
que sunt sibi invicèm contrarii, ut non, quod
vultis, faciatis. Quòd si Spiritu ducimini, 18
non estis sub Lege. Nota sunt enim opera 19
carnis, quæ sunt scortatio, immundities,
lascivia,

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

28
29 ወእንትሙሰ : አኀዊነ : እመይስሐቅ : ውሉድ : ለንትሙ፡=ፈ ወበከመ : ዘበሕገ : ዘሥ
30 ጋ : ተወልደ : ሰደደ : ለዘ : በመንፈስ : ቅዱስ : ከማሁ : ይእዜኒ፡=ፈ ወመኑተ : ይቤ : መ
ጽሐፍ : ሰድደ : ለእመት : መስለ : ወልደ : እመ : ሊይርስ : ወልደ : ለመት : መስለ :
31 ወልደ : ለጋዕዚት፡=ፈ ወይእዜኒ : ሊኮነ : ውሉደ : ለመት : ዘእንበለ : ዘለጋዕዚት : እስ
ም : ክርስቶስ : ለነፀዐነ፡፡=ፈ

በሣልሰ : ሰንበተ : ጾመ : ኀበ : ይትነበቡ፡=ፈ

1 ፲ ወቀሙ : እንከ : ወሊትሐሩ : ደግመ : ውስተ : አርዑተ : ቅኔ፡፡=ፈ

Et vos fratres nostri, ex Isaac filio estis. Et sicut ille qui secundùm legem car- 28
nis natus fuit, persequutus est eum qui secundùm legem *Spiritûs sancti: ita &* 29
nunc. Et quid dicit Scriptura? Eijce ancillam cum filio: quoniam non hæres 30
erit filius ancillæ cum filio liberæ. Et nunc non sumus filii ancillæ, sed liberæ: 31
quia Christus liberavit nos.

CAP. V.

Tertio sabbato jejunii, ubi legitur.

ET *state igitur, & ne eatis iterùm in jugum servitutis.* 1

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

28 Nos autem, fratres, secundùm Isaac promissionis filii sumus. Sed quomodò
29 tunc is, qui secundùm carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secun-
30 dùm spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam, &
31 filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque, fra-
tres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ: quâ libertate Christus nos liberavit.

CAP. V.

1 STate, & nolite iterùm jugo servitutis contineri. Ecce ego Paulus dico
2 vobis; Quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor au-
3 tem rursùs omni homini circumcidenti se, Quoniam debitor est universæ legis faci-
4 endæ. Evacuati estis à Christo, qui in lege justificamini: à gratia excidi-
5 stis. Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ expectamus. Nam in Christo
6 Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ
7 per charitatem operatur. Currebatis benè: quis vos impedivit veritati non
8 obedire? Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos. Modicum fermen-
9 tum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quòd ni-
10 hil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicunque
11 est ille. Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid ad-
12 huc persecutionem patior? Ergò evacuatum est scandalum crucis. Utinam
13 & abscindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati estis,
fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem
14 Spiritûs servite invicém. Omnis enim lex in uno sermone impletur; Dili-
15 ges proximum tuum sicut teipsum. Quòd si invicèm mordetis, & comedi-
16 tis: videte ne ab invicèm consumamini. Dico autem; Spiritu ambulate,
17 & desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversùs spiritum:
spiritus autem adversùs carnem: hæc enim sibi invicèm adversantur: ut non
18 quæcunque vultis, illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege.
19 Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt, fornicatio, immunditia, im-
pudicitia, luxuria,

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Lectio feriæ secundæ hebdomadis decimæ sextæ post Pentecosten.

28 *O fratres, nos sumus filii promissionis ut*
29 *Isaac. Sed quemadmodum tunc tempo-*
ris ille qui secundùm carnem genitus fu-
erat, persecutus est eum qui natus fuerat
30 *secundùm Spiritum: ita & nunc. Ve-*
rùm quid dicit Scriptura? Ejice ser-
vam & filium ejus: nam filius servæ
31 *non erit hæres cum filio liberæ. O fra-*
tres, non sumus filii ancillæ, sed filii
liberæ.

CAP. V.

1 *Quandoquidem Christus emancipa-*
vit nos in libertatem, state, & ne subji-
ciatis vos iterùm jugo servitutis. Ecce
2 *enim ego Paulus dico vobis, quòd si cir-*
cuncidamini, Christus nil proderit vobis.
3 *Testor etiam omni homini circumciso,*
quòd debitor est ac tenetur exequi totam
4 *legem. Jam desistis, & excidistis à*
Christo ô quicunque per legem justifica-
mini, & à gratia corruistis. Nos enim
5 *in Spiritu ex fide spem justitiæ expecta-*
6 *mus. Nam in religione Christi nullam*
rem potest circumcisio, neque præputium:
sed multùm potest fides quæ per charita-
7 *tem operatur. Jam currebatis homo stu-*
dio, quis vos interpellavit quò minùs
8 *obsequeremini veritati? Certè hæc in-*
stigatio non est ab eo qui vos vocavit.
9 *An nescitis quòd modicum fermentum*
10 *totam massam fermentat? Ego in chari-*
tate Domini certus sum de vobis quòd
non habituri sitis aliam opinionem: &
qui vos turbavit, retributionem patie-
tur, quisquis fuerit. Finis.

Lectio feriæ tertiæ hebdomadis decimæ sextæ.

11 *O fratres, si ego circumcisionem adhuc*
prædicem, quorsùm exercentem illam
persequor? nempè jam desiit scandalum
12 *crucis. Qui autem vos infestant, uti-*
13 *nam obmutescant. O fratres, vos ad*
libertatem vocati estis: tantùm ne ce-
dat libertas in occasionem carni, sed
aliis aliis ministrate per charitatem.
14 *Quilibet enim sermo uno verbo comple-*
tur, diligendo scilicet proximum tuum
15 *ut teipsum diligis. Quòd si alius ali-*
um mordet ac devorat, cavete ne alius
16 *alium absumat. Dico etiam; Si spiritu*
incesseritis, libidinem carnis minimè per-
17 *ficietis. Nam caro quidem optat quod*
militat contra Spiritum, Spiritus autem
optat quod militat contra carnem: atque
hoc quòd alter alteri adversetur, est ut
18 *res quas vultis, easdem non faciatis.*
Quòd si Spiritu ducamini, non estis sub
19 *lege. Facta verò carnis manifesta sunt:*
quæ sunt adulterium, fornicatio, impuri-
tas, libido,

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

2 1 ናሁ : እነ : ጳውሎስ : እብለክሙ : እምኀሙ : ትትገዘሩ : ክርስቶስ : ሊይበቍዐክ
3 ሙ::ኵ ወካዕበ : አሰምዕ : ለኵሉ : ብእሲ : ግዙር : ከመ : ይደልዎ : ይግበር : ኵሎ :
4 ለሪተ::ኵ ተስዕርክሙ : እመክርስቶስ : እለ : በለሪት : ትጸድቁ : ወወደቅሙ : እመጸ
5 ጋሠ::ኵ ወንሕንስ : በመንፈስ : ቅዱስ : ወበእሚን : ንሴፎ : ንጽደቅ::ኵ ወበኀበ :
6 ሊየሱስ : ክርስቶስ : ተገዝርኒ : ሊይበቍዕ : ወሊተገዝርኒ : ሊያሰልጥ : ዘእንበለ : ለሚ
7 ን : ወተፈቅሮ::ኵ ሠናይ : ሮጽክሙ : ሙኑ : ዐቀፈክሙ : ከመ : ሊትእመኑ : በጽድ
9 ቅ::ኵ ✣✣✣✣ ለኵኑ : ሕደጥ : ብሑኣ : ብዙኀ : ሐሪጸ : ያብሕእ::ኵ ለንሰ : ተ
10 እመንኩክሙ : ሙስለ : እግዚአብሑር : ከመ : ሊትሐልዩ : ባዕደ : ወዘስ : ይሀወኽክሙ :
11 ይጸወር : ደይኖ : ወለእመኒ : ሙኑ : ኮነ::ኵ ለንሰ : እኅዊነ : ለእመኒ : ግዝረተ : እስ
ክ : ዓደ : ለመንትኑ : እንከ : እዴግኔ : ተስዕረኑ : እንጋ : ትዕይርተ : መሰቀሉ : ለክርስ
12 ቶስ::ኵ 1ል ርቱዕሰ : ለንትኩ : እለ : ሀለወኽሙ::ኵ ወለንትኩሰ : ለግዕዛነ : ተጸ
13 ዋዕክሙ : ወደእሙ : ሊትገበሩ : ላቲ : ሙክንይታ : ለግዕዛነክሙ : በረሠገክሙ : ወበተፈ
14 ቅሮ : ተሰነዩ : ላቢጽክሙ::ኵ እስመ : እሰዱ : ቃል : ይፈጽሞ : ለኵሉ : ሕግ : እፍቅ
15 ር : ቢጽካ : ከመ : ነፍስክ::ኵ ወእመሰ : በቤይናቲክሙ : ትትበልዑ : ወትትናስኩ : ተጎ
16 ልቁ : ተርፍክሙ::ኵ እብለክሙ : በመንፈስ : ሑሩ : ወፍትወተ : ለሠጋክሙ : ሊትግበ
17 ሩ::ኵ እስመ : ለሠጋኒ : ይፈቱ : ዘሊይፈቅድ : መንፈስ : ወመንፈስኒ : ይፈቱ : ዘሊይፈቅ
18 ድ : ለሠጋ : ወይትለበዩ : በበይናቲሆሙ : ከመ : ሊትግበሩ : ዘትፈቅዱ::ኵ እስመ : ዘመን
19 ፈስ : ትትልዉ : ወፃእክሙ : እመሪት::ኵ ይትዐወቅ : መግብሩ : ለሠጋ :: ዝሙት :
ርኵስ : ወመርዐት::ኵ

Ecce ego Paulus dico vobis; Si circumcidamini, Christus non proderit vobis. 2
Et iterùm testor omni homini qui circumciditur, quòd oportet eum facere 3
totam legem. Evacuati estis à Christo, qui per legem justificamini: & 4
excidistis à gratia ejus. Et nos in Spiritu sancto, & in fide speramus 5
justificari. Et apud Jesum Christum, circumcisio non prodest, & defectus 6
circumcisionis non est utilis: sed fides, & charitas. Benè cucurristis: quis 7
impedivit vos, ut non credatis in justitia?

Versus octavus deest.

Nónne modicum fermentum, multum farinæ fermentat? Ego confidi in vo- 9
bis cum Domino, quòd non curatis aliud: & qui turbabit vos, portabit 10
judicium suum, quicunque fuerit. Ego verò, fratres nostri, si circumcisio- 11
nem prædico adhuc, quarè igitur persequar? evacuatumne igitur opprobri-
um crucis Christi? Æquum est vos qui permanetis: Etiam vos ad liberta- 12
tem vocati estis: sed ne eam faciatis occasionem libertatis vestræ in carne 13
vestra, sed in charitate servite fratribus vestris: Quia unum verbum con- 14
summat totam legem; Dilige fratrem tuum ut teipsum. Et si alii alios 15
comeditis, & mordetis, consummatæ sunt reliquiæ vestrûm. Dico vobis; 16
In spiritu ambulate, & desideria carnis vestræ ne faciatis. Quia caro de- 17
siderat quod non vult Spiritus: & Spiritus desiderat quod non vult caro:
& dissentiunt inter se, ut non faciatis quæ volueritis. Quia qui Spiri- 18
tum sequimini, exivistis à lege. Manifestum est opus carnis, fornicatio, 19
puritas, luxuria,

Digitized by Google

Idololatria, *veneficium*, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissen-
20 Εἰδωλολατρία, φαρμακία, ἔχθραι, ἔριδες, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, διχο-
siones, sectæ, Invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & similia his:
21 στασίαι, αἱρέσεις, φθόνοι, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· ἃ
quæ prædico vobis, sicut & prædixi; Quoniam talia *agentes* regnum
προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν
Dei non *hæreditabunt*. At fructus Spiritûs est charitas, gaudium, pax,
22 Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη,
longanimitas, benignitas, bonitas, fides, Mansuetudo, continentia: Adversùs
23 μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, (ι) Πραότης, ἐγκράτεια· κατὰ
hujusmodi non est lex. Qui autem Christi, carnem crucifixerunt cum
24 τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος. Οἱ δὲ τοῦ (κ) Χριστοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν
affectibus, & concupiscentiis. Si vivimus spiritu, spiritu & ambulemus.
25 τοῖς παθήμασι, καὶ τὰς ἐπιθυμίας. Εἰ ζῶμεν πνεύματι, πνεύματι καὶ στοιχῶμεν.
Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, *alii alios* provocantes, *alii aliis* invidentes.
26 Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλοις φθονοῦντες.


CAP. VI. ς'.

1 Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι, ὑμεῖς οἱ πνευ-
Fratres, si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos spi-
matικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος, σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ
rituales instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne
καὶ σὺ πειρασθῇς. Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε· καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε
& tu tenteris. *Alii aliorum* onera portate: & sic adimplebitis
2 τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν, (α) ἑαυτὸν φρεναπα-
legem Christi. Si *enim videtur* quis esse aliquid, nihil *existens*, *seipsum animo*
3 τᾷ τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὤν, (α) ἑαυτὸν φρεναπα-
fallit. At opus suum probet unusquisque: & *tunc* in seipsum tantùm
4 πατᾷ. Τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος· καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον

gloriationem habebit, & non in *alterum*: Unusquisque enim *proprium* onus portabit.
τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον. Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. 5
Communicet autem *instituta verbum instituenti*, in omnibus bonis.
Κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. 6
Ne errate: Deus non irridetur. *Quod* enim seminaverit homo, *hoc* & *Mὴ πλανᾶσθε· Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ 7
metet. Quoniam *seminans* in carnem suam, de carne metet
θερίσει. Ὅτι ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει
corruptionem: *At seminans* in spiritum, de spiritu metet vitam æter-
φθοράν. ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώ-
nam. *At pulchrum* facientes, non *segnescamus*: tempore enim *proprio* metemus
νιον. Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες, μὴ (β) ἐκκακῶμεν· καιρῷ γὰρ ἰδίῳ θερίσομεν 9
non *elanguentes*. *Nempè igitur* dum tempus habemus, operemur bonum ad
μὴ ἐκλυόμενοι. Ἄρα οὖν ὡς καιρὸν ἔχομεν, (γ) ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς 10
omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Videte *quàm longis* vobis
ΙΒ' πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Ἴδετε πηλίκοις ὑμῖν 11
literis scripsi meâ manu. Quicunque volunt *bonâ facie esse* in carne,
γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. Ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ, 12
hi cogunt vos circumcidi, tantùm ut *ne cruci* Christi per-
ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται. Οὐδὲ γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσιν· ἀλλὰ 13
secutionē patiantur. Neque enim *circumcisi* ipsi legem custodiunt: sed
θέλουσι περιτέμνεσθαι ὑμᾶς, ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται. Ἐμοὶ 14
volunt vos circumcidi, ut in vestra carne glorientur. Mihi
δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
autem absit gloriari, *si non* in cruce Domini nostri Jesu Christi,
δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ 15
per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In enim Christo Jesu
neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova *creatio*.
οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις.


MS. A. (ι) Πραΰτης, (κ) Χριστοῦ Ἰησοῦ, ΚΕΦ. ς'. MS. A. (α) φρεναπατᾷ ἑαυτόν. (β) ἐγκακῶμεν· (γ) ἐργαζόμεθα (δ) ἵνα τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ μὴ διώκωνται. (ε) βέλουσ ὑμᾶς (ζ) καυχήσασθαι, (η) κόσμῳ. (θ) τί ὄφελος,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.



Cultus idolorum, veneficium, inimicitia, 20
jurgium, æmulatio, ira, contumacia, diffidia,
sectæ, Invidia, homicidium, temulentia, 21
lasciva cantio, omniáque his similia: quæ
qui faciunt, ut jam prædixi vobis, & nunc
dico, regni Dei hæreditatem non sunt ad-
epturi. Fructus autem Spiritûs sunt cha- 22
ritas, gaudium, pax, longanimitas, benigni-
tas, bonitas, fides, Mansuetudo, patien- 23
tia. Adversùs hujusmodi lex posita *non*
est. Qui verò sunt Christi, carnem suam 24
crucifixerunt cum omnibus perpessionibus
ejus, ejusque desideriis. Vivamus ergò Spi- 25
ritu, & Spiritum sectemur. Nec simus ina- 26
nis gloriæ cupidi, alter alterum parvipenden-
tes, & alter alteri invidentes.

CAP. VI.



Fratres mei, si quis vestrûm præoccupa- 1
tus fuerit in delicto, vos qui spirituales estis,
instaurate eum spiritu mansueto, & cavete
ne & vos tentemini. Et portate onus al- 2
ter alterius, quoniam sic adimplebitis Legem
Christi. Nam si quis arbitratur se aliquid 3
esse, quum non sit, seipsum decipit. Sed 4
quisque opus suum probet, & tunc intra se-
ipsum erit gloriatio ejus, & non in alio.
Unusquisque enim suam ipsius sarcinam ba- 5
julabit. Communicet autem is qui audit 6
sermonem, ei qui sibi suggerit, in omnibus
bonis.

Matutinis feria IV. Passionis. 10.

Ne erretis, Deus non deluditur. Quicquid 7
enim seminat homo, idipsum demetet. Qui 8
seminat per carnem, de carne metet cor-
ruptionem: qui per Spiritum seminat, de
Spiritu vitam perennem metet. Quámque 9
benefacimus, ne sit nobis tædio: erit enim
tempus quo metemus, neque nobis erit tæ-
dio. Nunc itaque dum tempus habemus, 10
operemur bona erga unumquemque, sed
maximè erga domesticos fidei. Videte quas 11
scripturas scripsi vobis propriis manibus.
Quotquot volunt gloriari in carne, hi co- 12
gunt vos circuncîdi, tantùm ne per crucem
Christi persecutionem patiantur. Nam 13
qui circunciduntur, ne ipsi quidem servant
legem, sed volunt vos circuncîdi, ut in ve-
stra carne glorientur. Mihi verò non con- 14
tingat gloriari nisi in cruce Domini Jesu
Christi, per quem mundus crucifixus est mi-
hi, & ego crucifixus sum mundo. Nihil 15
enim est circuncisio, neque præputium, sed
creatura nova.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

20 ኣጣዕሞ : ለፀረይ : ጸልእ : ትገዝሀርት : ትገውፍት : ቅንኣት : መዐት : ኑፋቄ : ተቃሕ
21 ዎ:=፦ ተሐመሞ : ተቃትሎ : ስታይ : ስክረት : ወዘኣመሳሊሁ : ለገዝነቱ : በስመ : ኣቅደ
22 መኑ : ነጊርተክሙ : ዘዘነተ : ደገብር : ኢይሬሊ : መንግሠተ : እግዚኣብሔር::=ፀ ወ
23 ፍሬሁሰ : ለመንፈስ : ቅዱስ : ተፋቅሮ : ወፍሠሐ : ወሰላመ : ትዕግስት : መጽዋት : ኀረ
24 ት : ሃይማኖት::=ፀ የወሀት : ኢዘመዎ : ኣልቦ : ዘይቴይስ : እመገ : ሕግ::=ፀ ለኢየ
25 ሱስ : ክርስቶስ : ሰቀልዎ : ለሥጋሁ : መስለ : ፍትወት : ወመስለ : ኣጢኣት::=ፀ ወእመ
ሰ : በመንፈስ : ነሐዩ : ዘመንፈስ : ንግበር::=ፀ

Idololatria, venefícium, inimicitia, jactantia, murmuratio, æmulatio, iræ, 20
schisma, & secta, Afflictio, cædes, potatus, ebrietas, & similia ejus- 21
modi: sicut prædixi vobis, qui hæc facit non videbit regnum Dei. Et fru- 22
ctus Spiritûs sancti est charitas, & gaudium, & pax, patientia, eleemo-
synæ, bonitas, fides, Mansuetudo, continentia: & non est melior quàm 23
hæc, lex. Qui Jesu Christi sunt, crucifixerunt carnem suam, cum concupi- 24
scentia & peccato. Et si in Spiritu vivimus, spiritualia faciamus. 25

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

20 Idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dis-
21 sensiones, sectæ, Invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia :
quæ prædico vobis, sicut prædixi; Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non con-
22 sequentur. Fructus autem Spiritûs est : charitas, gaudium, pax, patientia, beni-
23 gnitas, bonitas, longanimitas, Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.
24 Adversùs hujusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifi-
25 xerunt cum vitiis & concupiscentiis. Si spiritu vivimus, spiritu & ambulemus.
26 Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicèm provocantes, invicèm invidentes.

CAP. VI.

1 FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales
2 estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu ten-
3 teris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam si
4 quis existimat se aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit. Opus autem suum
probet unusquisque, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in alte- 5
ro. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem, is qui cate- 6
chizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare : Deus 7
non irridetur. Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui semi- 8
nat in carne sua, de carne & metet corruptionem : qui autem seminat in spiritu, de
spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus : tempore 9
enim suo metemus non deficientes. Ergò dum tempus habemus, operemur bo- 10
num ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scri- 11
psi vobis meâ manu. Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos cir- 12
cumcidi, tantùm ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui 13
circumciduntur, legem custodiunt : sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra
glorientur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi : 14
per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Jesu, 15
neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

24 mitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium:
25 quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

CAP. VI.

1 Quicunque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur,
2 ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non 3
acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei, quæ secundùm pietatem est, doctrinæ: Superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & 4
pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priva 5
ti sunt, existimantium quæstum esse pietatem. Est autem quæstus magnus, pietas 6
cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd nec 7
auferre quid possumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti 8
sumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum dia- 9
boli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, 10
erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fu- 11
ge: sectare verò justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

19 20 * لَا تَقْبَلَنَّ سِعَايَةً عَلَى قِسِّيسٍ إِلَّا إِنْ يَكُونَ بِشَاهِدَيْنِ أَوْ ثَلَاثَةٍ * وَبِّخِ الَّذِينَ يُخْطِئُونَ أَمَامَ

Ne admittas accusationem adversùs 19
Presbyterum, nisi id fiat cum duobus aut
tribus testibus. Eos qui peccant, argue 20

21 الْجَمَاعَةِ * حَتَّى يَحْصُلَ لِبَاقِي الشَّعْبِ خَوْفًا * أَسْهَدُ عَلَيْكَ أَمَامَ اللهِ * وَالرَّبِّ يَسُوعَ الْمَسِيحِ * 21
وَالْمَلَائِكَةِ الْمُخْتَارِينَ * أَنْ تَحْفَظَ هٰذِهِ الْأَوَامِرَ بِلَا تَهَجُّمٍ * وَبِلَا رَيْعِ حُكْمٍ * وَلَا تَعْمَلَنَّ شَيْئًا بِمَعْنَى

coram cœtu, ut reliquo populo terror in-
cutiatur. Te obtestor coram Deo, & Do- 21
mino Jesu Christo, et Angelis electis, ut
serves hæc præcepta sine præcipitatione,
& absque inflexione judicii, nihilque
facias prætextu litis præteritæ. Finis.

سَكْوِيٍّ قَدْ سَلَفَ * تَمَّ * * قِرَاءَةُ الْأَرْبِعَاءِ مِنَ الْجُمُعَةِ السَّابِعَةِ وَالْعِشْرِينَ *

Lectio feriæ quartæ hedomadis vigesimæ septimæ.

22 23 * لَا تَضَعَنَّ يَدَكَ عَلَى أَحَدٍ بِمُسَارَعَةٍ * وَلَا تُشَارِكَنَّ خَطَايَا أَجْنَبِيَّةً * احْفَظْ ذَاتَكَ طَاهِرًا * وَلَا

Ne cui imponas manum tuam cum cele- 22
ritate, neque communices peccatis alie-
nis. Temetipsum purum serva. Et a- 23
quam ne bibas amplius, sed utere modi-
co vino propter stomachum tuum, &
crebros morbos tuos. Peccata quorun- 24
dam hominum, quæ jamdudum manife-
stata sunt, præcedunt eos ad damnatio-
nem: quosdam verò propria peccata
subsequuntur. Itidem & bona opera an- 25
tè manifesta sunt: opera verò quæ sunt
alterius conditionis, non possunt occultari.

24 تَشْرَبَنَّ مَاءً أَيْضًا * بَلِ اسْتَعْمِلْ خَمْرًا يَسِيرًا مِنْ أَجْلِ مَعِدَتِكَ وَأَمْرَاضِكَ الْمُتَكَاثِرَةِ * خَطَايَا

25 أُنَاسٍ مَا قَدْ سَلَفَ وُضُوحُهَا * تَتَقَدَّمُهُمْ إِلَى الدَّيْنُونَةِ * وَقَوْمٍ تَتْبَعُهُمْ خَطَايَاهُمْ * وَكَذٰلِكَ الْأَعْمَالُ

الصَّالِحَةُ سَالِفًا وُضُوحُهَا هِيَ * وَالْأَعْمَالُ الَّتِي هِيَ بِمَعْنَى أَخَرَ مَا يُمْكِنُ أَنْ تَسْتَتِرَ *

* الْفَصْلُ السَّادِسُ *

1 * جَمِيعُ الَّذِينَ هُمْ عَبِيدٌ تَحْتَ نِيرِ الِاسْتِعْبَادِ * فَلْيَحْسِبُوا جَمِيعَ سَادَاتِهِمْ لِكَافَّةِ الْكَرَامَةِ

CAP. VI.

Quicunque servi sunt sub jugo domi- 1
nationis, quoslibet heros suos omni ho-
nore dignos ducant, ne nomen Dei ejus-
que doctrina blasphemetur. Qui verò 2
fideles habent heros, ne spernant eos
quòd fratres eorum sint: imò magis in-
serviant eis, quia qui beneficiorum ex-
ercendorum onus suscipiunt, fideles
sunt ac dilecti. Has res doce, & eos
hortare. Qui docet aliam doctrinam, 3
& non acquiescit sermonibus Domini
nostri Jesu Christi, quorum purus est fi-
nis, doctrinæque congruæ pietati præ-
claræ: Is arrogat sibi, nihil sciens; 4
sed languens est morbo quæstionum, &
verborum certaminibus: ex quibus
nascitur invidia, contentio, blasphemia,
suspiciones malæ, Assiduitas confessus 5
cum hominibus mente corruptis, & ve-
ritate carentibus, quum arbitrentur bo-
nam pietatem esse mercaturam. Secede 6
ab hisce similibus. Bona verò pietas
cum animo sua sorte contento, quæstus
est maximus. Nihil enim intulimus 7
in mundum, & clarum est quòd nihil
ex eo efferre possimus. Igitur si cibum 8
& tegumenta habeamus, his contenti
simus. Cæterùm qui volunt ditescere, 9
incidunt in tentationem & laqueum &
cupiditates multas insanas & noxias,
quæ immergunt homines in exitium &
perditionem. Amor namque pecuniæ 10
stipes est omnium malorum, quam cùm
appetivissent quidam, aberrârunt à fi-
de, & seipsos transfixerunt doloribus
multis. Tu verò ô homo Dei, fuge ab 11
istis abominationibus: Finis.

2 عَلَى أَسَامِ اللهِ وَتَعْلِيمِهِ * وَالَّذِينَ لَهُمْ سَادَاةٌ مُؤْمِنُونَ فَلَا يَهُونُوا بِهِمْ *

3 لِأَنَّهُمْ إِخْوَتُهُمْ هُمْ * بَلْ فَلْيَخْدِمُوهُمْ بِاكْتِثَارٍ لِأَنَّ الَّذِينَ يُوَارِدُونَ الْأَحْسَانَ مُؤْمِنُونَ هُمْ وَمَحْبُوبُونَ *

عَلَّمْ هٰذِهِ الْأُمُورَ وَعِظْهُمْ * مَنْ يُعَلِّمْ تَعْلِيمًا آخَرَ وَلَا يَسْتَدْنِينَ إِلَى أَقْوَالِ رَبِّنَا يَسُوعَ الْمَسِيحِ * 3

4 الْمَحْضَةِ عَاقِبَتُهَا وَإِلَى التَّعْلِيمِ الْمَخْصُوصِ بِالدِّيَانَةِ الْإِلٰهِيَّةِ * فَذٰلِكَ قَدْ تَصَلَّفَ غَيْرَ عَارِفٍ شَيْئًا * 4

بَلْ هُوَ سَقِيمٌ بِدَاءِ الِاسْتِبْكَاتَاتِ * وَمَعَارِكِ الْكَلَامِ الَّذِي مِنْهَا يَصْبِرُ الْحَسَدُ * الْمَكْرُ * الِافْتِرَاءُ *

5 الطَّنُونُ الرَّدِيَّةُ * دَوَامُ مُجَالَسَاتِ النَّاسِ الْمَفْسُودِينَ الْعَقْلِ * وَالْعَادِمِينَ الْحَقَّ إِذْ يَظُنُّونَ أَنَّ الْعِبَادَةَ 5

6 الْحَسَنَةَ مَكْسَبٌ اِبْتَعِدْ مِنْ مِثْلِ هٰؤُلَاءِ * فَالْعِبَادَةُ الْحَسَنَةُ بِالْقَنَاعَةِ * تَكُونُ عَظِيمَةَ الْفَائِدَةِ هِيَ * 6

7 8 * لِأَنَّنَا لَمْ نُورِدْ إِلَى الْعَالَمِ شَيْئًا * وَمِنَ الْوَاضِحِ أَنَّهُ مَا يُمْكِنُنَا نُخْرِجُ مِنْهُ شَيْئًا * فَإِذْ لَنَا طَعَامٌ 7 8

وَأَغْطِيَةٌ فَلْنَكْتَفِ بِهَا * فَأَمَّا الْمُوسِرُونَ أَنْ يَسْتَعْبِدُوا يَسْقُطُونَ فِي تَجْرِبَةٍ وَفَخٍّ وَشَهَوَاتٍ كَثِيرَةٍ لَا 9

عَقْلَ فِيهَا وَضَارَّةٍ * الَّتِي تَغْرَقُ النَّاسَ فِي الْإِبَادَةِ وَالْهَلَكَةِ * لِأَنَّ مَحَبَّةَ الْفِضَّةِ هِيَ وَرَمُ 10

كُلِّهَا * الَّتِي لَمَّا تَاقَ إِلَيْهَا قَوْمٌ طَعَنُوا مِنَ الْأَمَانَةِ * وَبَجَّسُوا ذَوَاتِهِمْ فِي أَوْجَاعٍ كَثِيرَةٍ * وَأَمَّا أَنْتَ يَا إِنْسَانَ 11

اللهِ فَاهْرُبْ مِنْ هٰذِهِ الرَّذَائِلِ * تَمَّ * * قِرَاءَةُ السَّبْتِ بَعْدَ الْمِيلَادِ * وَأَيْضًا لِلْأَحَدِ الثَّانِي وَالثَّلَاثِينَ *

وَاطْلُبِ الْعَدْلَ * حُسْنَ التَّعَبُّدِ * الْأَمَانَةَ * الْمَحَبَّةَ * الصَّبْرَ * الْوَدَاعَةَ *

Et quære justitiam, decus pietatis, fi-
dem, charitatem, patientiam, mansue-
tudinem.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

25 ወከማሁ : ዘሂ : ሠናየ : ይገብር : ይትዐወቅ : ወዘሂ : ካልእ : ሶማብሩ : ሊይትከበ
ት::=: 1ይ

Et similiter, qui benè operatur, manifestus erit: & is cujus opus aliter se habet, non 25
erit occultus.

CAP. VI.

1 2 ወኵሉ : ነበሪ : ወቅኑይ : ለክብሩ : ለግእስቲክሙ : በኵሉ : ክሙ : ሊይፀረፈ : ሳዕለ:
2 እሙ : እግዚአብሔር : ወሳዕለ : ቅሙህርቱ::=: ወእለስ : ቦሙ : ለግእስተ : መሀይምናነ :
ሊያስተብቅሩ : እስሙ : መሀይምናነ : እሙንቱ : ወኋደ : ይትቀነይ : ሉሙ : እስሙ : ለጎ
ዊክሙ : እሙንቱ:: እለ : ይትወኸፈክሙ : ወይረድሉክሙ : ክሙዝ : መሀር : ወገሠ
3 ጽ:=: ወእሙሰ : ዘይጬህር : ካልለ : ወሊይገብአ : ኅበ : ትሙህርተ : ነገረ : ሕይወት :
4 ቃለ : እግዚእነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ:: ወተጸለለ : እሙትሙህርተ : ጽድቅ:=: ወእለ
ቦ : ዘያለሙር : ዘእንበለ : መቅሠፍተ : ዘየሓሠሥ : ወነገረ : ጋለዝ :: ወእሙዝ : ይመጽ
5 እ : ተሐሙሞ : ተቅንለ : ፀሪፋ : እኩየ : ምክር:=: ለስተደጕጾ : ሱብእ : ሞሱናነ : ፅ
6 ብ : ወፁላነ : ለሙጽድቅ : ተግበረ : ይሬስይሞ : ለስሊፅ:=: ተግበርሰ : ዕቢይ : ጸይቅ :
7 ወሙጽዋት:=: እስሙ : ለልበ : ዘለሙጽለነ : ወስተ : ዓለሙ : ወለልበ : ዘንክፅ : ነሢ
8 ለ:=: እሙክሙ : ረክብነ : ሲሳየን : ወኋሪዘነ : ለክለነ::=: ወእለሰ : ይፈቅዱ : ይብዐ
9 ሉ : ይወድቁ : ወስተ ቀ መንሱት : ዐበብዙሳ : ፍትወት : ዘእበድ : ወዘይብእሱሙ : ወዘያስ
10 ጠሞሉ : ለስብእ : ወስተ : ተሠርዎ : ወሞት:=: እስሙ : ሠርው : ለኵሉ : እኩይ :
ለፍቅሮ : ንዋይ:: 17 በኂሮኂቦስ : መንበብ:=:
እስመቦ : እለ : ስሕቱ : ወዐለው : ሂይማኖቶሙ : ወሳሠሠ : ለርእሶሙ : ብዙኅ : መቅሠ
11 ፍተ::=: ወለንተሰ : ብእሴ : እግዚአብሔር : ጕይይ : እመዝ : ወዴግኔ : ጽድቀ : ወሥ
ሪረ : ወሂይማኖተ : ወተፈቅሮ : ወትዕግሰተ : የወሀተ:=:

Et omnes operarii & servi, honorate dominos vestros in omnibus, ne blasphe- 1
ment contra nomen Dei, & contra doctrinam ejus. Et qui habent dominos fideles, 2
ne contemnant, quia fideles sunt, sed magis inserviant iis, quia fratres vestri sunt,
qui suscipient vos, & adjuvabunt vos. Sic doce, & exhortare. Et si quis docet 3
aliter, & non accedit ad doctrinam sermonis vitæ, videlicet verbi Domini nostri
Jesu Christi, & operatus est à doctrina veritatis: Et nihil scit præter plagas 4
disputantis, & verba controversiæ, & hinc provenit dolor, invidia, blasphemia,
malum consilium, Compunctio hominum corruptorum corde, recedentium à veri- 5
tate, negotiationem existimantium esse orare. Negotiatio magna est justitia & 6
eleemosyna. Quia nihil est quod intulimus in mundum, & nihil est quod possu- 7
mus auferre. Si acquisivimus alimenta & tegumenta, contenti sumus. Et qui 8
volunt ditescere, incidunt in tentationem, & in multas cupiditates stultitiæ, & 9
quæ injuriâ afficiunt, & quæ immergunt homines in perditionem & mortem.
Quia radix omnium malorum est amor divitiarum. 10

De Georgio, lectio.

Quia sunt qui erraverunt, & irritam fecerunt fidem eorum, & quæsiverunt pro se- 11
ipsis multas plagas. Et tu homo Dei, fuge ab his: & sequere justitiam, & mi-
sericordiam, & fidem, & charitatem, & patientiam, & mansuetudinem.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΘΙΜΟΘΕΟΝ Α'. ΚΕΦ. ΙΖ'. ΙΗ'.

Certa *pulchrum* certamen fidei, apprehende æternam vitam, in *quam*
12 Ἀγωνίζυ τ καλὸν ἀγῶνα τ πίστως, ἐπιλαζ τ αἰωνίυ ζωῆς, (ζ) εἰς ἣν
& vocatus es, & confessus es *pulchram* confessionem coram multis testibus.
κ) ἐκλήθης, κ) ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων.
Præcipio tibi coram Deo *vivificante* omnia, & Christo Jesu
13 Παραγγέλλω ζοι ἐνώπιον τ Θευ τ (η) ζωοποιύντ τὰ πάντα, κ) Χριστ Ἰησ
testato coram Pontio Pilato *pulchram* confessionem: *Servare te*
14 τ μαρτυρήσαντ ἐπὶ Ποντίυ Πιλάτυ τ καλὴν ὁμολογίαν· Τηρῆσαί ζε
mandatum *immaculatum*, irreprehensibile, usque in *apparitionem* Domini nostri Jesu
τ ἐντολὴν ἄσπιλον, ἀνεπίληπτον, μέχρι τ ἐπιφανείας τ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησ
Christi: *Quam* temporibus *propriis* ostendet beatus & solus potens,
15 Χριστ· Ἣν καιροῖς ἰδίοις δείξει ὁ μακάριος κ) μόνος δυνάστης,
rex *regnantium*, & Dominus dominantium, Solus *habens*
16 ὁ βασιλεὺς τ βασιλευόντων, κ) Κύριος τ κυριευόντων, Ὁ μόνος ἔχων
immortalitatem, lucem *habitans* inaccessibilem: quem vidit nullus hominum, nec videre
ἀθανασίαν, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον· ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν
potest: cui honor, & *robur* sempiternum: Amen. Divitibus *in hunc seculo*,
17 δύναται· ᾧ τιμὴ, κ) κράτος αἰώνιον· ἀμήν. Τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, ΙΗ'

præcipe non sublimè sapere, neque sperare in divitiarum *incertitudine*, sed in
παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδ' ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτυ ἀδηλότητι, ἀλλ' ἐν
Deo *illo vivente*, (*præbente* nobis abundè omnia ad *refocillationem*,)
τῷ (θ) Θεῷ τῷ ζῶντι, (τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν,)
Benè agere, *ditescere* in operibus bonis, *benefaribiles esse*, *communicabiles*,
Ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶν, κοινωνικὰς,
Thesaurizantes sibipsis fundamentum *pulchrum* in futurum, ut apprehendant
Ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται
æternam vitam. O Timothee, depositum custodi, devitans
(ι) τ αἰωνίυ ζωῆς. Ὦ Τιμόθεε, τ (κ) παραθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος
prophanas *inanitates* vocum, & oppositiones *illius falsò nominatæ* scientiæ: Quam
τὰς βεβήλους κενοφωνίας, κ) ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμυ γνώσεως· Ἣν
quidam *profitentes*, circa fidem *aberravêrunt*. Gratia tecum. Amen.
τινες ἐπαγγελλόμενοι, περὶ τ πίστιν ἠστόχησαν. Ἡ χάρις (λ) μετά σε. ἀμήν.

Ad Timotheum prior scripta est à Laodicia, quæ est metropolis Phry-
(†) Πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυ-
giæ Pacatianæ.
γίας τ Πακατιανῆς. Ἐν τέλει σλ'.

MS. A. (ζ) εἰς ἣν ἐκλήθης, (η) ζωογονοῦντ (θ) Θεῷ, (τῷ παρέχοντι ἡμῖν τὰ πάντα πλουσίως εἰς (ι) τ ὄντως ζωῆς. (κ) παραθήκην (λ) μεθ' ὑμῶν. (†) Πρὸς Τιμόθεον Α'. ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

12 ܐܬܐܚܕ ܒܫܦܪ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܒܥܐ ܠܗ ܠܚܝܐ ܕܥܠܡܐ ܕܐܬܩܪܝܬ ܐܦ ܐܘܕܝܬ ܫܦܪܐ ܩܕܡ ܣܓܝܐ ܡܣܗܕ ܗܘܝܬ ܐܦ ܐܢܬ ܒܫܦܪ ܐܘܕܝܬ

Versio VULGATA LATINA.

12 Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, 13 & confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pon- 14 tio Pilato, bonam confessionem: Ut serves mandatum sine macula, irrepre- 15 hensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi: Quem suis tempo- ribus ostendet beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominanti- 16 um: Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperi- um sempiternum, Amen. Divitibus hujus sæculi præcipe non sublimè sapere, 17 neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo, (qui præstet nobis om- nia abundè ad fruendum,) Benè agere, divites fieri in bonis operibus, facilè 18 tribuere, communicare, Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, 19 ut apprehendant veram vitam. O Timothee, depositum custodi, devitans 20 profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, Quam qui- 21 dam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

12 * جاهِدْ جِهادَ الأَمانَةِ النَفْسَ * وتَسَلَّمِ الحَياةَ الخالِدَةَ الَّتي إِلَيْها دُعِيتَ * وَاَقْرَرْتَ الإِقْرارَ الحَمِيدَ
13 أَمامَ شُهودٍ كَثِيرِينَ * أُوصِيكَ أَمامَ الإِلٰهِ المُحْيِي الكُلَّ * وَالرَّبِّ يَسُوعَ المَسِيحِ * الَّذِي شَهِدَ عَلَى
14 عَهْدِ بِيلاطُسَ البُنْطِيِّ بِالاعْتِرافِ الجَلِيلِ * اَنْ تَحْفَظَ الوَصِيَّةَ غَيْرَ دَنِسَةٍ * وَغَيْرَ ناقِصَةٍ إِلَى
15 ظُهُورِ رَبِّنا يَسُوعَ المَسِيحِ * الَّذِي يُوضِحُهُ فِي أَوْقاتِهِ المَحْدُودَةِ * المَغْبُوطُ * والقادِرُ وَحْدَهُ * مَلِكُ
16 المُلُوكِ وَرَبُّ الأَرْبابِ * الحاوِي البَقاءَ وَحْدَهُ * السّاكِنُ نُوراً لا يُدْنَى مِنْهُ * الَّذِي لَمْ يُبْصِرْهُ
أَحَدٌ مِنَ النّاسِ * وَلا يَسْتَطِيعُ يَراهُ * الَّذِي لَهُ الكَرامَةُ وَالعِزُّ المُؤَبَّدُ آمِينَ *

* قِراءَةُ الخَمِيسِ مِنَ الجُمُعَةِ السّابِعَةِ وَالعِشْرِينَ *

17 * أَوْصِ الأَغْنِياءَ فِي هٰذا الدَّهْرِ
الحاضِرِ أَلّا يُعَلُّوا فِكْرَهُمْ وَلا يَتَوَكَّلُوا عَلَى غِنًى غامِضٍ * بَلْ يَتَوَكَّلُوا عَلَى الإِلٰهِ الحَيِّ الواهِبِ
18 لَنا كافَّةَ الأَشْياءِ بِسَعَةٍ لِلتَمَتُّعِ * وَلْيَعْمَلُوا صَلاحاً * وَيَسْتَغْنُوا بِالأَعْمالِ الصّالِحَةِ * وَيَكُونُوا أَسْخِياءَ
19 العَطاءِ مُشارِكِينَ فِي مالِهِمْ * خازِنِينَ لِأَنْفُسِهِمْ أَساساً نافِعاً فِي الدَّهْرِ المُوافِي لِيَتَسَلَّمُوا الحَياةَ
20 الأَبَدِيَّةَ * يا تِيمُوثاوُسُ احْفَظِ الوَدِيعَةَ * وَادْحَضِ الأَقْوالَ الباطِلَةَ الدَّنِسَةَ * وَمُقاوَماتِ المَعْرِفَةِ
21 الكاذِبِ لَفْهُما * الَّتِي لَمّا وَعَدَ بِها قَوْمٌ زَاغُوا مِنَ الأَمانَةِ * النِّعْمَةُ مَعَكُمْ آمِينَ *

* كُتِبَتِ الرِّسالَةُ * وَكُتِبَتْ مِنْ مَدِينَةِ اللاذِقِيَّةِ الَّتِي هِيَ أُمُّ مُدُنِ فَرُوجِيَا *

Certa præclarum certamen fidei, & ap- 12 prehende vitam æternam cujus gratiâ vocatus es, & professus laudabilem pro- fessionem coram multis testibus. Denun- 13 tio tibi coram Deo omnium vivificatore, et Domino Jesu christo qui testatam fecit tempore Pilati Pontii illustrem professi- onem: Ut serves mandatum hoc imma- 14 culatum & inculpatum, usque ad appa- ritionem Domini nostri Jesu Christi: Quam suis temporibus præfinitis reve- 15 labit ille beatus & solus potens, Rex re- gum & Dominus dominorum: Qui solus 16 possider veneranitatem, lucem habitans in- accessam: quem nullus hominum vidit, neque videre potest: cui honor & robur æternum, Amen.

Lectio feriæ quintæ hebdomadis vigesimæ septimæ.

Hortare eos qui divites sunt in hoc se- 17 culo præsenti, ne mentem suam efferant, neve confidant divitiis incertis, sed confidant Deo vivo largienti nobis res omnes abundè ad fruendum: Et ut fa- 18 ciant quod bonum est, & ditescant bonis operibus, sintque liberales in dando, com- municantes facultates suas, Reconden- 19 tes sibi fundamentum utile in seculo re- manente: ut apprehendant vitam æter- nam. O Timothee, serva depositum, & 20 reiice sermones vanos prophanos, & op- positiones falsi nominis scientiæ, Quam 21 nonnulli sibi pollicentes, frustrati sunt fide. Gratia vobiscum, Amen.

FINIS EPISTOLÆ.

Scripta verò fuit ab urbe Laodi- cea, quæ est mater urbium Phrygiæ.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

14 ዕቀብ : ትእዘዞ : በንጹሕ : እንዘ : ሊታደሉ:: እስከ : መጽለቱ : ለእግዚእነ : ሊየሱስ : 15 ክርስቶስ:=: ዘለአስተርእዮ : በዕድሜሁ : ዘባሕቲቱ : ብፁዕ : ወሳዲል : ንጉሠ : ነገሥት: 16 ወእግዚእ : ለጋእስት:=: ዘባሕቲቱ : ለመሳከ : ለማልክት : ወቦቱ : ብርሃነ : ዘለይጠፍ እ : እመቅድመ : ዓለመ: ዘለልቦ:ዘርኦ: ሰብእ:ወለልቦ: ዘይክል:ርእዮቶ:ዘሎቱ:ክብር: 17 ወኃይል : ለዓለመ : ዓለመ: ለሜን:::= 1ኛ ለለብዕልትነ:ሌዘዙ: ሊይትዐብዩ : በገዝ ነቱ : ዓለመ : ወሊይትለመንዎ : ለብዕሎው : ሓሳፊ : ዘእንበለ : በለግዚአብሔር : ውእ 18 ቱ : ይሁበነ : በብዕሉ : ኵሎ:::= ካመ : ንትፈሣሕ : በገቢረ : ሠናይ : ወንበዐል : በገቢ 19 ረ : ጽድቅ : ወኮኑ : ጸጋዊያነ : ወሱቱፈነ:=: ወገዝገቡ : ለክሙ : መሰረተ : ሠናየ : ለዘ: 20 ይመጽእ : ዓለመ : ካመ : ትርከቡ : ሕይወተ : ዘእማነ:::= ለጢሞቴዎስ : ዕቀብ : ማሕፀነከ : ተገሐሣሙ : ለርኩሳን : እለ : ያመጽሉ : ነገረ : ኽንቶ: ወያሰስልዎ : ለጽድቅ: 21 በሐሰት:=: ለለ: ሰሕቱ:እመተስፋ:ሀይማኖት:ጸገ:እግዚአብሔር:መስሌከ:ለሜን:::= ለሰብለ : ጢሞቴዎስ:::=:

Serva mandatum ejus in puritate, non simulans, usque ad adventum Domini nostri 14 Jesu Christi: Qui apparuit in tempore suo, qui solus est beatus, potens, Rex re- 15 gum, & Dominus dominorum: Qui solus est Deus deorum, & in eo est lux 16 inextinguibilis ante mundum, quem nemo hominum vidit, nec ullus est qui possit videre eum: cui gloria & potestas in seculum seculorum, Amen. Divitibus præ- 17 cipe ne elati sint in hoc mundo, neque confidant divitiis transitoriis, sed in Deo: ipse dabit nobis divitias ejus omnes, ut gaudeamus benefaciendo, & divites si- 18 mus faciendo justitiam: & estote munifici & communicati, Et recondite vobis 19 fundamentum bonum futuri mundi, ut apprehendatis vitam veram. O Timothee, 20 serva depositum tuum, declina immundos qui introducunt sermones inanes, & ex- pellunt veritatem per mendacium: Qui aberrârunt à spe fidei. Gratia Dei sit 21 tecum, Amen.

Viro Timotheo.

Epistola Beati PAULI *Apostoli ad* TIMOTHEUM *secunda.*

Versio VULGATA LATINA.

CAP. I.

1 PAulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundùm promissionem 2 vitæ, quæ est in Christo Jesu: Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Jesu Domino nostro. Gratias ago Deo, cui ser- 3 vio à progenitoribus in conscientia pura, quòd sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* رِسالَةُ القِدِّيسِ بَوْلُصَ الثّانِيَةُ إِلَى وَلَدِهِ تِيمُوثاوُسَ * وَهِيَ فِي عَدَدِ الرَّسائِلِ حادِيَةَ عَشَرَ *

* الفَصْلُ الأَوَّلُ * * قِراءَةُ الجُمُعَةِ مِنَ الجُمُعَةِ السّابِعَةِ وَالعِشْرِينَ *

1 * مِنْ بَوْلُصَ رَسُولِ يَسُوعَ المَسِيحِ بِمَشِيئَةِ اللهِ المُخَصَّصَةِ بِمَوْعِدِ الحَياةِ المَمْنُوحَةِ بِيَسُوعَ المَسِيحِ *
2 * إِلَى تِيمُوثاوُسَ الوَلَدِ الحَبِيبِ * * أَتَقَبَّلُ لِلأَحَدِ الثَّلاثِينَ * نِعْمَةٌ لَكَ ورَحْمَةٌ
3 وَسَلامَةٌ مِنَ الإِلٰهِ الأَبِ وَيَسُوعَ المَسِيحِ رَبِّنا * إِنَّ اللهَ الَّذِي أَعْبُدُهُ مُنْذُ أَجْدادِي بِنَصِيبٍ
صافِيَةٍ لَهُ عَلَى مَنَّهِ وَشُكْرِهِ * لِأَنَّ ذِكْرَكَ عِنْدِي فِي صَلَواتِي غَيْرُ مُنْقَطِعٍ لَيْلاً ونَهاراً *

Epistola sancti PAULI *secunda ad filium suum* TIMOTHEUM: *Est autem in numero Epistolarum undecima.*

CAPUT I.

Lectio feriæ sextæ hebdomadis vigesimæ septimæ.

Paulo Apostolo Jesu Christi per 1 voluntatem Dei consentaneam pro- missio vitæ æternæ per Jesum Christum concessæ, Ad Timotheum filium charissimum. Vade ad Dominicam trigesimam. Gratia tibi, & misericordia, & pax à 2 Deo Patre, & Jesu Christo Domino no- stro. Equidem Deo, quem colo ab avis me- is 3 cum pura conscientia, debeo beneficium et gratiarum actionem, quòd memoria tui sit apud me in orationibus meis, haud interrupta, nocte dieque:

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

ለጢሞቴዎስ : ወተጽሕፈ : ለእዘ : ሀሎ : ሎዎዲቂያ:=:

በቀዳሚ : ሰንበት : መስከረመ : እምርእሰ : ይብል : ዘሳዱር : ላዕሌነ:=:

1 ጳውሎስ: ሐዋርያሁ:ለኢየሱስ:ክርስቶስ: በፈቃደ: እግዚአብሔር:በተስፋ:ሕይወት:በኢየሱ
2 ስ: ክርስቶስ:=: ለጢሞቴዎስ:ወልድየ:ዘለፈቅር:: ሰላመ:ለነ: ወሣህል: ወጸጋ: እግዚአ
3 ብሔር: ለቡነ: ወእግዚእነ:ኢየሱስ:ክርስቶስ:::= ፈ ለለኵቶ:ለእግዚአብሔር:ዘኪ
ያሁ : እመልክ: በልብ: ንጹሕ: እመፍጥረትየ:: ወዘልፊ : እዘክረከ : በጸሎትየ : መዐልተ : ወሌሊተ:==:

Primo Sabbato Septembris: initio cum dixerit, Qui habitat sup nos.

CAPUT I.

Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, secundùm promissionem vi- 1 tæ in Jesu Christo, Timotheo filio meo quem diligo; Pax tibi, & misericordia, 2 & gratia Dei patris nostri, & Domini nostri Jesu Christi. Gratias ago Deo, cui 3 servio in puro corde ab origine meâ, & semper memoriam habeo tui in orationibus meis, die & nocte.

Digitized by Google

Desiderans te videre, memor tuarum lachrymarum, ut gaudio implear:
4 Ἐπιποθῶν σε ἰδεῖν, μεμνημένος σου τῶν δακρύων, ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ·
Recordationem accipiens quæ in te non ficte fidei, quæ habitavit pri-
5 Ὑπόμνησιν (α)λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως, ἥτις ἐνῴκησε πρῶ-
mùm in avia tua Loïde, & matre tua Eunice: persuasus sum autem
τον ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι, καὶ τῇ μητρί σου Εὐνίκῃ· πέπεισμαι δὲ
quòd & in te. Propter quam causam ramos meminisse facio te resuscitare
6 ὅτι καὶ ἐν σοί. Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ
donum Dei, quod est in te per impositionem manuum mearum.
χάρισμα τοῦ (β) Θεοῦ, ὃ ἔστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου.
Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, &
7 Οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως, καὶ ἀγάπης καὶ
sobrietatis. Ne igitur erubueris testimonium Domini nostri, neque me
8 σωφρονισμοῦ. Μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν, μηδὲ ἐμὲ
vinctum ejus: sed compatere afflictiones Evangelio secundùm virtutem Dei,
τὸν δέσμιον αὐτοῦ· ἀλλὰ συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ,
Servantis nos, & vocantis vocatione sanctâ: non secundùm opera nostra,
9 Τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ· οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν,
sed secundùm propriam propositum, & gratiam datam nobis in Christo
ἀλλὰ (γ) κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, καὶ χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν Χριστῷ
Jesu ante tempora secularia: Manifestatam autem nunc per apparitionem
10 Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων· φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας
Salvatoris nostri Jesu Christi, destruentis quidem mortem, illuminan-
τοῦ σωτῆρος ἡμῶν (δ) Ἰησοῦ Χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαν-
tis autem vitam & incorruptionem per Evangelium: In quod positus sum ego
11 τος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου· Εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ
prædicator & apostolus, & magister Gentium. Ob quam causam etiam
12 κήρυξ καὶ ἀπόστολος, καὶ (ε) διδάσκαλος ἐθνῶν. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ
hæc patior, sed non confundor: scio enim cui credidi, & persuasus sum
ταῦτα πάσχω, ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι· οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι,
quia potens est depositum meum servare in illum diem:
ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν.

Exemplar habe sanorum verborum, quæ à me audisti, in fide & 13
Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας, ἐν πίστει καὶ
dilectione quæ in Christo Jesu. Pulchrum depositum custodi per 14
ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Τὴν καλὴν (ζ) παραθήκην φύλαξον διὰ
Spiritum sanctum inhabitantem in nobis. Scis hoc, quòd aver- 15
Β' Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. Οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν
sati sunt me omnes qui in Asia, quorum est Phygellus & Hermogenes. Det 16
με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης. Δῴη
misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigeravit, & 17
ἔλεος ὁ Κύριος τῷ (η) Ὀνησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ
catenam meam non erubuit: Sed factus in Roma stu-
τὴν ἅλυσίν μου οὐκ (θ) ἐπῃσχύνθη· Ἀλλὰ γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, (ι) σπουδαιοτέρως
diosius quæsivit me, & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiã 18
ζήτησέ με, καὶ εὗρε. Δῴη αὐτῷ ὁ Κύριος εὑρεῖν ἔλεος
à Domino in illa die: Et quæcunque in Epheso ministravit, meli-
παρὰ Κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· καὶ ὅσα ἐν Ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιο-
às tu nôsti.
σὺ γινώσκεις.

CAP. II. Β'.

Tu ergò, fili mi, confortare in gratia quæ in Christo Jesu: Et
Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Καὶ 1 2
quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus,
ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράδου πιστοῖς ἀνθρώποις,
qui idonei erunt & alios docere. Tu igitur malum patere sicut
οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους διδάξαι. (α) Σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς 3
pulcher miles Jesu Christi. Nemo militans implicatur vi-
Γ' καλὸς στρατιώτης (β) Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βί- 4
te negotiis, ut deligenti milites placeat.
ου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.

Κεφ. α'. MS.A. (α)λαβὼν (β) Χριστοῦ, (γ)κατὰ (δ)Χριστοῦ Ἰησοῦ, (ε) διδάσκαλος. Δι' ἣν (ζ) παραθήκην (η) Ὀνησιφόρου (θ) ἐπαισχύνθη· (ι) σπουδαιοτέρως
Κεφ. β'. MS.A. (α) Συνκακοπάθησον (β) Χριστοῦ Ἰησοῦ.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Et exopto videre te, ac memor sum lachry- 4
* ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܬ ܒܗ ܡܢ ܫܪܝܪ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܝܬ ܒܟ ܡܢ ܩܕܡ ܐܡܗܬ ܠܘܝܕ ܘܒܐܘܢܝܩܐ ܐܡܟ ܘܐܦ ܒܟ ܒܛܝܪ ܕܐܢܐ ܡܕܟܪ ܐܢܐ ܠܟ ܒܨܠܘܬܝ ܕܠܠܝܐ ܐܢ ܐܬܥܪ ܠܟ ܐܝܟ ܕܐܢ

Versio VULGATA LATINA.

Desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum, ut gaudio implear, Recordationem accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitavit primùm
5 in avia tua Loïde, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per im-
7 positionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris; sed
8 virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus: sed collabora Evangelio secundùm virtu-
9 tem Dei: Qui nos liberavit, & vocavit vocatione suâ sanctâ, non secundùm opera nostra, sed secundùm propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis
10 in Christo Jesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illumina-
11 vit autem vitam & incorruptionem per Evangelium: In quo positus sum ego
12 prædicator, & Apostolus, & magister gentium, Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, sed certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Formam habe sanorum verborum, 13
quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Jesu. Bonum depositum cu- 14
stodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis hoc, quòd averti sunt à 15
me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus, & Hermogenes. Det mi- 16
sericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpè me refrigeravit, & catenam meam non erubuit: Sed cùm Romam venisset, solicitè me quæsivit, & in- 17
venit. Det illi Dominus invenire misericordiam à Domino in illa die. Et quan- 18
ta Epheso ministravit mihi, tu melius nosti.

CAP. II.

Tu ergò, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu: Et quæ audisti 1
à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & 2
alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo im- 3
plicat se negotiis secularibus: ut ei placeat, cui se probavit. 4

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 5 * مستاقًا أن أبصرك متذكر دموعك لكي أمتلي فرحًا * متخذًا ذكر الأمانة التي فيك *
الفائقة المرآءة التي سكنت أولًا في لويذي جدتك * وفي أويذكي أمك * وأنا واثق أنها فيك 5
أيضًا * وأنا من أجل هذا السبب أكرر إذكارك أن تضرم نار موهبة الله التي هي فيك 6
بوضع يدي * لأن الله ما أعطانا روح جبانة بل روح قوة وكبة وبعفف * مرآءة في الخامس 7
عسر من تسرين الأول * فلا تأنف إذًا من شهادة ربنا ولا مني أنا أسيرن * بل لازم السقا 8
في الدسان المخصصة بقوة الله * المخلص والداعي إيانا دعوة قديسة * لا كما يلايم أعمالنا * بل 9
كما يخص ببيته ونعمته * التي أعطيناها يسوع المسيح * قبل سنين دهرية * عظيم هو 10
ومعترف وقد ظهرت الآن بظهور يسوع المسيح مخلصنا نم * حين بطل الموت * ونار ببشارته
الحياة وقد البلي * التي جعلت أنا كارزًا لها ورسولًا * وللأمم معلمًا * ولهذا السبب كل بي 11 12
هذه المصاعب * لكني لن أخجل * لأني قد عرفت بمن آمنت * وأنا موقن أنه قدير أن
يحفظ وديعتي في ذلك اليوم * بقية مرآءة الاربعا * وليكن لك رسم تحذف به من 13
الأقوال الصحيحة التي سمعتها مني بالأمانة والمحبة الممنوحة بيسوع المسيح * احفظ الوديعة النفسة 14
بروح القدس الساكن فينا * وقد عرفت هذا أن قد ارتجع عني كافة الذين في بلد الآسيا * 15
الذين منهم فيجيليوس وارموجانس * يعطي الرب رحمة لأهل بيت اونيسيفورس * فانه مرارًا 16
كثيرن يحيي * ولم يستحي من سلسلتي * لكنه لما حصل برومية طلبني بحرص ووجدني * 17
* يعطيه الرب أن يجد رحمة من لدن الرب في ذلك اليوم * وجميع من كان خدمني بأفسس 18
أنت تعرفه أفضل * نم * * الفصل الثاني * * الأحد الخامس والثلثون بعد العنصرة
وللقديس ديمتريوس * * فأنت إذًا يا ولدي تأيد بالنعمة الممنوحة بيسوع المسيح * 1
والأسرار التي سمعتها مني بشهود كثيرين تلك أودعها عند أناس ثقات يكونون أكفاء 2
أن يعلموا آخرين * واحمل أنت الشقا كجندي صالح ليسوع المسيح * فليس أحد ممن 3 4
يجند نفسه بأمور العالم حتى يرضي من دونه في جندية *

Percupiens te videre, memor lachrymarum tuarum: ut implear gaudio. Resumens memoriam ejus quæ in te est simulatione carentis fidei, quæ habitavit prius in avia tua Loïde, et in matre tua Eunica: quamque ego certus sum etiam in te esse. Et ego hac de causa rursus te moneo ut accendas ignem doni Dei, quod est in te per impositionem manuum mearum. Deus enim non dedit nobis spiritum timiditatis, sed spiritum roboris, & charitatis, & honestatis. 4 5 6 7

Lectio ad decimum quintum diem Octobris.

Ne igitur abhorreas à testimonio Domini nostri, neque à me vinctо ipsius: sed insiste labori in Evangelio congruo potentiæ Dei, Qui salvavit & vocavit nos vocatione sanctâ: non prout convenit operibus nostris, sed prout par est proposito & gratiæ ipsius, quæ data est nobis per Jesum Christum ante annos æternos. Magna res est & confessa, jamque apparuit modò per apparitionem Jesu Christi Servatoris nostri: Finis. Dum abrogatâ morte vitam illustravit, & corruptionem adempsit Evangelio suo, Cujus constitutus sum ego præco & Apostolus, & doctor Gentium. Et hanc ob causam eveniunt mihi acerbitates istæ: sed non erubesco; quoniam novi cui crediderim, & ego certus sum quòd potens est servare depositum meum in illo die. 8 9 10 11 12

Residua lectio feriæ quartæ.

Sitque tibi exemplar quod imiteris, ab integerrimis sermonibus quos à me audisti cum fide & charitate concessa à Jesu Christo. Serva præclarum depositum per Spiritum sanctum inhabitantem in nobis. Et hoc jam nosti, quòd averti sint à me omnes qui sunt in regione Asiæ: ex quibus est Phygelius & Hermogenes. Præstet Dominus misericordiam domui Onesiphori: quoniam sæpè me recreavit, & catenam meam non erubuit: Imò cùm Romam perveniisset, studiosè me quæsivit, & invenit. Det illi Dominus ut inveniat misericordiam à Domino in die illa. Et quotquot mihi ministrârint Epheso, tu optimè nosti. Finis. 13 14 15 16 17 18

CAP. II.

Dominicâ trigesimâ quintâ post Pentecosten. Et prò sancto Demetrio.

Tu igitur O fili mi, corroborare per gratiam datam per Jesum Christum. Et arcana quæ audisti à me per multos testes, ea depone apud homines fidos, qui sint idonei ad alios docendos. Tu autem sustine afflictionem ut strenuus miles Jesu Christi. Nemo enim ex his qui militant, irretitur seculi negotiis: ut ei placeat, qui sublimior est ipso in militia sua. 1 2 3 4

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

9 ዘአድኅነነ : ወጸገወነ : በጽውዓሁ : ቅዱስ:: ወለኮ : በእንተ : ምግባሪነ : ዳእሙ : በፈ
10 ቃዱ : ወሀበነ : ጸጋሁ : በክርስቶስ : ኢየሱስ : ዘእምቅድመ : ዓለም:=: ወአስተርኀየ
ይእዜ : በመጽአቱ : ለእግዚእነ : ኢየሱስ : ክርስቶስ : ወሰዐሮ : ለሞት : ወአብርሃ :
11 ለሕይወት : እንተ : ኢትጠፍእ : በትምህርተ : ወንጌሉ:=: ዘኮቱ : ተሠየምኩ : ሐዋ
12 ርያ : ወለዋዴ : ወመምህረ : ለለሕዛብ:=: ወበለንቲላሁ : ለሐመመ : ወእይተኀፈ
ር : እስመ : ላእመር : ዘተለመንኩ : እትለመንሂ : ወይክል : ዐቂበ : ሊተ : ዘለመሐፀን
13 ክሙ : ላይእቲ : ዕለት:: ወኩኖሙ : ለርሉያ : በቀለ : ሕይዊት : ዘሰማዕከ : በኀቤ
14 የ : በሃይማኖት : ወበፍቅረ : ክርስቶስ : ኢየሱስ:=: ዐቀብ : ሣዕከፀንትከ : ሠናየ : በ
15 መንፈስ : ቅዱስ : ዘኀደረ : ላዕሌነ:::=: ወዝነ : ታእመር : ከመ : ዐለውኒ : ኵሉሙ :
16 እለ : ብሔረ : ለሲያ : እለ : ፊጌሉስ : ወሌሞጊንስ:=: ወየሀበ : እግዚእብሔር : ሣ
17 ህለ : ለቤተ : ሂኔሲፎሩ : እስመ : ብዙኀ : እዕረፈኒ : ወሊኀፈረ : በእንተ : መዋቅሕ
18 ትየ::=: ወበጺሖ : ሮሜ : ፍጡነ : ኀሠሠኒ : ወረከበኒ:=: የሀቦ : እግዚእብሔር :
ይርከብ : ሣህለ : በኀበ : እግዚእነ : በይእቲ : ዕለተ:: ወመጠነ : ተልእከኒ : ሠናየ : በሌ
ፈሶን : ለኢከ : ታእመር:::=:

ፀ

1
2 ወለኂተኒ : ወልድየ : ጽናዕ : በጸጋሁ : ለሊየሱስ : ክርስቶስ:::=: ወዘሰማዕከ : በላዕሌየ :
በኀበ : ብዙኃን : ሰማዕተ : ኪያሁ : መሀሮሙ : ለመሀይምናን : ሰብእ : እለ : ይደልዎሙ :
3 ከመ : ይመህሩ : ላእብደን:=: ወጸሙ : ከመ : ሠር : ላእከ : ሊየሱስ : ክርስቶስ:::=: ኖ
ቡ : ቲ : በዓለ : ፋስካ : ምኃብ:=:
4 እስመ : ለልቦ : ዘይትቃተል : ወይሔሊ : ንብረተ : ዓለመ : ከመ : ያደሉ : ለዘ : ሂሞ:=:

Qui servavit nos & condonavit nobis in vocatione ejus sancta, & non propter opera nostra, sed in voluntate sua, & dedit nobis gratiam in Christo Jesu, qui ante mundum erat. Et apparuit nunc in adventu Domini nostri Jesu Christi, & abolevit mortem & illuminavit vitam, quæ non peritura est per doctrinam evangelii. Pro quo constitutus sum Apostolus & prædicator, & doctor Gentium. Et propterea patior, & non erubesco, quia cognosco cui crediderim: spero etiam quod & potest servare mihi quod depositi apud eum in illum diem. Et sis iis exemplo in sermone vitæ quem audisti apud me in fide, & in dilectione Christi Jesu. Serva depositum tuum bonum per Spiritum sanctum qui habitat super nos. Et hoc scitis quòd adversati sunt mihi omnes qui sunt ex Asia, quorum sunt Phygellus & Imogenes. Et præstet Deus misericordiam domui Honesipheri, quia multùm quievit me, & non erubuit propter vincula mea, Et quum venisset Romam, citò quæsivit me & invenit me. Det ei Deus ut inveniat misericordiam apud Dominum nostrum in isto die: & quanta administravit mihi bona in Epheso, ipse tu scis. 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

CAP. II.

Et tu fili mi, corroborare in gratia Jesu Christi. Et quod audisti à me apud multos testes, illud doceto fideles homines qui idonei sunt ut doceant insipientes. Et labora ut bonus sis minister Jesu Christi. 1 2 3

Quinto festi Paschatis, lectio.

Quia nemo est qui militat, et cogitat negotia mundi: ut placeat ei qui constituit eum. 4

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ Β'. ΚΕΦ. Γ'. Δ'. Ε'.

Si autem & certet quis, non coronatur, *si non* legitimè certaverit.
5 6 (γ) Ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Τὸν
Laborantem agricolam oportet primùm *fructus* percipere. Intellige
7 κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. Νόει (δ)
quæ dico: *det* enim tibi Dominus intellectum in omnibus. Memor esto Je-
8 ἃ λέγω· δώῃ γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. Μνημόνευε Ἰη-
sum Christum *excitatum* ex mortuis, ex semine David, secundùm E-
σοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ εὐ-
vangelium meum. In quo *malum patior* usq; ad vincula, quasi *maleficus*: sed
9 αγγέλιόν μου. Ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος· (ε) ἀλλ'
verbum Dei non est *vinctum*. *Propter hoc* omnia sustineo propter e-
10 ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται. Διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκ-
lectos, ut & ipsi salutem consequantur quæ in Christo Jesu, cum gloria
λεκτοὺς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μετὰ δόξης
11 *æterna*. Fidelis sermo; Si *enim* commortui sumus, & convivemus: Si
12 αἰωνίου. Πιστὸς ὁ λόγος, Εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· Εἰ Δ'
toleramus, & conregnabimus: si negaverimus, & ille negabit nos:
ὑπομένομεν, καὶ (ζ) συμβασιλεύσομεν· εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς·
13 Si *infidi sumus*, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Hæc
14 Εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· (η) ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. Ταῦτα Ε'
commone, testificans coram Domino, *non* contendere verbis, ad
ὑπομίμνησκε διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, (θ) μὴ λογομαχεῖν, εἰς
nihil utile, ad subversionem audientium. *Stude* teipsum pro-
15 οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Σπούδασον σεαυτὸν δό-
babilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè *secantem* verbum
κιμον παραστῆσαι τῷ (ι) Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον
veritatis. *At prophanas vanas voces cabibe*: *ad plus* enim *proce-*
16 τῆς ἀληθείας. Τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περίϊστασο· ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκό-

dent impietatis. Et sermo eorum ut *gangræna pastum habebit*: *quorum*
προσουσι ἀσεβείας. Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει· ὧν 17
est Hymeneus & Philetus: Qui *circa veritatem aberraverunt*, dicen-
ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Φιλητός· Οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγον- 18
tes resurrectionem jam esse factam: & *subvertunt* quorundã fidem.
τες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγενῆσθαι· καὶ ἀνατρέπουσι τὰν τινων πίστιν. Ὁ 19
Tamen firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc; *Novit*
μέντοι σταθεὶς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην, Γνῶ
Cognovit Dominus *existentes* ejus: &, Discedat ab *injustitia* omnis *nominans*
Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ, Ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων
nomen Christi. In magna autem domo non sunt solùm vasa aurea &
τὸ ὄνομα (κ) Χριστοῦ. Ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ 20
argentea, sed & lignea & *testacea*: & quædam quidem in honorem, quædam
ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα· καὶ ἃ μὲν εἰς τιμήν, ἃ
autem in *dedecus*. Si ergò quis emundaverit seipsum ab istis, erit vas
δὲ εἰς ἀτιμίαν. Ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος 21
in honorem, sanctificatum, & *benè* utile domino, ad omne opus bonum pa-
εἰς τιμὴν, ἡγιασμένον, (λ) καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοι-
ratum. At juvenilia desideria fuge: sectare verò justitiam,
μασμένον. Τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε· δίωκε δὲ δικαιοσύνην, 22
fidem, charitatem, pacem cum *invocantibus* Dominum de puro
πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ (μ) τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον ἐκ καθαρᾶς
corde. At stultas & *imeruditas* quæstiones *rejice*, sciens quia gene-
καρδίας. Τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι γεννῶ- 23
rant *pugnas*. Servum autem Domini non oportet *pugnare*, sed mansuetum esse ad
σι μάχας. Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, (ν) ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς 24
omnes, docibilem, *mala tolerantem*,
πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον,

MS. A. (γ) Ἐὰν γὰρ (δ) ὁ λέγω· δώσει (ε) ἀλλὰ (ζ) συν····λουσομεν· οὐ ἀρνησόμ···, (η) ἀρνήσασθε ··· ἑαυτὸν (θ) Μὴ λογομάχει, ἐπ' ὠφέλειαν (ι) Χριστῷ, (κ) Κυρίου. (λ) εὔχρηστον (μ) πάντων τῶν ἀγαπώντων (ν) ἀλλὰ

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

5 * ܘܐܢ ܡܢ ܕܡܬܓܪܐ ܠܐ ܡܬܟܠܝܠ ܐܠܐ ܐܢ ܕܠܐ ܕܓܪ ܒܢܡܘܣܗ ܕܡܬܓܪܐ ܠܐ ܡܬܟܠܝܠ.
6 ܠܦܠܚܐ ܕܡܬܥܒܕ ܒܥܐ ܕܢܣܒ ܡܢ ܦܐܪܝ ܕܝܗ ܒܪܫܐ. * ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܐܡܪ ܠܟ ܢܗܘܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܒܟܠ ܡܕܡ ܒܝܢܐ.
7 ܘܐܝܟ ܕܐܢܐ ܐܡܪ ܠܟ ܢܗܘܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܒܟܠ ܡܕܡ ܒܝܢܐ.
8 ܕܬܬܕܟܪ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ ܡܢ ܙܪܥܗ ܕܕܘܝܕ ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܒܫܪ ܒܣܒܪܬܝ.
9 ܕܒܗ ܐܢܐ ܣܒܠ ܥܕ ܩܝܘܕ ܐܝܟ ܥܒܕ ܒܝܫ. * ܐܠܐ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܐܬܩܛܪ. ܥܠ ܗܕܐ ܐܢܐ ܣܒܠ ܟܠ ܡܕܡ
10 ܒܓܝܠ ܒܚܝܪܐ ܕܢܫܪܘ ܗܢܘܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܥܠܡܐ. * ܗܝܡܢܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܢ ܡܝܬܢ
11 ܥܡܗ ܢܚܝܐ ܐܦ ܥܡܗ. ܐܢ ܢܣܒܪ ܢܣܒܪ ܥܡܗ ܐܦ ܢܡܠܟ ܥܡܗ. ܐܢ ܢܟܦܘܪ ܗܘ ܐܦ ܢܟܦܘܪ ܠܢ.
12 ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܢܣܒܪ ܢܣܒܪ ܥܡܗ ܐܦ ܢܡܠܟ ܥܡܗ. ܐܢ ܢܟܦܘܪ ܗܘ ܐܦ ܢܟܦܘܪ ܠܢ.
13 ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
14 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
ܥܠ ܗܕܐ ܐܢܐ ܣܒܠ ܟܠ ܡܕܡ ܒܝܢܐ ܕܢܫܪܘ ܗܢܘܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܥܠܡܐ.
15 * ܗܝܡܢܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܢ ܡܝܬܢ ܥܡܗ ܢܚܝܐ ܐܦ ܥܡܗ. ܐܢ ܢܣܒܪ ܢܣܒܪ ܥܡܗ ܐܦ ܢܡܠܟ ܥܡܗ. ܐܢ ܢܟܦܘܪ ܗܘ ܐܦ ܢܟܦܘܪ ܠܢ.
16 ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
17 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
ܥܠ ܗܕܐ ܐܢܐ ܣܒܠ ܟܠ ܡܕܡ ܒܝܢܐ ܕܢܫܪܘ ܗܢܘܢ ܐܦ ܗܢܘܢ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܥܠܡܐ.
18 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
19 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
20 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
21 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
22 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
23 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
24 ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ. * ܐܢ ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.
ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܗܝ ܡܗܝܡܢ ܠܢ.

Quòd si quis certet, non coronatur nisi juxta 5
legem suam certet. Agricolam laborantem 6
oportet priorem de fructibus suis cibari.
Intellige quæ dico. Det tibi Dominus no- 7
ster sapientiam in omnibus rebus. Memen- 8
to Jesum Christum resurrexisse à mortuis,
qui quidem est ex semine David secundùm
Evangelium meum, In quo mala perfe- 9
ro usque ad vincula tanquam facinorosus.
Sed sermo Dei vinctus non est. Propter- 10
ea omnia sustineo propter electos, ut &
ipsi inveniant vitam in Jesu Christo cum
gloria æterna. Fidelis ille sermo; Nam si mor- 11
tui fuerimus cum eo, cum eo & vivemus. Et, 12
Si pertulerimus, cum eo quoque regnabimus.
Sin abnegaverimus eum, & ipse abnega-
bit nos. Quòd si non credamus ei, ille in 13
fide sua permanet: seipsum enim negare
non potest. De his eos admone, & conte- 14
stare coram Domino nostro, ne contendant
verbis inutilibus, ad subversionem eorum
qui illa audiunt. Tibique curæ sit sistere 15
teipsum integerrimè coram Deo, operari-
um absque confusione, rectè prædicantem
sermonem veritatis. A sermonibus vanis, 16
qui nulli sunt usui, recede: potiùs enim
adaugebunt impietatem suam qui in illis oc-
cupantur. Et sermo eorum instar cancri 17
morbi depascentis apprehendet multos: u-
nus autem ex eis est Hymenæus, & alter
Philetus. Qui quidem aberrârunt à veri- 18
tate, dicentes resurrectionem mortuorum
factam fuisse, & fidem quorundam subver-
tentes. Firmum autem fundamentum Dei 19
stat, & habet hoc signaculum; Novit Do-
minus qui sui sint: &, Discedat ab iniqui-
tate quisquis invocat nomen Domini. Cæ- 20
terùm in magna domo non tantùm sunt va-
sa aurea aut argentea, sed etiam lignea,
atque testacea, quædam in honorem, &
quædam in dedecus. Si quis igitur expur- 21
gaverit seipsum ab his, erit vas purum in
honorem, accommodatum ad usum domini
sui, & paratum ad omne opus bonum. Ab 22
omnibus concupiscentiis adolescentiæ, fuge,
& curre post justitiam, & fidem, & cha-
ritatem, & pacem cum iis qui invocant
Dominum nostrum ex puro corde. Stultas 23
illas contentiones, quæ sunt absque erudi-
tione, respue: scis enim eas parere di-
gladiationes. Servus autem Domini no- 24
stri non debet digladiari, sed mansuetus
esse erga unumquemque, & doctor, & longanimis;

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

5
6 ወእመኒ ፡ መስተጋድል ፡ ሊይክውኖ ፡ መዝጋና ፡ ለእሙ ፡ ዘበሕጥ ፡ ሊገደለ፡=፡ ወዘኒ ፡ ይጸ
7 ሙ ፡ ሐረሳዊ ፡ ግብር ፡ ይቀድም ፡ ረኪበ ፡ ፍሬሁ፡፡=፡ ወለቡ ፡ ዘእብለከ ፡ የሀብከ ፡
8 እግዚአብሔር ፡ ትጥበብ ፡ በኵሉ፡፡=፡ ተዘከሮ ፡ ለኢየሱስ ፡ ክርስቶስ ፡ ዘተንሥ
9 ኣ ፡ ለመዋታን ፡ ዘእመዘርአ ፡ ደዊት፡፡ በከመ ፡ መሀርኩ፡=፡ ዘበእንቲአሁ ፡ እሠርሕ ፡
10 ወእስከሞቅሕ ፡ ከመ ፡ ጕስቊልየ ፡ ወባሕቱ ፡ ቃለ ፡ እግዚአብሔርሰ ፡ ኢይትለስር፡=፡ ወበ
እንተ ፡ ዝንቱ ፡ እትዔገስ ፡ በኵሉ ፡ በእንተ ፡ ኅረያኒሁ፡፡ ከመ ፡ እውንቱኒ ፡ ይርከቡ ፡
ሐይወቶሙ ፡ ዘበክርስቶስ ፡ ኢየሱስ ፡ በሰማያት ፡ ዘበሰማያት፡፡=፡

Et si quis certet, non erit ei præmium nisi legitimè certaverit. Et qui laborat 5
agricola, operatur priusquàm percipiat fructum suum. Et intellige quæ dico ti- 6
bi: det tibi Deus ut intelligens sis in omnibus. Memor esto Jesu Christi qui re- 7
surrexit ex mortuis, qui ex semine David fuit, sicut docui. Propter quem la- 8
boro, & vinctus sum sicut latro: sed verbum Dei non ligatur. Et propterea pa- 9
tiens sum in omnibus propter electos ejus, ut illi consequantur vitam illarum 10
quæ est in Christo Jesu, in gloria quæ in cœlis est.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitimè certaverit. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor esto Dominum JESUM CHRISTUM resurrexisse à mortuis ex semine David, secundùm Evangelium
9 meum, In quo laboro usque ad vincula, quasi malè operans: sed verbum Dei
10 non est alligatum. Ideò omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria cœlesti. Fidelis sermo; Nam si
12 commortui sumus, & convivemus: Si sustinebimus, & conregnabimus: si negaverimus, & ille negabit nos: Si non credimus, ille fidelis permanet, negare
14 seipsum non potest. Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè
16 tractantem verbum veritatis. Profana autem, & vaniloquia devita: multùm enim proficiunt ad impietatem: Et sermo eorum ut cancer serpit: ex quibus 17
est Hymenæus, & Philetus, Qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectio- 18
nem esse jam factam, & subverterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc; Cognovit Dominus qui sunt ejus: 19
&, Discedat ab iniquitate, omnis qui nominat nomen Domini. In magna au- 20
tem domo non solùm sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergò 21
emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino, ad omne opus bonum paratum. Juvenilia autem desideria fuge, sectare verò ju- 22
stitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem, & sine disciplina quæstiones devita: sciens quia gene- 23
rant lites. Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse 24
ad omnes, docibilem, patientem,

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

5 * وَإِنْ يُجَاهِدْ أَحَدٌ فَلَنْ يُكَلَّلَ إِذْ لَمْ يُجَاهِدْ بِمُقْتَضَى الْجِهَادِ * وَالْفَلَّاحُ الْمُتْعُوبُ يَنْبَغِي لَهُ أَنْ
6 يَسْتَعْمِلَ الْأَثْمَارَ أَوَّلًا * تَفَهَّمْ مَنْطِقًا فِيمَا أَقُولُهُ * فَإِنَّ الرَّبَّ سَيُعْطِيكَ فِي جَمِيعِ الْأُمُورِ فَهْمًا *
7 * تَذَكَّرْ يَسُوعَ الْمَسِيحَ الْمُنْبَعِثَ مِنَ الْمَوْتَى مِنْ نَسْلِ دَاوُدَ * كَمَا يَحُصُّ بِشَارَتِي *
8 9 الَّتِي أَتَكَبَّدُ * السَّعْيَ فِيهَا كَفَاعِلِ السِّرِّ إِلَى الْقُيُودِ * لَكِنَّ كَلَامَ اللهِ مَا يُقَيَّدُ * لِهَذَا أَصْطَبِرُ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ
10 مِنْ أَجْلِ الْمُصْطَفَيْنَ * لِيَنَالُوا وَهُمُ الْخَلَاصَ الْمَمْنُوحَ بِيَسُوعَ الْمَسِيحِ مَعَ الْمَجْدِ الْأَبَدِيِّ *
11 * صَادِقٌ الْقَوْلُ أَنَّنَا إِنْ مُتْنَا * السَّبْتَ الْخَامِسَ وَثَلَاثِينَ الْمَعْرُوفَ بِالِابْنِ السَّاطِرِ *
12 مَعَهُ فَسَنَعِيشُ مَعَهُ * وَإِنِ اصْطَبَرْنَا فَإِنَّا نَمْلِكُ مَعَهُ * وَإِنْ كَفَرْنَا بِهِ هُوَ يَكْفُرُ بِنَا * وَإِنْ
13 لَمْ نُؤْمِنْ فَإِنَّ ذَاكَ يَثْبُتُ مُوسِيًا * وَإِمَّا يَذْكُرُ نَفْسَهُ لَنْ يَسْتَطِيعَ * مُشْهِدًا عَلَيْهِمْ أَمَامَ الرَّبِّ
14 أَلَّا يُحَارِبُوا بِكَلَامِهِمْ فِي شَيْءٍ غَيْرِ نَافِعٍ لِانْعِكَاسِ السَّامِعِينَ * احْرَصْ أَنْ تَقِفَ ذَاتَكَ لِلَّهِ مُدَرَّبًا
15 فَاعِلًا لَا خَازِيًا * قَاطِعًا عَنْ قَوْلِ الْحَقِّ مَا زِيدَ فِيهِ * وَاعْتَفِ مِنَ الْأَقْوَالِ الْخَاوِيَةِ الدَّنِسَةِ
16 فَسَتَجْنَحُ نِفَاقًا وَيَدْسُو كَثِيرًا * وَقَوْلُهُمْ لَهُ مَرْعًى كَالْأَكِلَةِ * الَّذِينَ مِنْهُمْ إِيمَانَاوُسُ
17 وَفِيلِيطُوسُ * الَّذِينَ حَادَا مِنَ الْحَقِّ قَائِلَيْنِ أَنَّ الْقِيَامَةَ قَدْ سَلَفَ كَوْنُهَا * وَعَكَسَا إِيمَانَ
18 قَوْمٍ مَّا * لَكِنَّ أَسَاسَ اللهِ الْمُوطَّدَ قَدْ وَقَفَ ثَابِتًا عَلَيْهِ هَذَا الْخَاتَمُ * الرَّبُّ قَدْ عَرَفَ الَّذِينَ هُمْ
19 لَهُ * فَلْيَبْتَعِدْ مِنَ الظُّلْمِ كُلُّ مَنْ يُسَمِّي اسْمَ الرَّبِّ * قِرَاءَةُ الْأَثْنَيْنِ الثَّامِنِ
20 وَالْعِشْرِينَ بَعْدَ الْعَنْصَرِ * وَالْبَيْتُ الْأَعْظَمُ فِيهِ لَيْسَ أَوَانِي ذَهَبِيَّةً وَفِضِّيَّةً
21 فَقَطْ * بَلْ وَأَوَانِي خَشَبِيَّةً وَخَزَفِيَّةً * وَبَعْضُهَا لِلْكَرَامَةِ وَبَعْضُهَا لِلْإِهَانَةِ * فَإِنْ يُطَهِّرْ أَحَدٌ
22 مِنْ هَؤُلَاءِ ذَاتَهُ * سَيَكُونُ إِنَاءً لِلْكَرَامَةِ مُقَدَّسًا * وَاسْتِعْمَالُهُ لِسَيِّدِهِ مُلَائِمًا * وَلِكُلِّ عَمَلٍ
صَالِحٍ مُعَدًّا * اَلشَّهَوَاتُ الْأَثَنَائِيَّةُ اهْرُبْ مِنْهَا * وَاسْعَ فِي اتِّبَاعِ الْعَدْلِ * الْأَمَانَةِ * الْمَحَبَّةِ *
23 السَّلَامَةِ * مَعَ الْمُسْتَعِينِينَ بِالرَّبِّ مِنْ قَلْبٍ نَقِيٍّ * وَالِاسْتِجْلَابَاتُ الْمَائِعَةُ الْفَاقِدَةُ الْأَدَبَ *
24 اَلْمُسْتَعِفَّ مِنْهَا * عَالِمًا أَنَّهُنَّ يَنْشَئْنَ خُصُومَاتٍ * وَعَبْدُ الرَّبِّ مَا سَبِيلُهُ يُخَاصِمُ * بَلْ يَكُونُ
مَوْدُودًا إِلَى كُلِّ النَّاسِ * دَا تَعْلِيمٍ * مُحْتَمِلًا السُّوءَ *

*Et siquis certet, haudquaquam coronatur, nisi certet juxta legitima certaminis. Et agricolam fatigatum oportet fructibus uti priorem. Considera prudenter quæ dico. Dominus enim dabit tibi in omnibus rebus intellectum. Memor esto Jesu Christi à mortuis suscitati, de stirpe David, ut exprimitur in Evangelio meo: In quo patior afflictionem, ut 9
facinorosus, usque ad vincula: sed sermo Dei non stringitur vinculis. Ideo pati- 10
enter omnia fero propter electos, ut consequantur etiam ipsi salutem concessam per Jesum Christum, cum gloria æterna.*

Sabbatho trigesimo quinto, quòd nuncupatur Sabbathum filii devii.

*Fidus est sermo, quòd si cum eo morimur, 11
cum eo vivemus: Et si toleremus, cum 12
eo regnabimus: & si abnegemus eum, ipse nos abnegabit. Et si non credamus, 13
ille tamen fidelis manet: & verò negare seipsum non potest. Contestatò denuntians 14
eis coram Domino, ne certent sermonibus suis in re minimè utili, ad subversionem auditorum. Cura ut sistas teip- 15
sum Deo expertum, operarium non erubescentem, resecantem à sermone veritatis quod ei superadditum fuerit. Et de- 16
vita sermones inanes prophanos, quia promovent impietates, multùmque nutriunt. Et sermo eorum pascuam habet 17
ut gangræna: ex quibus est Hymenæus & Philetus, Qui ambo à veritate aberrârunt, dicentes resurrectionis existentiam esse iam elapsam: & subverterunt 18
fidem quorundam. Attamen solidum 19
fundamentum Dei stat inconcussum, super quod est sigillum hoc, Novit jam Dominus qui sint sui: discedat igitur ab iniquitate quisquis nominat nomen Domini.*

Lectio feriæ secundæ quæ est vigesima octava post Pentecosten.

*Et verò in æde maxima non tantùm sunt 20
vasa aurea & argentea, sed etiam vasa lignea ac testacea: & eorum quædam ad honorem, alia verò ad contemptum. Quòd siquis ab istis seipsum expurgâ- 21
rit, erit vas ad honorem, sanctificatum, ejusque usus domino suo conducens, & ad omne opus bonum paratum. Cupidi- 22
tates juveniles fuge, & satoge in expetenda justitia, fide, charitate, pace cum invocantibus Dominum ex puro corde. Et quæstiones stolidas, eruditionis expertes, devita: sciens eas gignere disceptationes. Servus autem Domini non debet 23 24
disceptare, sed benevolus esse erga omnes homines, aptus ad docendum, tolerans malum.*

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

11 ዐ ኧውን : ነገሩ : እመኧመ : ነትብር : መዊተ : ነዬሪ : ሕይወታ::=፦ ወእመኂ : ዐረ
12 ይነ : ትዕገሰተ : ነዬሪ : ነገሠ : ወእመሰ : ክሕድናዙ : ውእቱኂ : ይክሕደነ::=፦ ወእመኂ :
13 ሊለመናሁ : ውእቱሰ : መእመነ : ይነብር : ወሊይክል : ክሒደ : ርእሰ::=፦ ከመዝ : ዘ
14 ክሮሙ : ወለስመዕ : ቅድመ : እግዚአብሔር:: ፰ ሊትትሳነፆይ : ሊይበቊዐነ : በ
15 ዘ፡ ይትገፍትሉ : እለ፡ ይሰመዑ::=፦ ለስተፋጥን፡ ከመ፡ትረሲ፡ ርእሰክ፡ ሳሩዖ፡ በጎበ ፡እግ
ዚአብሔር : ከመ : ገባሪዊ : ዘሊይትኃፈር : ዘርቱዕ : ይመትር : ቃለ : እግዚአብሔር : በ
16 ጽድቅ::=፦ ወነገረ : ርኩሰንሰ : ዘሊልቦ : በቊዐ : እበዮሙ : እከመ : ያዐብይዋ : ለትጠኒ
17 ለቶሙ::=፦ ወናገሮሙኒ፡ ከንቱ : ላእለ : ሄጴኔወስ : ወፊሌጦስ::=፦ እለ : ዐወከሱ፡ እ
18 መጽድቅ : ወይብሉ : ወድለ : ፕሳ : ሕይወቱ : መውታን : ወይገፍትሉ : ሃይማኖቶሙ :
19 ለብዙኃን::=፦ ወዘሰ : ጽኑዕ : በመሰረተ : እግዚአብሔር : ይቀውም : እንዘቦ : ዘንተ :
መዐተብ : ወያለመሮሙ : እግዚአብሔር : ሳእሊሁ : ወ ይርሕቅ : እመዐመቂ : ኩሉ :
20 ዘይሰሚ : ስመ : እግዚአብሔር::=፦ ውስተ : ቤትኂ : ዐቢይ : ለኦ : ባሕቲተ : ንዋየ : ወ
21 ርቅ : ወብረር : ቦዕፀኂ : ወዘልሕኩትኂ : ቦለዘ : ክብርኂ : ወቦ : ለዘ : ሖሰር::=፦ ወእ
መቦ : ዘለንጽሐ : ርእሰ : እመዝሙት : ይከውን : ንዋየ : ክብር : ወቅዱሰ : ወበቊዐ :
22 ለእግዚሉ : በኩሉ : መግበረ : ሠናይ : ወድልው::=፦ ጕይያ : ለፍትወተ : ው
ርዙት : ወዴግና ፡ለጽድቀ : ሃይማኖት : ተፈቅሮ : ወሰላመ : ሥልለ : ኩሉሙ : እ
23 ለ : ይጸውዕዎ : ለእግዚእነ : በልብ : ንጹሕ::=፦ ለበዮ : ለነገረ : እበድ : ወሰ
24 ላቅ : ወተሓሠሠ : ታለመር : ከመ : ጋእዘ : ያመጽእ::=፦ ወገብረ : እግዚአብሔ
ርሰ : ሊይትጋለዝ : ከመ : ሕፃናት : ይከውን : መክለ : ኩሉ : ወመሃረ : ወመክ
ተዐግሰ : እመ፡ ኩሉ : እኩይ::==ፁ

Fidelis sermo est; Si consocii erimus mortis, pariter convivemus: Et, Si pares fuimus in *patientia, pariter regnabimus: &, Si abnegaverimus eum, ipse etiam abnegabit nos: Et, Si non credimus ei, ipse fidus manebit, & non potest negare seipsum. Sic commemora iis, & testare coram Deo: ne altercentis, non prodest tibi* illud *cum quo subvertuntur auditores. Festinato ut facias te approbatum apud Deum, sicuti operarium non erubescentem, qui rectè scindit verbum Dei in veritate. Et sermones immundos qui nil prosunt, recusato, quia aggravant peccata eorum. Et sermones eorum inanes, quorum sunt Hemeneus & Philetus: Qui discesserunt à veritate, & dicunt; Jam fuit vita mortuorum: & subvertunt fidem multorum. Et quod firmum est in fundamento Dei, stat, habens hoc sigillum, Et cognoscit Deus suos; &, Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Dei. In domo magna non est tantùm vas aureum & argenteum; est ligneum quidem & fictile: & est cui honor, & est cui ignominia* contingit. *Et si quis sit qui purgaverit seipsum à scortatione, erit vas gloriæ, & sanctum, & utile Domino ejus in omni opere bono, & idoneum. Fuge cupiditates juveniles, & sectare justitiam, fidem, charitatem, & pacem, cum omnibus iis qui invocant Dominum nostrum in corde puro. Rejice sermonem stultitiæ & ludibrii, & disputationem, sciens quòd litem producit. Et servus Dei non contendat: sicut infans sit cum omnibus, & doctor, & patiens ab omni malo.*

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ Β'. ΚΕΦ. Ε'. ς'. Ζ'. Η'.

In lenitate erudientem contrapositos, nequando det illis Deus poe-
25 Εν (ξ)πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε (ο)δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς με-
nitentiã ad *agnitionem veritatis,* Et resipiscant à diaboli *laqueo,*
26 τάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν (π)ἀληθείας, Καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος,
captivi detenti ab ipso ad ipsius voluntatem.
ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα.

MS. A. (ξ) πραΰτητι (ο) δῴη (π) ἐπιγνῶσιν, Καὶ

CAP. III. γ'.

Hoc autem scito, quòd in novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt
1 2 Τοῦτο δὲ (α)γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί. Ἔσονται γ'
enim homines seipsos amantes, *pecuniæ* cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus
γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν
immorigeri, ingrati, scelesti, Sine affectione, *sine fœdere, calumniatores,* incontinentes, immites,
3 ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι, Ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι,
bonum non amantes, Proditores, *præcipites, inflati,* voluptatũ amatores magis quàm *amato-*
4 ἀφιλάγαθοι, Προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλό-
res Dei: Habentes *formam* pietatis, *at* virtutem ejus abnegantes. Et hos *aver-*
5 θεοι· Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. καὶ τούτους ἀπο-
sare. Ex his enim sunt *irrepentes in* domos, & captivas *ducentes* mu-
6 στρέφου. Ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ (β)αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυ-
lierculas oneratas peccatis, *actas* desideriis variis, Semper discen-
7 ναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα (γ)ἐπιθυμίαις ποικίλαις, Πάντοτε μανθά-
tes, & nunquam ad scientiam veritatis *venire valentes.* Quemadmodùm autem
8 νοντα καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα. Ὃν τρόπον δὲ
Jannes & *Jambres* restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homi-
Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστη (δ)Μωϋσεῖ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, ἄνθρω-
nes corrupti *mentem,* reprobi circa fidem. Sed non proficient *amplius:*
9 ποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν. Ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον·
nam amentia eorũ manifesta erit omnibus, sicut & illorum *facta* est. Tu autem
10 ἡ γὰρ (ε) ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο. Σὺ δὲ Ζ'

assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, lon-
(ζ)παρηκολούθησάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, τῇ πίστει, τῇ (η)μα-
ganimitatem, dilectionem, *patientiam,* Persecutiones, passiones: qualia mihi, fa-
κροθυμίᾳ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ, Τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν· οἷά μοι (θ)ἐ-
cta sunt *in Antiochia, in Iconio,* in Lystris: quales persecutiones sustinui: & ex omnibus
γένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐν Ἰκονίῳ, ἐν Λύστροις· οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα· καὶ ἐκ πάντων
me eripuit Dominus. Et omnes *autem volentes* piè vivere in Christo Je-
με (ι)ἐρρύσατο ὁ Κύριος. Καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες (κ)εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰη-
su, persecutionem patientur: Mali autem homines, & seductores, proficient in pe-
σοῦ, διωχθήσονται· Πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι, καὶ γόητες, προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖ-
jus, *seducentes* & *seducti.* Tu verò permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi, sci-
ρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες, καὶ ἐπιστώθης, εἰ-
ens à quo didiceris: Et quia à puero sacras literas nôsti, quæ
δὼς παρὰ τίνος ἔμαθες· Καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυ-
sapientem te *sapientem reddere* ad salutem, per fidem *illam* in Christo Jesu. Omnis Scriptu-
νάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Πᾶσα γραφὴ
divinitùs inspirata, & utilis ad *doctrinam,* ad *redargutionem,* ad *correctio-*
διδασκαλίαν, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς (μ)ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθω-
nem, ad *eruditionem quæ* in justitia: Ut perfectus sit Dei homo, ad
σιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ· Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς
omne opus bonum instructus.
πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.

CAP. IV. δ'.

Η' Testificor *igitur ego* coram Deo, & *Domino* Jesu Christo, *fu-*
(α)Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μέλ-
turo judicare vivos & mortuos, *secundùm apparitionem* ipsius, & regnum ejus:
λοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, (β) κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ·
Prædica verbum, insta *tempestivè, intempestivè:* argue, increpa, obsecra
Κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως· ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον·
in omni *longanimitate,* & doctrina.
ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ, καὶ διδαχῇ.

Κεφ. γ'. MS. A. (α)*γεινώσκεις, (β)αἰχμαλωτίζοντες γυναικάρια (γ)ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, (δ)Μωσεῖ, (ε)διάνοια (ζ) παρηκολούθησάς (η)μακροθυμίᾳ, τῇ ὑπομονῇ, (θ)ἐγένετο (ι) ἐρύσατο (κ)ζῆν εὐσεβῶς (λ)πόνων (μ) ἐλεγμόν, Κεφ. δ'. MS. A. (α) Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, (β) * καὶ τὴν

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

Ut erudiat eos qui contendunt adversùs
25 * ܒܝܬܐ ܕܢܠܦ ܠܐܢܫܝܢ ܕܡܬܚܫܚܫܝܢ ܠܗܘܢ ܕܢܬܠ ܐܠܗܐ ܠܗܘܢ ܕܬܗܘܢ ܡܬܚܙܪܝܢ
ipsum, cum comitate: siquando det illis Deus resipiscentiam, ut cognoscant veritatem, &
26 ܠܡܕܥ ܕܐܝܬ ܗܘ ܫܪܪܐ ܕܢܦܩܘܢ ܡܢ ܦܘܡ ܕܐܒܠܣ ܕܐܫܬܒܝܘ ܗܘ ܠܨܒܝܢܘܬܗ *
reminiscantur suiipsorum, Ac discedant à laqueo Satanæ, quo irretiti sunt ad volunta-
ܕܗܘ ܒܪ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܫܒܩ ܠܗ ܡܢ ܦܘܡ ܕܐܒܠܣ ܕܐܫܬܒܝܘ ܗܘ ܠܨܒܝܢܘܬܗ *
tem ipsius.

1 ܠܗ ܕܝܠܗ ܗܘ ܒܪ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܠܡܫܒܩ ܠܗ ܡܢ ܦܘܡ ܕܐܒܠܣ ܕܐܫܬܒܝܘ ܗܘ ܠܨܒܝܢܘܬܗ *

CAP. III.

Hoc autem scito, nempe in ultimis die-
1 ܗܕܐ ܕܝܢ ܕܥ ܐܝܟ ܕܒܐܚܪܝܬ ܝܘܡܐ ܢܬܬܐ ܙܒܢܐ ܩܫܝܐ ܐܬܝܢ ܀
bus ventura tempora duriſſima: Homines
2 ܐܢܫܐ ܢܗܘܘ ܪܚܡܢܝ ܢܦܫܗܘܢ ܪܚܡܢܝ ܟܣܦܐ ܪܡܝ ܓܐ ܡܓܕܦܝ ܠܐܒܗܬܐ ܠܐ ܫܒܝܩܝ ܛܒܬܐ ܠܐ ܩܕܝܫܝ ܀
qui futuros suî amantes, & amantes pecuniæ, fa-
3 ܠܐ ܚܣܝܕܝ ܠܐ ܦܪܘܫܝ ܠܐ ܚܒܝܒܝ ܛܒ ܠܐ ܣܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
stuosos, elatos, blasphemos, hominibus suis
4 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
immorigeros, negantes gratiam, impios, Ca-
5 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
lumniatores, concupiscentiæ subditos, besti-
6 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
ales, osores bonorum, Proditores, præcipi-
7 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
tes, inflatos, concupiscentiarum longè aman-
8 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
tiores, quàm dilectionis Dei: Habentes for-
9 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
mam reverentiæ Dei, sed à virtute Dei pro-
10 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
cul distantes: qui sunt ejusmodi, eos repelle
11 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
à te. Ex his enim sunt qui irrepunt in do-
12 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
mos, & captivas abducunt mulieres obrutas
13 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
peccatis, quæ ducuntur variis concupiscen-
14 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
tiis. Quæ semper discentes nunquam ad cog-
15 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
nitionẽ veritatis pervenire possunt. Quem-
16 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
admodum autem Jonis & Jambaris insur-
17 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
rexerunt adversùs Mosen, ita & isti insurgunt
18 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
in veritatem, homines corruptæ mentis, &
19 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
reprobi à fide. Sed non progredientur. Eo-
20 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
rum enim stultitia innotescit omnibus, sicut
21 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
& illorum innotuit. *D. Severi.* 3.
Tu autem venisti post doctrinam meam, &
22 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
post conversationem meam, & post placitum
23 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
meum, & post fidem meam, & post longa-
24 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
nimitatem meam, & post charitatem meam,
25 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
& post patientiam mea; Et post persecutio-
26 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
nes meas, meas denique passiones. Cæterùm
1 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
nôsti quæ pertulerim Antiochiæ, & Iconii,
2 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
& Lystris; qualem persecutionem sustinue-
3 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
rim. Et ex omnibus eripuit me Dominus
4 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
meus. Enimverò quicunque volunt cum ti-
5 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
more Dei vivere in Jesu Christo, persecuti-
6 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
onem passuri sunt. Homines autem flagitiosi
7 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
& impostores addent ad malitiam suam, er-
8 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
rantes, inducentesque in errorem. Tu verò
9 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
permane in iis quæ didicisti, & in quibus
10 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
confirmatus es. Scis enim à quo didiceris:
11 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
Et quòd à pueritia tua literas sanctas edoctus
12 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
es, quæ te possunt sapientem efficere ad salu-
13 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
tem, per fidem quæ est in Jesu Christo.
In obitu Episcoporum. 4.
Siquidem omnis Scriptura quæ per Spiritum
14 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
scripta est, utilis est ad doctrinam, & ad cor-
15 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
rectionem, & ad directionem, & eruditio-
16 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
nem quæ est in justitia; Ut perfectus sit ho-
17 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
mo Dei ad omne opus bonum atque con-
18 ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܠܐ ܡܪܚܡܢܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܝ ܀
summatum.

CAP. IV.

Obtestor te coram Deo & Domino no-
1 ܐܣܗܕ ܐܢܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܩܕܡ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܕܥܬܝܕ ܕܢܕܝܢ ܚܝܐ ܘܡܝܬܐ ܀
stro Jesu Christo, qui judicaturus est vivos &
2 ܘܒܓܠܝܘܗܝ ܘܒܡܠܟܘܬܗ ܟܪܙ ܠܡܠܬܐ ܩܘܡ ܥܠ ܙܒܢ ܘܠܐ ܙܒܢ ܟܣܘ ܘܥܥܐ ܘܓܥܪ ܒܟܠ ܐܘܪܟܐ ܘܠܦ ܀
mortuos in revelatione regni sui: Prædica
sermonem, & insta cum sedulitate, oportunè
& inoportunè, argue, & increpa cum omni
longanimitate & doctrina.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

25 ወይገሥጽ : በየዋህት : ለእለ : ይትዋለሉ : እመቦ : ከመ : የሀቦሙ : እግዚአብሔር : ንስሓ : ወያእምሮ : ጽድቅ ::=: ወይንቅሁ : እመሠገርተ : ሰይጠን : እስመ : ወድለ : ለሠገርሙ : ውስተ : ፈቃዱ ::=:
26

Et erudiat cum lenitate disputantes, si ita fiat quòd det iis Deus resipiscere & 25
agnoscere veritatem, Et evigilare è retì satanæ: quia jam piscatus est eos in 26
voluntate ejus.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati; nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, Et resipiscant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. CAP. III.

1 HOc autem scito, quòd in novissimis diebus instabunt tempora periculosa:
2 Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non
3 obedientes, ingrati, scelesti, Sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes,
4 immites, sine benignitate, Proditores, protervi, tumidi, & voluptatum
5 amatores magis quàm Dei: Habentes speciem quidem pietatis, virtutem au-
6 tem ejus abnegantes. Et hos devita: Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis:
7 Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemad-
8 modum autem Jannes & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, Sed ultrà non proficient: insi-
9 pientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, Persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes, qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Mali autem homines, & seductores, proficient in pejus; errantes, & in errorem mittentes. Tu verò permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nôsti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis Scriptura divinitùs inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: Ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. CAP. IV.

1 TEstificor coram Deo, & Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos, per
2 adventum ipsius, & regnum ejus: Prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

*Resistentes erudiens mansuetudine suâ, 25
siquando det illis Deus pœnitentiam ad
agnoscendam veritatem; Et resipiscant 26
à laqueo dolosi, quippe jam prædatus sit
eos ad voluntatem suam.*

CAP. III.

Lectio Sabbathi trigesimi quarti, quod est *Sabbathum*, filii prodigi.

ILlud autem scito, quòd in diebus extremis exurgent tempora aspera. Inter homines enim erunt sui amantes, amantes pecuniæ, protervi, superbi, blasphemi, molesti genitoribus suis, ingrati, ac minimè justi: Inhumani, expertes fœderis, obtrectatores, intemperantes, haud cicures, & boni minimè amantes: Proditores, præcipites, arrogantes, voluptatum amantes plusquam amantes Dei: Speciem bonæ pietatis habentes, vim tamen illius abnegantes. Hos igitur vejice. Ex his enim sunt ii qui domos penetrant, & captivas ducunt mulierculas, confertas peccatis, obsequentes variis cupiditatibus: Semper discentes, at nunquam valentes venire ad agnitionem veritatis. Et quemadmodùm Janes & Jambres vestiterunt Mosi, ita & hi aversantur veritati: homines mente corrupti, non habentes experimentum in sensu fidei. Sed non multùm proficient, colorem enim induet stultitia eorum apud omnes evidentem, ut evulgata est amentia illorum duorum.

Dominicâ trigesimâ quartâ post Pentecosten.

Tu verò sectare doctrinam meam, meam vivendi rationem, mentem meam, fidem meam, longanimitatem meam, charitatem meam, patientiam meam, Persecutiones meas, passiones meas quæ mihi contigerunt Antiochiæ, & Iconii, & Lystris: qualesque persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes volentes vivere cum præclara pietate in Jesu Christo, persecutionem patientur. Quidam verò improbi & impostores proficient pessimum in modum, seducentes, & seducti. At tu persiste in dogmatibus quæ didicisti, quæque tibi concredita sunt, sciens à quo didiceris ea: Et quòd à pueritia tua noveris gloriosas Scripturas, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem, per concessam fidem in Jesum Christum.

Lectio feriæ sextæ hebdomadis vigesimæ octavæ. Et pro sancto Phoca martyre.

*Et quælibet scriptura divinam sapiens 16
avam, utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad directionem, ad eruditionem quæ est in justitia: ut sit homo 17
Dei perfectus, paratus ad omne opus bonum.*

CAP. IV.

*OBtestor ego te igitur coram Deo, & 1
Domino Jesu Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos in apparitione sua & regno suo: Prædica sermonem, & explora 2
eos ex improviso, tam tempore quo opportuna est exploratio, quàm non opportuna: argue, objurga: hortare cum omni patientia & doctrina.*

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

CAP. III.

SEd hoc scitote, quòd in posteritoribus diebus veniet annus malus: Et erunt homines diligentes crapulam, & diligentes divitias, jactabundi, blasphemantes, spernentes parentes eorum, ingrati, exeuntes à veritate, Non habentes misericordiam, superbi, osores boni, Perversi, contumelioси, obcæcati, eligentes voluptates potiùs quam amorem Dei: Assimilati sunt justis, & abnegant virtutem justitiæ: & hos devita. Hi sunt qui intrant in domos hominum, & captivas ducunt mulieres complexas in peccato, & adhærentes ei in multa concupiscentia: Et semper discentes & non cognoverunt unquam veritatem. Sicut qui Janne & Jambre, sic hi etiam restiterunt veritati: homines corrupti corde, & hæsitantes de fide. Sed non exaltabuntur, quia abundavit insipientia eorum & manifesta est, sicut in illis, & apud omnes, quomodo fuit. Et tu assequeris me in doctrina mea, in more meo in quo duxi te, in fide, in longanimitate, in charitate, in patientia, In persecutione, in afflictione; quantum contigit mihi in Antiochia, in Iconio, in Lystris, quantas passus sum persecutiones: & ab omnibus liberavit me Deus. Et omnes viventes in veritate, & volentes vivere in Christo Jesu, persequentur. Et mali homines incantationum provehentur in pejus: & errabunt, & errare facient. Et tu permane in iis quæ didicisti, & concredita sunt tibi, sciens apud quem didiceris. Sciens verè usque Scripturam sanctam, quæ potest vivificare te per fidem Jesu Christi. Et tota scriptura per spiritum Dei est, & prodest in omni doctrina & eruditione, ad corrigendum & instruendum in veritate. ut eruditus sit homo Dei, in omni opere bono, doctor.

CAP. IV.

*ET obtestor Deum & Jesum Christum, qui judicaturus est vivos & mortuos 1
in adventu regni sui, ut prædices verbum ejus, persistens circumspectè in tempore; argue, & corripe, & mansuetus esto, patiens in omnibus, & docens.* 2

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ Β'. ΚΕΦ. Η'. Θ'.


Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed *ſecundùm*
3 Ἔσαι γὰ καιρὸς, ὅτε τ ὑγιαινούσης διδασκαλίας οκ ἀνέξον(γ)ται· ἀλλὰ (γ) κατὰ
deſideria *propria* ſibiipſis coacervabunt magiſtros, prurientes *auditum*:
τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους κνηθόμενοι τ ἀκοήν·
Et à quidem veritate auditum avertent, ad autem fabulas conver-
4 καὶ ἀπὸ μὲ τ ἀληθείας τ ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δ τοὺ μύθους ἐκτραπή-
tentur. Tu verò vigila in omnibus, *mala patere*, opus fac. Evange-
5 σονται. Σὺ δ νῆφε ἐν πᾶσι, (δ) κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγε-
liſtæ, miniſterium tuum *impletum redditо*. Ego enim jam delibor, & tempus
6 λιστῦ, τ διακονίαν σου πληροφόρησον. Ἐγὼ γὰ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς Θ'
meæ reſolutionis inſtat. Certamen *pulchrum* certavi, curſum
7 (ε) τ ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. Τὸν ἀγῶνα τ καλὸν ἠγώνισμαι, τ δρόμον
conſummavi, fidem ſervavi. *Reliquùm*, repoſita eſt mihi juſtitiæ corona,
8 τετέλεκα, τ πίστιν τετήρηκα. Λοιπὸν, ἀπόκειταί μοι ὁ τ δικαιοσύνης στέφανος,
quam reddet mihi Dominus in illa die, juſtus judex: non ſolùm
ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής· ὐ μόνον
autem mihi, ſed & *omnibus diligentibus* apparitionem ejus. *Stude* venire
9 δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τ ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Σπούδασον ἐλθεῖν
ad me citó. Demas enim me reliquit, diligens *nunc* ſeculum,
10 πρός με ταχέως. Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τ νῦν αἰῶνα,
& abiit *in* Theſſalonicam, Creſcens in Galatiam, Titus in Dalma-
καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην, Κρήσκης εἰς Γαλατίαν, Τίτος εἰς (ζ) Δαλμα-
tiam: Lucas eſt ſolus mecum. Marcum *aſſumens*, adduc cum teipſo:
11 τίαν· Λουκᾶς ἐστι μόνος μετ' ἐμοῦ. Μάρκον ἀναλαβὼν, ἄγε μετὰ σεαυτοῦ·
eſt enim mihi utilis in miniſterium. Tychicum autem miſi *in* Epheſum.
12 ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν. Τυχικὸν δ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον.
Penulam quam reliqui *in* Troade apud Carpum, veniens affer, &
13 Τὸν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ
libros, maximè membranas. Alexander ærarius multa mihi mala
14 τὰ βιβλία, μάλιστα τὰς μεμβράνας. Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ
oſtendit: reddet illi Dominus ſecundùm opera ejus: Quem & tu
ἐνεδείξατο· (η) ἀποδῴη αὐτῷ ὁ Κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· Ὃν καὶ σὺ 15
obſerva: valdè enim reſtitit noſtris verbis. In prima mea
φυλάσου· λίαν γὰ (θ) ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις. Ἐν τῇ πρώτῃ μου 16
defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquerunt: (non
ἀπολογίᾳ οδείς μοι (ι) συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον· (μὴ
illis imputetur.) At Dominus aſtitit, & confortavit me, ut per me
αὐτοῖς λογισθείη.) Ὁ δὲ Κύριος παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ 17
prædicatio *plenè percipiatur*, & audiant omnes Gentes: & *ereptus* ſum de
τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ (κ) ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ (λ) ἐρρύσθην ἐκ
ore leonis. Et eripiet me Dominus ab omni opere malo, &
στόματος λέοντος. (μ) Καὶ ῥύσεταί με ὁ Κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ 18
ſervabit in regnum ſuum cœleſte: cui gloria in ſecula
σώσει εἰς τὸ βασιλείαν αὐτοῦ τὸ ἐπουράνιον· (ν) ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺ αἰῶνας
ſeculorum. Amen. Saluta Priſcam & Aquilam, & Oneſiphori domum,
τ αἰώνων. ἀμήν. Ἄσπασαι Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν, καὶ τ Ὀνησιφόρου οἶκον. 19
Eraſtus remanſit *in Corintho*: Trophimum autem reliqui *in Mileto* infir-
Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ· Τρόφιμον δ ἀπέλιπον ἐν (ξ) Μιλήτῳ ἀσθε- 20
mum. Feſtina ante hyemem venire: ſalutant te Eubulus, & Pu-
νοῦντα. Σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν· ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος, καὶ Πού- 21
dens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus Jeſus
δης, καὶ Λῖνος, καὶ Κλαυδία, καὶ οἱ ἀδελφοὶ πάντες. Ὁ Κύριος (ο) Ἰησοῦς 22
Chriſtus cum ſpiritu tuo: gratia vobiſcum. Amen.
Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου· ἡ χάρις (π) μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

Ad Timotheum ſecunda, Epheſiorum Eccleſiæ primum Epiſcopum ordina-
(†) Πρὸς Τιμόθεον δευτέρα, τ Ἐφεσίων ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτο-
tum, ſcripta eſt à Roma, cùm ex ſecundo ſiſteretur Paulus Cæſari Neroni.
νηθεῖσα, ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης, ὅτε ἐκ δευτέρου παρέστη Παῦλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι.

Ἐν στίχοις ϙοβ'.

MS. A. (γ) καλὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς (δ) κακοπάθησον, ὡς κλὸς εϛαγγελιϛὴς Χριϛοῦ Ἰησοῦ, ἔργον (ε) τ ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν. Τὸν κλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, (ζ) Δρμαλίαν· (η) ἀποδώσει (θ) ἀντέϛη (ι) παρεγένετο, (κ) ἀκούσωσιν (λ) ἐρύσθην (μ) Ῥύσεται (ν) αὐτῷ ἡ δόξα (ξ) Μιλήτῳ (ο) Ἰησοῦς μετ (π) μεθ' ὑμῶν. (†) Πρὸς Τιμόθεον Β'. ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.



Erit enim tempus quum doctrinæ ſanæ non 3
obedient, ſed juxta deſideria ſua multiplicabunt ſibi doctores in pruritum ſui auditûs.
Et à veritate avertent aures ſuas, ad fa- 4
bulas autem declinabunt. Tu verò vigila in 5
omnibus, & ſuſtine mala, & exequere *opus*
Evangeliſtæ: tuúmque miniſterium perfice.
Ego verò immolor, & tempus quo diſſolvar, 6
inſtat. Bonum certamen certavi, & curſum 7
meum explevi, fidémque meam ſervavi. In 8
poſterum autem aſſervatur mihi corona ju-
ſtitiæ, quam rependet mihi Dominus meus
in die illo, quia ipſe eſt juſtus judex: non
ſolùm autem mihi, ſed etiam iis qui dilexerint
manifeſtationem ejus.

Pro Gregorio. 5.

Sit tibi curæ ut venias ad me citó. Nam De- 9
mas me reliquit, & amore complexus eſt 10
hoc ſeculum, ac profectus eſt Theſſalonicam,
Criſpus in Galatiam, Titus in Dalmatiam.
Lucas ſolus eſt mecum. Marcum aſſume & 11
adducito tecum: aptus enim mihi eſt ad
miniſterium. Tychicum autem miſi Ephe- 12
ſum. Thecam verò librorum quam reliqui 13
Troade apud Carpum, quum venies, affer-
to; & libros, maximè autem involucrum
membranarum. Alexander faber ærarius 14
multa mala mihi exhibuit: repenſurus eſt ei
Dominus noſter ſecundùm opera ipſius. Sed 15
& tu cave ab eo: vehementer enim inſur-
rexit contra ſermones noſtros. In prima ex- 16
cuſatione mea nemo mihi adfuit; ſed omnes
deſeruerunt me. Ne imputetur illis hoc.
Dominus autem meus adſtitit mihi, & robo- 17
ravit me, ut per me prædicatio expleretur,
& audirent omnes Gentes. Et ereptus fui
ex ore leonis: Et eripiet me Dominus meus 18
ab omni opere malo: & ſervabit me in
regnum ſuum quod eſt in cœlis. Cui be-
gloria in ſeculum ſeculorum. Amen. Da 19
pacem Priſcillæ & Aquilæ, & familiæ One-
ſiphori. Eraſtus manſit Corinthi. Trophi- 20
mum autem reliqui infirmum in Mileto urbe.
Sit tibi curæ ut ante hyemem venias. Po- 21
ſtulat pacem tuam Eubulus, & Pudis, & Li-
nus, & Claudia, fratres denique omnes.
Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſit cum ſpiri- 22
tu tuo. Gratia tecum. Amen.

Epiſtolæ ad Timotheum ſecundæ,
è Roma ſcriptæ,

FINIS.

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 እስመ : ይበጽሕ : ጊዜሁ : እመ : የሐብይዋ : ለትምህርተ ፡ ሕይወት : ወይሐውሩ : በፍ
4 ትውቶሙ ፡ ወመምህራን : እለ : ይትህስኩ : እዘኒሆሙ ፡=፡ ወይመይጡ : እዘኒሆሙ : እ
5 መጽድቅ : ወያጸልሉ : መሓደሎተ ፡=፡ ወለንተሰ : ንቀህ : ወጥበብ : በኵሉ : ወጸው :
ወግበር : መግባረ : ወንጌላዊ : ኩን : ወፈጽም : መልእክተከ ፡=፡ ፱
በጣርዖሙ : መንበብ ፡=፡
6 ወለእነሰ : ወዳእኩ : ሰለጥኩ : ወበጽሐኒ : ዕድጫየ ፡ ለለዕርፍ ፡=፡ ሠናየ ፡ ገድለ ፡ ተጋደልኩ ፡
7 በድርየኒ : ፈጸምኩ : ወሃይማኖትየኒ : ዐቀብኩ ፡=፡

Quoniam veniet tempus quando rejicient doctrinam vitæ, & incedent ſecundùm 3
cupiditates eorum, & doctores: quorum aures ſeditioſæ ſunt. Et avertent aures 4
eorum à veritate, & auſcultabunt fabulis. Et tu vigila, & prudens eſto in 5
omnibus, & labora, & operare opus, evangeliſta eſto, & imple miniſterium tuum. 6
Pro Maria, lectio.
Et ego jam finivi, & advenit mihi tempus meum ad quieſcendum. Bonum cer- 7
tamen certavi, curſum meum conſummavi, & fidem meam ſervavi.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

3 Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desi-
4 deria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus: Et à veritate qui-
5 dem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu verò vigila, in
6 omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius
7 esto. Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum
8 certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus ju-
9 dex: non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt adventum ejus. Fe-
10 stina ad me venire citó. Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum,
11 & abiit Thessalonicam: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lu-
12 cas est mecum solus. Marcum assume, Et adduc tecum: est enim mihi
13 utilis in ministerium. Tychicum autem misi Ephesum. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè au-
tem membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi 14
Dominus secundùm opera ejus: Quem & tu devita: valdè enim restitit 15
verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit; sed omnes me 16
dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & con- 17
fortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes:
& liberatus sum de ore leonis. Liberavit me Dominus ab omni opere ma- 18
lo: & salvum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculo- 19
rum. Amen. Saluta Priscam, Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus 20
remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina an- 21
te hyemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Clau-
dia, & fratres omnes. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vo- 22
biscum. Amen.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 * لَأَنْ سَيَكُونُ وَقْتًا لَا يَحْتَمِلُونَ التَّعْلِيمَ الْمُعَافِي * بَلْ يَجْمَعُونَ لَهُمْ كَمَا يَخُصُّ بِشَهَوَاتِهِمْ مُعَلِّمِينَ
4 يَحُكُّونَ سَمْعَهُمْ * وَيَرُدُّونَ سَمْعَهُمْ عَنِ الْحَقِّ * وَيَحْكُونَ إِلَى الْخُرَافَاتِ * ثُمَّ *
5 * فَرَاءَةُ الْأَحَدِ قَبْلَ قُدَّاسِ الْمَاءِ * * فَتَيَقَّظْ أَنْتَ فِي سَائِرِ الْأُمُورِ وَالْأَوْقَاتِ * كَابِدِ الْسَّقَا *
6 7 اِعْمَلْ عَمَلَ مُبَشِّرٍ وَحَقِّقْ خِدْمَتَكَ * فَإِنِّي هَا أَنَذَا أُضَحَّى * وَقْدْ وَقَفَ بِي وَقْتُ انْصِرَافِي * وَقَدْ
8 جَاهَدْتُ الْجِهَادَ الْحَسَنَ * قَدْ تَمَّمْتُ السَّعْيَ * قَدْ حَفِظْتُ الْأَمَانَةَ * فَمِنْذُ الْآنَ أَكْلِيلُ الْعَدْلِ
مُعَدٌّ لِي * الَّذِي سَيَقْضِيهِ فِي ذَلِكَ الْيَوْمِ الرَّبُّ الْقَاضِي الْعَدْلُ * وَلَيْسَ لِي فَقَطْ * بَلْ وَلِجَمِيعِ
9 الَّذِينَ أَحَبُّوا ظُهُورَهُ * ثُمَّ * * فَرَاءَةُ الْأَرْبِعَا مِنَ الْجُمُعَةِ الثَّامِنَةِ وَالْعِشْرِينَ * * بَادِرْ *
10 أَنْ تَجِيءَ إِلَيَّ سَرِيعًا * فَإِنَّ دِيمَاسَ قَدْ تَرَكَنِي إِذْ أَحَبَّ الْآنَ هَذَا الدَّهْرَ * وَذَهَبَ إِلَى تَسَالُونِيكِيَّةَ *
11 كِرِيسْكُسُ مَضَى إِلَى غَلَاطِيَّةَ * وَتِيطُسُ إِلَى دَلْمَاتِيَا * لُوقَا وَحْدَهُ مَعِي * خُذْ مَرْقُسَ وَاحْضُرْهُ
12 مَعَكَ * لِأَنَّهُ يَصْلُحُ لِخِدْمَتِي * تِيشِيكُوسَ قَدْ أَرْسَلْتُهُ إِلَى أَفَسُسَ * الْفَلُونِيَّةَ الَّتِي تَرَكْتُهَا
13 بِاطْرَاوَادَا عِنْدَ كَرْبُسَ * فِي مَجِيئِكَ اِحْمِلْهَا مَعَكَ * وَالْمَدْرَجَاتِ لَا سِيَّمَا الرُّقُوقِيَّةَ * أَلِكْسَنْدُرُسُ
14 النَّحَّاسُ قَدْ أَرَانِي سُرُورًا كَثِيرًا * يَقْصِيهِ الرَّبُّ نَظِيرَ أَعْمَالِهِ * فَتَحَفَّظْ أَنْتَ مِنْهُ * فَإِنَّهُ قَدْ قَاوَمَ
15 أَقْوَالَنَا جِدًّا * وَفِي اعْتِذَارِي الْأَوَّلِ مَا حَضَرَ مَعِي أَحَدٌ * لَكِنَّهُمْ كُلَّهُمْ تَرَكُونِي * لَا حُسِبَ لَهُمْ
16 ذَلِكَ ذَنْبًا * لَكِنَّ الرَّبَّ وَقَفَ بِي وَأَيَّدَنِي * لِكَيْمَا تَتَكَمَّلَ الْبِشَارَةُ بِي * وَيَسْمَعَ الْأُمَمُ كُلُّهَا * وَنِلْتُ
17 مِنْ فَمِ الْأَسَدِ * وَسَيُنْجِينِي الرَّبُّ مِنْ كُلِّ عَمَلٍ خَبِيثٍ * وَيُخَلِّصُنِي إِلَى مَلَكُوتِهِ السَّمَاوِيِّ * الَّذِي
18 لَهُ الْمَجْدُ إِلَى أَبَادِ الدُّهُورِ آمِينَ * سَلِّمْ عَلَى بِرِيسْكِيلَا وَأَكِيلَا * وَمَنْزِلِ أُونِيسِيفُورُسَ * إِرَاسْطُوسُ
19 بَقِيَ فِي قُرِنْثُوسَ * طُرُوفِيمُوسُ خَلَّفْتُهُ مَرِيضًا فِي مِلِيطُنَ * اِحْرِصْ أَنْ تَجِيءَ قَبْلَ الشِّتَا *
20 يُسَلِّمُ عَلَيْكَ أُوفُولُسُ * وَبُودُسُ * وَلِينُوسُ * وَكَلَوْدِيَا وَالْإِخْوَةُ كُلُّهُمْ * الرَّبُّ يَسُوعُ الْمَسِيحُ مَعَ
21 رُوحِكَ * النِّعْمَةُ مَعَكُمْ آمِينَ * * تَمَّتِ الرِّسَالَةُ *
22 * وَكُتِبَتْ مِنْ مَدِينَةِ رُومِيَةَ * وَكَانَ قَدْ جُعِلَ بُنْطُوسُ أَسْقُفًا عَلَى أَفَسُسَ * حِينَ
وَقَفَ بُولُصُ بِحَضْرَةِ نَارُنَ قَيْصَرِ مَلِكِ رُومِيَةَ دَفْعَةً ثَانِيَةً *
* وَالْمَسِيحُ لِرَبِّ الْمَجْدِ دَائِمًا أَبَدًا سَرْمَدًا * آمِينَ آمِينَ آمِينَ *

Erit enim tempus quum non sustinebunt 3
doctrinam sanam: sed colligent sibi,
prout competet cupiditatibus suis, do-
ctores titillantes auditum eorum: Et 4
avertent auditum suum à veritate, &
declinabunt ad deliria. Finis.

Lectio Dominicæ ante Sacrum aquæ (i. Missam Epiphaniæ.)

Quare tu vigila in omnibus rebus ac 5
momentis, perfer molestias, prorage opus
Evangelistæ, & comproba ministerium
tuum. Nam ego cn immolor, & instat 6
mihi tempus discessus mei. Jamque de- 7
certavi bonum certamen, cursum jam
absolvi, fidem jam servavi: Et post- 8
hac corona justitiæ parata est mihi,
quam exsolvet mihi in illa die Domi-
nus judex justus: & non mihi solùm
sed etiam omnibus qui dilexerint appa-
ritionem ejus. Finis

Lectio feriæ quartæ hebdomadis vigesimæ octavæ.

Festina venire ad me citò. Nam Damas 9
me dereliquit, diligens nunc præsens se- 10
culum, & abiit Thessalonicam: Priscus
profectus est in Galatiam, & Titus in
Dalmatiam. Lucas solus est mecum. 11
Sume Marcum, & adduc eum tecum,
quia conducit ministerio meo. Tychicum 12
misi jam Ephesum. Pheloniam quam 13
reliqui Troade apud Carpum, tecum af-
fer cùm venerit, & volumina, præser-
tim membranacea. Alexander faber 14
ærarius videre me fecit multa mala:
rependat illi Dominus secundùm facta
ipsius. Quam et tu cave eum, quia mul- 15
tùm restitit sermonibus nostris. Et in 16
prima defensione mea nemo adfuit me-
cum, sed omnes me deseruere: ne im-
putetur id eis crimini. Verùm Domi- 17
nus astitit mihi, & corroboravit me:
ut per me compleatur annuntiatio, &
audiant omnes Gentes: & eruptus sum
ex ore leonis. Et eripiet me Dominus 18
ab omni facto malo, salvabitque me
in regnum suum cœleste: cui gloria in
æternitates seculorum, Amen. Salu- 19
ta Priscillam & Achillem, & domum
Onesiphori. Erastus mansit Corinthi. 20
Trophimum reliqui ægrotum in Mileto.
Da operam ut venias ante hyemem. 21
Salutat te Eupulus, & Pudens, &
Linus, & Claudia, & fratres omnes.
Dominus Jesus Christus cum spiritu
tuo. Gratia vobiscum, Amen. 22

EPISTOLÆ FINIS.

Scripta verò fuit ab urbe Roma, quum Timotheus constitutus jam esset Episcopus super Ephesum, quando secundâ vice stetit Paulus in præsentia Cæsaris Neronis Imperatoris Romani.

Laus Domino gloriæ perpetuæ, perennis, sempiterna,
Amen, Amen, Amen,

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

8 እንከሰ : ጽኑሕ : ሊተ : ለክሊለ : ጽድቅ : ዘየዐስየኒ : እግዚአብሔር : ይእተ : ዕለተ : ሙ
ሾንነ : ጽድቅ ::ወለኵ : ለባሕቲትየ : ለኵሉሙ : እለ : ያፈቅሩ : በሙጽአተ : ዚአሁ ::=:
9 በ : ፎ : ፈስካ :=: ለስተፋጥን : ትመጻእ : ኀቤየ : ፍጡነ :=:
10 ዴማስ : ኀደገኒ : ወለፍቀሮ : ለዝንቱ : ዓለሙ : ዘይእዜ : ወሖረ : ተስሎንቄ : ወቄርቄስኒ : ጋ
11 ልየ : ወቲቶ : ዴልማጢያ :=: ሉቃስ : ባሕቲቱ : ምስሌየ ::ወአምጽእ : ምስሌከ : ለማርቆ
12 ስ : እስመ : ይበቍዐኒ : ለመልእክት :=: ወፈነውኩመ : ለጢኪቆስ : ሌፈሶን :=: ወፈሉ :
13 ዘኅደጥ : ኀበ : ቀርጳ : ተጣልለ : ምስሌከ ፣ ሶመ : ትምጽእ : ወዲደ : መጻሕፍተ : ረ
14 ቅ ::=: እሌ : እክንድሮስ : ነሃቢ : ብዙኅ : ዛቀየኒ : ይፍድዮ : እግዚአብሔር : በከመ :
15 መግባሬ :=: ወለእተዛ : ተዓቀቦ : እስመ : ፈድፋደ : ተቃወሞ : ለነገርነ ::=: ወበቀደሚ :
16 ነገርየ : ለልቦ : ዘኅበረ : ምስሌየ : ኵሉሙ : ኀደጉኒ ፣ ወይስኢይ : ሉሙ :=: ወደእኃ : እ
17 ግዚአብሔር : ቆመ : ሊተ : ወለጽንዓኒ : ከመ : ይእመኑ ፣ በስብከተ : ዚአየ :: ወይስመዑ :
18 ኵሉሙ : እክዚዛብ : ወድኅንኩ : እመለፈ : ለእበሰ :=: ወያድኅንኒ : እግዚአብሔር : ለሙ
19 ኵሉ : ግብረ : እኩይ : ወያሐይወኒ : ወስተ : ሙንግሠቱ : ዘሰማያት : እስመ : ሎቱ : ስብሐት :
20 ለዓለመ : ዓለም : አሜን ::=: ሉመኁ : ጸርስቅ : ወለቂላ : ወቤተ : ሆኔፎረ :=: ለሬሶጥስ : ኀ
21 በረ : ቆሮንቶስ : ጥሮፊሞን : ኅደግዎ : ሚልጦን : ይደዊ :=: ለስተፋጥን : ትመጽእ : ኀቤየ : ለሙ
ቅድመ : ክረምት ::ለሙኁ : ሌወቡሎስ : ወለጹዴስ : ወሊኖስ : ወቀላሠ ደያ : ወኵሉሙ : ለኅ
22 ዊነ :=: ወእግዚአብሔር : ምስለ : መንፈስከ ::=: ለሰብለ : ጢሞቴዎስ :=:

Ergò parata est mihi corona justitiæ, quam tribuit mihi Deus ipso die, Judex 8
justitiæ: & non solummodo mihi, sed etiam omnibus qui diligent eum in adven-
tu ejus.

Quinto Paschatis.

Festina ut venias ad me citò. Demas reliquit me, & dilexit hoc seculum pra- 9
sens, & profectus est Thessalonicam: & Crescens Galatiam, & Titus Dalmatiam. 10
Lucas solus est mecum: & adduc tecum Marcum, qui utilis est mihi ad minister- 11
ium. Et misi Tychicum Ephesum. Et Phelo, quem reliqui apud Carpum, adfe- 12
ras tecum: quum veneris & etiam libros membraneos. Alexander prædo multùm 13
affixit me, retribuat ei Deus secundùm opera ejus: Et tu caveto eum: quia 14
valdè restitit sermonibus nostris. In primo sermone meo, nemo fuit qui consociatus 15
est mecum, omnes deseruerunt me: & Deus misereatur eorum. Sed Deus adstitit 16
mihi, & corroboravit me, ut crederent per prædicationem meam, & ut audirent 17
omnes Gentes: & liberatus sum, ex ore leonis. Et liberabit me Deus ab omni 18
opere malo: & vivere me faciet in regno suo quod est in cœlis, quia ei est gloria in
secula seculorum, Amen. Salutà Priscam, & Aquilam, & domum Onesephori. 19
Erastus mansit Corinthi. Trophimum reliqui Mileti ægrotantem. Festina ut ve- 20
nias ad me ante hyemem. Salutârunt te Eubulus, & Apudes, & Linus, & Clau- 21
dia, & omnes fratres nostri. Et Deus cum spiritu tuo sit. 22

Viro Timotheo.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Α'. Περὶ διδασκάλων ἀπιστούντων εἰς διακονίαν, καὶ ἔλεγχον ἀπιστῶν.
Β'. Κατὰ τὴν συγκρισιν καθάρσεως προσβυτέρων, καὶ ἀστεῖα πολιτικῆς ἀρετῆς.
Γ'. Παραινέσεις, ἃς δεῖ παραινεῖν καθ' ἡλικίαν ἑκάστῳ.
Δ'. Περὶ δούλων, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ τὸ Χριστοῦ χάριτος ἀξίως πολιτεύσιν.
Ε'. Περὶ ἀρχόντων ὑποταγῆς πρεπούσης τῇ ἐπιστολῇ τοῦ Χριστοῦ.
ς'. Παραίνεσις, ὡς δεῖ ἐκκλίνειν τὰς εἰσηκὰς ζητήσεις.

AD TITUM EPISTOLA PAULI.

(†) Η ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΑΥΛΟΥ· ΚΕΦ. Α'. Β'.

1 ΠΑυλος δοῦλος Θεοῦ, ἀπόστολος δὲ (α) Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν
Paulus servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi, secundùm fidem electorum
Dei, & agnitionem veritatis quæ secundùm veritatem,
2 Θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν, Ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου,
quam promisit expers mendacii Deus, ante tempora secularia: Manifestavit autem
3 ἰδίοις δὲ καιροῖς τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐν κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν
temporibus propriis verbum suum, in prædicatione, quam creditum habeo ego secundùm præceptum
4 τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ· Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν, χάρις,
Salvatoris nostri Dei: Tito germano filio secundùm communem fidem, gratia,
misericordia, pax à Deo patre, & Domino Jesu Christo Salvatore nostro.
ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς, (β) καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.
5 Τούτου χάριν (γ) κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς
Hujus gratiâ reliqui te in Creta, ut reliqua corrigas, & constituas
per civitatem presbyteros, sicut ego tibi mandavi: Si quis est inculpatus,
6 κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην· Εἴ τις ἔστιν ἀνέγκλητος,
unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.
μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα.
Oportet enim episcopum inculpatum esse, sicut Dei dispensatorem, non arrogantem, non ira-
7 Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀρ-
cundum, non vinolentum, non percussorē, non turpis lucri cupidum: Sed hospitalem, boni amantem,
γίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ· Ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγα- 8
sobrium, justum, sanctum, continentem, Tenacem ejus qui secundùm doctrinam fidelem
θον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, Ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ 9
sermonis: ut potens sit & exhortari in doctrina sana, & contra-
λόγου· ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντι-
dicentes arguere. Sunt enim multi & inobedientes, vaniloqui, & mentis deceptores,
Β' λέγοντας ἐλέγχειν. Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ καὶ ἀνυπότακτοι, ματαιολόγοι, καὶ φρεναπάται, 10
maximè illi ex circumcisione: Quos oportet ore obturare: qui universas domos subvertunt,
μάλιστα οἱ ἐκ περιτομῆς· Οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν· οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, 11
docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ. Dixit quidam ex illis, proprius
διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν. Εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν, ἴδιος 12
ipsorum propheta; Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Te-
αὐτῶν προφήτης, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Ἡ μαρ- 13
stimonium hoc est verum: ob quam causam increpa illos præcisè, ut sani sint
τυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής· δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν
in fide: Non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum aver-
ἐν τῇ πίστει· Μὴ προσέχοντες Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων ἀποστρε- 14
santium veritatem.
φομένων τὴν ἀλήθειαν.

MS.A. (†) ... ΤΙΤΟΝ. (α) Χριστοῦ Ἰησοῦ, (β) καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ (γ) ἀπέλιπόν (δ) παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, καὶ τοὺς ἁπλόγνωμας (ε) πολλοὶ ἀνυπόκριτοι,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

EPISTOLA AD TITUM.

CAPUT I.

Quum sit Presbyter. 1.

P Aulus servus Dei, & Apostolus Jesu Chri- 1
sti per fidem electorum Dei, & cognitio- 2
nem veritatis, quæ est in timore Dei, In
spem vitæ æternæ, quam pollicitus est
Deus verax ante tempora seculi: Et pate- 3
fecit sermonem suum tempore suo per no-
stram illam prædicationem, quæ concredita
est mihi mandato Dei Servatoris nostri:
Tito vero filio juxta communem fidem, Gra- 4
tia, & pax à Deo patre, & à Domino nostro
Jesu Christo Servatore nostro. Ob id reli- 5
queram te in Creta, ut ea quæ deerant repa-
rares, & constitueres Presbyteros per singu-
las urbes, sicut præcepi tibi, Eum qui incul- 6
patus est, & fuit maritus unius uxoris, & ha-
bet liberos fideles non blasphemos, quique
non sint effrænati in ingluvie. Debet enim 7
Presbyter inculpatus esse tanquam admini-
strator domûs Dei, nec duci propriâ volun-
tate, nec iracundus esse, nec modum præ-
terire in vino, neque manu promptus ad
percutiendum, nec diligere lucra sordida:
Sed amare hospites, & amare bonas res, ac 8
esse castus, & justus, & pius, & qui conti-
neat se à concupiscentiis: Et qui curam
habeat de doctrina sermonis fidei, ut possit
etiam exhortari per suam doctrinam sanam,
eosque redarguere qui contendunt. Sunt 10
enim quamplurimi intractabiles, & vanilo-
qui, & seducentes hominum mentes, maxi-
mè ii qui sunt ex circuncisione: Quibus 11
oporteret obturare os. Domos multas cor-
rumpunt, & docent quæ non oportet, pro-
pter lucra sordida. Dixit quidam ex illis 12
vates ipsorum, Filii Cretæ semper sunt men-
daces, malæ bestiæ, & ventres otiosi. Et ve- 13
rum est hoc testimonium. Quamobrem se-
verè argue illos, ut sani sint in fide: Nec 14
sese abjiciant fabulis Judaïcis, & præceptis
hominum qui oderunt veritatem.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

Ad TITUM: & scripta fuit quum esset in civitate Nicopolis.

CAPUT. I.

P *Aulus servus Dei, & Apostolus Jesu Christi secundùm fidem electorum Dei,* 1
ad docendum veritatem pro eleemosyna,

Digitized by Google

Epistola Beati PAULI *Apostoli ad* TITUM.

Versio VULGATA LATINA.

CAPUT. I.

1 PAulus servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi secundùm fidem electo-
2 rum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundùm pietatem est, In spem
vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora secu-
3 laria: Manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione,
4 quæ credita est mihi secundùm præceptum Salvatoris nostri Dei: Tito di-
lecto filio secundùm communem fidem, gratia & pax à Deo Patre, &
5 Christo Jesu Salvatore nostro. Hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea quæ
desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros, sicut & ego dispo-
6 sui tibi: Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles,
7 non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum si-
ne crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non
vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: Sed hospitalem, 8
benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem, Amplectentem eum, 9
qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in
doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Sunt enim multi etiam 10
inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circumcisione sunt:
Quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non 11
oportet, turpis lucri gratiâ. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum pro- 12
pheta; Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimoni- 13
um hoc verum est. Quam ob causam increpa illos durè, ut sani sint in fi-
de, Non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum, aversantium 14
se à veritate.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Epistola Sancti PAULI ad discipulum suum TITUM: Estque in numero Epistolarum duodecima.

* رِسَالَةُ الْقِدِّيسِ بُولُصَ إِلَى تِلْمِيذِهِ تِيطُوسَ * وَهِيَ فِي عَدَدِ الرَّسَائِلِ ٱثْنَيْ عَشَرَ *

* الْفَصْلُ الْأَوَّلُ *

CAPUT PRIMUM.

1 * مِنْ بُولُصَ عَبْدِ اللهِ * وَرَسُولِ يَسُوعَ الْمَسِيحِ كَمَا يَخُصُّ بِأَمَانَةِ مُصْطَفِيِ اللهِ وَمَعْرِفَةِ الْحَقِّ
2 الْمَخْصِّ بِالدِّيَانَةِ الْبَهِيَّةِ * بِتَأْمِيلِ الْحَيَاةِ الْأَبَدِيَّةِ * الَّتِي وَعَدَ بِهَا الْإِلٰهُ الصَّادِقُ قَبْلَ
3 سِنِينَ دَهْرِيَّةٍ * وَأَظْهَرَ كَلِمَتَهُ فِي أَوْقَاتِهِ الْمَحْدُودَةِ * بِالْكِرَازِ الَّتِي أُوعِزَتْ أَنَا عَلَيْهَا بِأَمْرِ
4 الْإِلٰهِ مُخَلِّصِنَا * إِلَى تِيطُوسَ الْوَلَدِ الْخَالِصِ بِمَا يُلَائِمُ الْأَمَانَةَ الْعُمُومِيَّةَ * نِعْمَةٌ لَكَ وَرَحْمَةٌ
5 وَسَلَامَةٌ مِنَ الْإِلٰهِ الْآبِ وَالرَّبِّ يَسُوعَ الْمَسِيحِ مُخَلِّصِنَا * لِهٰذَا الْحَالِ خَلَّفْتُكَ بِأَرِيطَسَ لِتُقَوِّمَ
الْأُمُورَ النَّاقِصَةَ *

Lectio feriæ quintæ hedomadis vigesimæ octavæ.

* قِرَاءَةُ الْخَمِيسِ مِنَ الْجُمُعَةِ الثَّامِنَةِ وَالْعِشْرِينَ *

6 وَتُقِيمَ فِي كُلِّ مَدِينَةٍ شُيُوسًا كَمَا رَسَمْتُ لَكَ أَنَا * مَنْ يَكُونُ بِلَا زَلَّةٍ * رَجُلُ امْرَأَةٍ وَاحِدَةٍ * ذُو
7 أَوْلَادٍ مُؤْمِنِينَ * غَيْرِ مَعْرُوفِينَ بِثَلْبِ بَهِمِ الشَّهْوَةِ * أَوْ غَيْرِ خَاضِعِينَ * لِأَنَّ الْأُسْقُفَ يَنْبَغِي
لَهُ أَنْ يَكُونَ لَا زَلَّةَ لَهُ بِمَا أَنَّهُ قَهْرَمَانٌ لِلَّهِ * لَا يَكُونُ عَاتِيًا وَلَا عَصُوبًا * وَلَا مُسْتَلْسِدًا
8 بِالْخَمْرِ * لَا جَرَّاحًا بِكَلَامِهِ * لَا مُسْتَفْحِكًا مَكْسِبَهُ * لَكِنْ مُحِبًّا لِلْغُرَبَاءِ * وَادًّا لِلصَّلَاحِ *
9 عَفِيفًا * عَدْلًا * بَارًّا * مُحْتَمِيًّا * مُلَازِمًا لِلْكَلَامِ الصَّادِقِ الْمَخْصِّ بِالتَّعْلِيمِ * لِيَكُونَ مُقْتَدِرًا
10 أَنْ يُعَزِّيَ بِالتَّعْلِيمِ الْمُعَافِي * وَيُوَبِّخَ الْمُسَاجِرِينَ * لِأَنَّ قَدْ يُوجَدُ قَوْمٌ كَثِيرُونَ لَا يَخْضَعُونَ *
11 بَاطِلًا قَوْلُهُمْ وَطَاغِيًا مُبَيِّرُهُمْ * وَلَا سِيَّمَا الَّذِينَ مِنَ الْخِتَانَةِ * الَّذِينَ يَجِبُ أَنْ يُبْكَمُوا * الَّذِينَ
12 يَعْكِسُونَ مَنَازِلَ بِجُمْلَتِهَا * إِذْ يُعَلِّمُونَ بِمَا لَا يَجِبُ ذِكْرُهُ * مِنْ أَجْلِ فَائِدَةٍ مُسْتَفْحَكَةٍ * وَقَدْ قَالَ
13 وَاحِدٌ مِنْهُمْ نَبِيٌّ لَهُمْ خَاصٌّ * أَنَّ الْأَرِيطَسِيِّينَ كَذَّبُونَ دَائِمًا * وُحُوشٌ رَدِيَّةٌ * بُطُونٌ خَاوِيَةٌ *
14 * هٰذِهِ الشَّهَادَةُ صَادِقَةٌ هِيَ * فَلِهٰذَا السَّبَبِ وَبِّخْهُمْ بِحَقَاوَةٍ لِيَعَافُوا فِي الْأَمَانَةِ * وَلَا يَصْغَوْا إِلَى
الْخُرَافَاتِ الْيَهُودِيَّةِ * وَإِلَى وَصَايَا النَّاسِ الرَّادِّينَ الْحَقَّ *

Et statuas in qualibet urbe Presbyteros, (ut ego tibi mandavi) Eum qui est sine 6
culpa, vir uxoris unius, liberos habens fidelis, non arcessitos crimine æstus libidinis, aut contumaces. Episcopum 7
enim oportet esse inculpatum, quippe qui est Dei dispensator: non pertinacem, neque iracundum, neque vino furibundum, non vulnerantem verbis suis, cujus lucrum non sit turpe: Sed peregrinos diligentem, boni amantem, ca- 8
stum, æquum, justum, fervente m: Tenacem veri illius sermonis qui facit 9
ad doctrinam, ut sit potens ad hortandum per doctrinam sanam, & arguendum disceptantes. Nam reperiuntur 10
homines multi contumaces, vani sermonis, & judicii erronei, maximè verò qui sunt ex Circuncisione: Quibus 11
oportet os obturare: qui quasdam domos penitus subvertunt, docentes ea quæ memorare non decet, turpis lucri gratia. Dixit autem quidam ex ipsis, 12
proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres vacui. Testimonium hoc est verum; 13
& hanc ob causam redargue eos cum severitate, ut sani fiant in fide, Nec 14
attendant Judaicis deliriis, & præceptis hominum veritatem refellentium.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

2 እንዘ : ትሴፈው : ሕይተ : ዘለዓለም : ዘለአዘወኝ : ወሊይሔሱ : እግዚአብሔር : እመቅ
3 ጥረተ: ዓለመ:=: ወእስተርአየ : በዕድሜሁ : ወተሰብከ : ቃሉ : ወተለመነኒ : ሊተ : በት
4 እዛዙ : ለእግዚአብሔር : መድኀኒነ::=: ለቲቶ : ወልድየ : ዘለፈቅር : በተሰትፎ :: በሃ
ይማኖት : ሰላመ : ለከ : ወጸጋ : እግዚአብሔር : ለቡነ : ወእግዚእነ : ሊያሱስ : ክርስቶስ :
5 መደኀኒነ::=: ወ እንበይነ : ዝንቱ : ኀደጉከ : ውስተ : ቈረጤን : ከመ : ታስተሪትዕ :
6 ዘተርፈ : ወትሢመ : ቀሲሳነ : ለለ : ለህጉር : ዘከመ : አዘዝኩከ::=: ብእሴ : ዘአሐ
ተ : ብእሲተ : ለወሰበ : ኀረየ : ዘሊይሐመይመ : በእኩይ : ዘቦ : ውሉደ : መሀይመናን :
ዘሊያስተዋድይመው : በመርዐት : እለ : ሊኮኑ : ዝሑፋን : እለ : ይትሌዘዙ::=:
8 በተዝካረ : ማኅበር : ወበካህናት: በለበ : ሰላማ :: በሎጎ
ትወ : ሌጊፋንያ: መንበብ::=:
7 ወርቱዕ : ዘይሠየመ : ጳጳስ : ዘሊያደሉ : ከመ : መጋቤ : እግዚአብሔር :: ዘሊኮነ : ፀዐ
8 ትመ : ዘልቡብ : ዘሊይሰቲይ : ዘሊይዘብጥ : ዘሊያፈቅር : ንዋየ::=: ሥፍቀሬ : ኀጣድ :
ዘሠናይ : መግበረ : ዘያነጽሕ : ርእሶ : ጻድቅ : ኄር : የዋህ : መስተዐግስ : ዘያኀሥሂ::=:
9 ዘመሁር : ቃለ : ሃይማኖት :: ዘይክል : ገሠጸ : በትምህርተ : ሕይወት : ወይዘልፎሙ :
10 ለእለ : ይትዋለሉ::=: እስመ : ብዙኃን : እለ : ሊይትሌዘዙ : ወነገርዎኒ : ከንቲ : ወ
11 መሰሕታን : ወፈድፋደሰ : እለ : እመለይሁድ::=: እለ : ርቱዕ : ይፈጽመው : እለ :
12 ይገፈትሉ : እቢያተ : ኵሉ : ወይጣህሩ : በዘ : ይረ በሎሙ::=: ዘይቤ : ሊሐዲ : እመ
13 ኔሆሙ : ነቢዮሙ : መድልዋን : ሐሰዊያን : ለረዊት : እኩያን : ከርሠ : መካን::=: ወገዝ
ቱ : ስመዕ : እውን : ላዕለሆሙ::ወይዘልፎሙ : መቱረ : በጌጋዮሙ : ከመ : ይጠይቁ :
14 በሃይማኖት:=: ወሊያመጽሉ : ሙኀደመት : ለይሁድ : ወለሠርዐተ : ሰብእ : ዘይመይ
ጣ : ለጽድቅ:=:

Expectatem vitam æternam, quam promisit nobis, & non mentitus est Deus à cre- 2
atione mundi. Et apparuit in tempore suo, & prædicatum fuit verbum ejus, & 3
concreditum fuit mihi per mandatum Dei servatoris nostri: Tito filio meo quem 4
diligo in communicatione, in fide, Pax tibi et gratia Dei Patris nostri, & Do-
mini nostri Jesu Christi Servatoris nostri. Propter hoc reliqui te in Creta, ut 5
corrigas quæ reliqua sunt, & ut constituas presbyteros per singulas civitates, sicut
præcepi tibi: Virum qui unicam uxorem duxit, electum quem non vituperant 6
propter malum, habentem filios fideles quos non accusant de luxuria, qui non sunt
contumeliosi, sed obedientes.

Commemoratione congregationis, & sacerdotum. De patre Salama: In lampadibus Epiphaniæ, sermo.

Et oportet eum constituere Papam, qui non sit hypocrita: sicut dispensator Dei, qui 7
non est iracundus, qui intelligens est, qui non bibit, qui non percutit, qui non di-
ligit divitias: Hospitalem, cujus opus bonum est, mundantem seipsum, justum, 8
bonum, mitem, patientem, continentem: Qui eruditus est in sermone fidei, qui 9
potest erudire in doctrina vitæ, & arguere contradisputantes. Quia multi sunt, 10
qui non obediunt, & verba eorum inania sunt, & seductores sunt, & præcipuè ii
qui ex Judæis: Quibus oportet silentium imponere: qui subvertunt domos to- 11
tas, & docent ut lucrentur. De quibus dixit quidam ex illis, propheta eorum, 12
Hypocritæ mendaces sunt, feræ malæ, ventres steriles. Et hoc testimonium verum 13
est de illis, & redarguit eos breviter de iniquitate eorum, ut percipiant in fide,
Et non introducant fabulas Judæorum, & mandata hominum pervertentia veri- 14
tatem.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ ΚΕΦ. Β'. Γ'. Δ'. Ε'.

Omnia *quidem* munda mundis: *at* *pollutis* & infidelibus
15 (ζ) Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ (η) μεμιαμμένοις καὶ ἀπίστοις
nihil mundum, sed *polluta* sunt eorum & mens & conscientia. Deum
16 οὐδὲν καθαρόν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. Θεὸν
confitentur nôsse, *at operibus* negant, abominati *existentes* & incredibiles,
ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς,
& ad omne opus bonum reprobi.
καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι.

CAP. II. β'.

1 Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ· Πρεσβύτας νηφαλίους Γ'
2 εἶναι, σεμνούς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ. Πρεσ-
3 βύτιδας ὡσαύτως ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, (α) μὴ οἴνῳ πολλῷ
servientes, benè docentes: Ut prudentiam doceant adolescentulas,
4 δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους· Ἵνα (β) σωφρονίζωσι τὰς νέας,
virorum amantes esse, filiorum amantes, Sobrias, castas, *domi manentes, bonas,* subdi-
5 φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, Σώφρονας, ἁγνάς, (γ) οἰκουρούς, ἀγαθάς, ὑποτασ-
tas *propriis* viris, ut non verbum Dei blasphemetur. Juvenes
6 σομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται. Τοὺς νεωτέρους
similiter hortare *temperantes esse*: Circa *omnia* teipsum *præbens* exemplum *pulchrorum*
7 ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν· Περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν
operum, in doctrina, *integritatem, gravitatem, incorruptibilitatem,* Verbum
8 ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, (δ) ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, ἀφθαρσίαν, Λόγον
sanum, irreprehensibile: ut is qui ex adverso *erubescat,* nihil habens de vobis dicere
ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον· ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων (ε) περὶ ὑμῶν λέγειν
MS.A. (ζ) Πάντα καθαρὰ (η) μεμιαμμένοις Κεφ. β'. MS.A. (α) μηδὲ (β) σωφρονίζωσιν (γ) οἰκουργούς, (δ) ἀφθορίαν, σεμνότητα, Λόγον (ε) λέγειν περὶ ὑμῶν φαῦλον. Δούλους
ἰδιοτάτοις ἰδίοις (ζ) πᾶσιν πίστιν (η) τοῦ σωτῆρος ἡμῶν (θ) σωτῆρι (ι) διδασκ. Κεφ. γ'. MS.A. (α) ὑποτάσσεσθαι ἀρχαῖς, ἐξουσίαις (β) καὶ πρὸς (γ) ἐνδιαμμένους προῦπλα

malum. Servos *propriis* dominis *subjici,* in omnibus *beneplacentes esse,* non
Δ' φαῦλον. Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, μὴ 9
contradicentes, non fraudantes: Sed fidem *omnem* ostendentes bonam, ut
ἀντιλέγοντας, μὴ νοσφιζομένους· Ἀλλὰ (ζ) πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθὴν, ἵνα 10
doctrinam Salvatoris *vestri* Dei, ornent in omnibus. Apparuit enim
τὴν διδασκαλίαν (η) τοῦ σωτῆρος ὑμῶν Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν. Ἐπεφάνη γὰρ 11
gratia Dei, *salutifera* omnibus hominibus, Erudiens nos, ut abne-
ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, (θ) ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, Παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησά- 12
gantes impietatem, & *mundana* desideria, sobriè, & justè, & piè
μενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς
vivamus in *hoc* seculo: Expectantes beatam spem, & *apparitionem*
ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν 13
gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Qui dedit semetipsum
τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν 14
pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibiipsi populum
ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν
peculiarem, *zelatorem pulchrorum* operum. Hæc loquere, & exhortare, & argue
περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. Ταῦτα (ι) λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε 15
cum omni imperio. Nemo te contemnat.
μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. μηδείς σε ἐξουθενείτω.

CAP. III. γ'.

Ε' Admone illos principatibus & potestatibus *subjici, obtemperare,* ad
Ὑπομίμνησκε (α) αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, (β) πρὸς 1
omne opus bonum paratos esse: Neminem blasphemare, *à pugna alienos* esse, modestos,
πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι· Μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς, 2
omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.
πᾶσαν (γ) ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.

Omnia enim munda mundis: Iis autem qui 15
polluti sunt & infideles, nihil est mundum,
sed polluta est eorum mens & conscientia.
Et profitentur se cognoscere Deum; suis ve- 16
rò operibus eum negant, quum sint execran-
di, & dicto non audientes, sed reprobi ad
omne opus bonum.

CAP. II.

Tu verò loquere quæ decent sanam do- 1
ctrinam: Et doce ut senes sint vigilanti 2
mente præditi, sintque casti, & puri, & sani
in fide, & in charitate, & patientia. Ac et- 3
iam anus similiter, ut sint in habitu qui de-
ceat reverentiam Dei, nec sint calumniatri-
ces, nec infervientes multo vino: ut doce-
ant bona; Et pudicas eas faciant quæ sunt 4
adolescentulæ: ut diligant maritos suos, &
liberos suos; Ut castæ sint & sanctæ, ut bene 5
curent domos suas, & subditæ sint maritis
suis, ne quis blasphemet sermonem Dei.
Adolescentes confimiliter adhortare, ut casti 6
sint. In omnibus autem exemplum in temet- 7
ipso præbeto in omni opere bono: & in
doctrina tua habeas sermonem sanum, ca-
stum, & incorruptibilem, quem nemo con-
temnat. Ut qui insurrexerit in nos, pude- 8
fiat, quum non poterit dicere contra nos
quicquam turpe. Servi heris suis subditi sint 9
in omnibus, & placeant eis, nec sint repu-
gnantes, neque fures: Sed ostendant inte- 10
gritatem suam bonam in omnibus, ut exor-
nent in omnibus doctrinam Dei Servatoris
nostri.


De Baptismo, & dominicâ post Epiphaniam. 2.

Patefacta est enim gratia Dei omnium serva- 11
trix omnibus hominibus, Et erudiens nos ut 12
abnegemus impietatem & concupiscentias
mundi, & vivamus in hoc seculo cum casti-
tate, & justitiâ, & reverentiâ Dei, Expe- 13
ctantes spem benedictam, & manifestatio-
nem gloriæ Dei magni, & Servatoris nostri
Jesu Christi. Qui seipsum dedit pro nobis, 14
ut redimeret nos ab omni iniquitate, & re-
purgaret nos sibiipsi populum novum, qui
studiosus esset bonorum operum. Hæc lo- 15
quere & adhortare, & argue cum omni im-
perio: & nemo te despiciat.

CAP. III.

Porrò admone eos, ut principibus ac po- 1
testatibus dicto audientes sint, subditique,
ac parati sint ad omne opus bonum. Et ne- 2
minem maledictis infectentur, nec sint pu-
gnaces, sed sint mansueti: & in omnibus
ostendant comitatem suam erga omnes ho-
mines.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.



Omnia enim munda mundis: Iis autem qui 15
polluti sunt & infideles, nihil est mundum,
sed polluta est eorum mens & conscientia.
Et profitentur se cognoscere Deum; suis ve- 16
rò operibus eum negant, quum sint execran-
di, & dicto non audientes, sed reprobi ad
omne opus bonum.

CAP. II.

Tu verò loquere quæ decent sanam do- 1
ctrinam: Et doce ut senes sint vigilanti 2
mente præditi, sintque casti, & puri, & sani
in fide, & in charitate, & patientia. Ac et- 3
iam anus similiter, ut sint in habitu qui de-
ceat reverentiam Dei, nec sint calumniatri-
ces, nec infervientes multo vino: ut doce-
ant bona; Et pudicas eas faciant quæ sunt 4
adolescentulæ: ut diligant maritos suos, &
liberos suos; Ut castæ sint & sanctæ, ut bene 5
curent domos suas, & subditæ sint maritis
suis, ne quis blasphemet sermonem Dei.
Adolescentes confimiliter adhortare, ut casti 6
sint. In omnibus autem exemplum in temet- 7
ipso præbeto in omni opere bono: & in
doctrina tua habeas sermonem sanum, ca-
stum, & incorruptibilem, quem nemo con-
temnat. Ut qui insurrexerit in nos, pude- 8
fiat, quum non poterit dicere contra nos
quicquam turpe. Servi heris suis subditi sint 9
in omnibus, & placeant eis, nec sint repu-
gnantes, neque fures: Sed ostendant inte- 10
gritatem suam bonam in omnibus, ut exor-
nent in omnibus doctrinam Dei Servatoris
nostri.

De Baptismo, & dominicâ post Epiphaniam. 2.

Patefacta est enim gratia Dei omnium serva- 11
trix omnibus hominibus, Et erudiens nos ut 12
abnegemus impietatem & concupiscentias
mundi, & vivamus in hoc seculo cum casti-
tate, & justitiâ, & reverentiâ Dei, Expe- 13
ctantes spem benedictam, & manifestatio-
nem gloriæ Dei magni, & Servatoris nostri
Jesu Christi. Qui seipsum dedit pro nobis, 14
ut redimeret nos ab omni iniquitate, & re-
purgaret nos sibiipsi populum novum, qui
studiosus esset bonorum operum. Hæc lo- 15
quere & adhortare, & argue cum omni im-
perio: & nemo te despiciat.

CAP. III.

Porrò admone eos, ut principibus ac po- 1
testatibus dicto audientes sint, subditique,
ac parati sint ad omne opus bonum. Et ne- 2
minem maledictis infectentur, nec sint pu-
gnaces, sed sint mansueti: & in omnibus
ostendant comitatem suam erga omnes ho-
mines.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

15 ኵሉ ፡፡ ንጽሕ ፡ ለእጹሕ ፡ ወለርኩሳን ፡ ለዕቡ ፡ እንጹሕ ፡ እስመ ፡ ርኩስ ፡ ልቦሙ ፡ ወሕሊና
16 ሆሙ ፡=፡ ዘለሙኑ ፡ ከመቦ ፡ እግዚአብሔር ፡ ወይክሕድዎ ፡ በመግበሮሙ ፡ ርኩሳን ፡ እ
1 ውንቱ ፡ ወከሐዲያን ፡ ወመኑናን ፡ እውንቱ ፡ በውስተ ፡ ኵሉ ፡ ምግባረ ፡ ሠናይ ፡፡=፡
2 ፪ ወለንተሰ ፡ ንግር ፡ ዘይደልው ፡ ለትምህርተ ፡ ሕይወት ፡፡=፡ ሊቃውንትኒ ፡ ያንጽሑ ፡
ርእሶሙ ፡ እመዝሙት ፡ ወሊይናፍቁ ፡ በሃይማኖት ፡ ይትፋቀሩ ፡ ይለብው ፡ ወይትዐግ
ሱ ፡፡=፡

Omnia pura sunt puris: & immundis nihil est purum, quia impura sunt 15
corda eorum, & cogitationes eorum. Qui professi sunt quòd sit Deus, & dene- 16
gant eum in operibus eorum: immundi sunt, & rebelles, & reprobi sunt in omni
opere bono.

CAP. II.

Et tu loquere quod convenit doctrinæ vitæ: Seniores purgent seipsos à fornici- 1
catione, & ne hæsitent in fide, & diligant, prudentes sint, & patientes sint. 2

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

15 Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum,
16 sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nósse Deum, factis autem negant: cùm sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

1 Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam: Senes ut sobrii sint, pudici,
2 prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia: Anus similiter in habitu
3 sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, benè docentes: Ut pru-
4 dentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, Pru-
5 dentes, castas, sobrias, domûs curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non
6 blasphemetur verbum Dei. Juvenes similiter hortare ut sobrii sint. In omni-
7 bus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gra-
8 vitate, Verbum sanum, irreprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. Servos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, Non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, Erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc seculo, Expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi: Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

9 10 11 12 13 14 15

CAP. III.

1 Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne
2 opus bonum paratos esse: Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed mo-
destos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

15 * فَرَاْحَةُ الْجُمْعَةِ مِنَ الْجُمْعَةِ الثَّامِنَةِ وَالْعِشْرِينَ * * لِأَنَّ الْأَشْيَاءَ كُلَّهَا طَاهِرَةٌ لِلطَّاهِرِينَ *

Lectio feriæ sextæ hebdomadis vigesimæ octavæ.

16 وَأَمَّا الْدَّنِسُونَ وَالْكَافِرُونَ فَلَيْسَ لَهُمْ شَيْءٌ طَاهِرٌ * بَلْ عَقْلُهُمْ قَدْ تَدَنَّسَ وَبَصِيرَتُهُمْ * وَيُعْتَرِفُونَ

Res quidem omnes puræ sunt puris: at pollutis & infidelibus nulla res est pura: imò mens eorum polluta est & conscientia: Et profitentur se nósse

16 أَنَّهُمْ يَعْرِفُونَ اللهَ وَبِأَعْمَالِهِمْ يُنْكِرُونَهُ * فَهُمْ مَرْذُولُونَ وَعَاصِيُونَ * وَفِي كُلِّ عَمَلٍ صَالِحٍ لَا دُرْبَةَ لَهُمْ *

Deum, sed operibus suis negant eum: sunt que abominandi & rebelles, & omni operi bono insueti.

* اَلْفَصْلُ الثَّانِي *

CAP. II.

1 * وَأَنْتَ تَكَلَّمْ بِمَا يَلِيقُ بِالتَّعْلِيمِ الْمُعَافِي * ثُمَّ * * اَلشُّيُوخُ يَكُونُونَ مُتَيَقِّظِينَ عُقَلَاءَ

Tu verò loquere quæ decent sanam doctrinam. Finis. Senes sint vigilantes, temperantes, sani in fide, in charitate, in patientia. Itidemque anus dis-

2 مُعَافِينَ فِي الْأَمَانَةِ * فِي الْمَحَبَّةِ * فِي الصَّبْرِ * وَكَذَلِكَ الْعَجَائِزُ يَكُنَّ ذَاتَ سَجِيَّةٍ جَلِيلَةٍ لَبَائِقَهَا *

3 لَا عَمَّامَاتٍ * وَلَا مُسْتَعْبَدَاتٍ لِكَثْرَةِ الْخَمْرِ * حَسَنَاتِ التَّعْلِيمِ * لِيُرَدِّعْنَ الْسَّوَابِ * اَلصَّبَايَا فَلْتَكُنْ

4 وَادَّاتِ رِجَالِهِنَّ * وَادَّاتِ أَوْلَادِهِنَّ * عَفِيفَاتٍ * طَاهِرَاتٍ * مُدَبِّرَاتٍ * صَالِحَاتٍ * لِرِجَالِهِنَّ خَاضِعَاتٍ *

5 لِئَلَّا يُعْثَرَ عَلَى قَوْلِ اللهِ * وَكَذَلِكَ اُطْلُبْ إِلَى الْأَسْبَابِ أَنْ يَعِظُوا * اِذْ مَنَحَهُمْ ذَاتَكَ فِي كُلِّ

6 7 اَلْأَشْيَاءِ رَسْمًا لِلْأَعْمَالِ الْصَّالِحَةِ * وَمَنَحَهُمْ فِي تَعْلِيمِكَ إِزَالَةَ أَفْسَادِهِ * تَهْذِيبَهُ * اَلْعَدَامَةَ الْبَلِيَّ *

8 * كَلَامًا مُعَافًا * لِيَخْجَلَ الْمُضَادَّ الَّذِي بِأَرَائِنَا * اِذْ لَا يَكُونُ لَهُ قَوْلٌ طَالِحٌ يَقُولُهُ عَنَّا * وَالْعَبِيدُ

9 يَكُونُونَ لِسَادَاتِهِمْ خَاضِعِينَ * وَيُرْضُوهُمْ فِي كُلِّ شَيْءٍ * وَلَا يَكُونُوا مُجَاوِبِينَ * وَلَا خَائِنِينَ * بَلْ

10 يُوضِحُونَ كَافَّةَ الْبَقِيَّةِ الْصَّالِحَةِ لِيُرَيِّدُوا فِي سَائِرِ الْأَشْيَاءِ تَعْلِيمَ الْإِلٰهِ مُخَلِّصِنَا * ثُمَّ *

Servi quoque sint suis dominis subjecti, eisque placeant in rebus omnibus: & non sint respondatores, Neque perfidi, sed omnem bonam fidem ostendant: ut ornent in omnibus rebus doctrinam Dei servatoris nostri. Finis.

Lectio in solennitate Missæ aquæ.

11 * فَرَاْحَةُ لِعِيدِ قُدَّاسِ الْمَاءِ * * لِأَنَّ قَدْ ظَهَرَ بِهِ اللهُ الْمُخَلِّصُ كَافَّةَ الْنَّاسِ *

Apparuit enim gratia Dei salvatrix omnium hominum, Erudiens nos, ut

12 * مُؤَدِّبَةً إِيَّانَا * لِكَيْ إِذَا جَحَدْنَا وَإِيَّانَا الْبِدَعَ وَالْشَّهَوَاتِ الْعَالَمِيَّةَ * نَعِيشَ فِي هٰذَا الْدَّهْرِ بِتَعَفُّفٍ

13 وَبِتَهَذُّبِ الْعَقْلِ وَبِتَدَيُّنٍ حَسَنٍ * مُنْتَظِرِينَ الْرَّجَا الْمَعْبُوطَ * وَظُهُورَ الْإِلٰهِ الْعَظِيمِ * وَمُخَلِّصِنَا يَسُوعَ

14 اَلْمَسِيحِ * اَلَّذِي بَذَلَ ذَاتَهُ عَنَّا لِيَفْتَدِيَنَا مِنْ كُلِّ إِثْمٍ * وَيُطَهِّرَ لِذَاتِهِ شَعْبًا جَرِيلًا مُهَذَّبًا مُغَايِرًا

15 لِلْأَعْمَالِ الْحَسَنَةِ * بِهٰذِهِ تَكَلَّمْ وَعِزَّ * وَبِخْ بِكَافَّةِ الْمُبَادَرَةِ * وَلَا يَهُونَنَّ بِكَ أَحَدٌ *

abnegantes & relegantes impietatem & cupiditates mundanas, vivamus in hoc seculo cum modestia, & sinceritate mentis, atque rectâ pietate: Expectantes beatam spem, & apparitionem magni Dei ac servatoris nostri Jesu Christi, Qui seipsum exposuit pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum uberem, sincerum, æmulum bonorum operum. Hæc loquere & hortare, argue cum omni solertia: & nemo te despiciat.

* اَلْفَصْلُ الثَّالِثُ *

CAP. III.

1 * وَأَذَكِّرُهُمْ أَنْ يَخْضَعُوا لِذَوِي الْرِّيَاسَاتِ وَالْسُّلْطَاتِ وَيُذْعِنُونَ لَهُمْ وَيَكُونُونَ لِكُلِّ عَمَلٍ

2 صَالِحٍ مُسْوِسِينَ * وَلَا يُعَيِّرُونَ عَلَى أَحَدٍ * وَيَكُونُونَ غَيْرَ مُخَاصِمِينَ * وَدِيعِينَ * مُوضِحِينَ

لَدَى الْنَّاسِ أَجْمَعِينَ كَافَّةَ الْوَدَاعَةِ *

Et suggere ipsis ut subditi sint iis qui principatibus ac potestatibus traditi sunt, eisque acquiescant, & sint ad omne opus bonum parati: Et neminem blasphement, sintque minimè rixosi, sed mites, exhibentes erga omnes homines omnem lenitatem.

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

3 ር ሊቃናትኒ : ከማሁ፡ ይትቀደስ፡ ወያሠሮ : ግዕዝን : ፌያስተሐውሩ : ነገሬ : ሊይስተዮ : ወ
4 ሊይስክራ : ወይጌሠጸ : ወይመህራ : ሠናዮ : ትመህርተ : ከመ : ያንጽሑ : ርእሶን ::=: ወ
5 ንሉሳትኒ : ያፈቅራ : ለመታቲሆን : ወያፈቅራ : ውሉዶን ::=: ሊይዘመዋ : ወይግበራ : ሠ
ናዮ : ወያሠንዮ : ግዕዝን : ወሠርዐተ : ቤቶን : ወይተለዘዛ : ለለመታቲሆን : ከመ : ሊይፅ
6 ርፈ : ሳዕሊ : ቃለ : እግዚአብሔር ::=: ለወሪዙተኒ : ገሠጸው : ከማሁ : ያንጽሑ : ፍ
7 እሶው ::=: ወኩኖው : ላርላዖ : ለኵሉው : በመግበረ : ሠናይ : በትመህርት : በለንጽ
8 ሑ ::=: በሕያው : ነገር : ዘለልቦ : ነውረ : ከመ : ይትኀፈር : ጸላኢ : ወይትጣእ : ዘይኩብ
ብ : ላዕሌን : ሕሡም ::=: ዐ በመሬትወ : ለፊፓንዮ ::=:
9 ነባሪኒ : ይትለዘዙ : ለእጋእስቲሆው : ወያለመሪ : በኵሉ ::=: ያሠነዩ : ዛይሜነቶው :
10 ከመ : ይንለድዉው : በኵሉሃ : ለትመህርተ :: እግዚአብሔር : መድኀኒን ::=: እንመ :
11 ተዐውቀ : ጸጋሁ : ለእግዚአብሔር : ቢኀበ : ኵሉ : ሰብእ ::=: ወትጫህረን : ከመ : ንትና
12 ኸራ : ሎኀጢኣት : ወለፍትወተዝ : ዓለመ : ወንሕየዉ : በጽድቅ : ወበንጽሕ : ወበተፈ
13 ሮ : በዝንቱ : ዓለመ ::=: እንዘ : ንሴፈው : እብፅዖ :: ወመጽአተ : ስብሐቲሁ : ለለመ
14 ሳክነ : ዐቢይ : ሊየሱስ : ክርስቶስ : መድኀኒን ::=: ዘመጠወ : ርእሶ : በእንቲአን : ከመ :
ይቤዝወን : እመኀጢኣት : ወያፅንሕ : ሎቱ : ሕዝበ : ዘይትቀሐው : በመግባረ : ሠናይ ::=:
15 ከመዝ : ንግር : ወገሠጽ : ወተዛለፍ : እንዘ : ታቲስት : ርእሰከ : በኵሉ : ወለልቦ : ዘያ
ስሕትከ ::=: ፲

Anus similiter sanctificentur, & pulchrós reddant mores earum, non circumferant verba, non sint bibaces, non inebrientur, sed erudiant, & doceant bonam doctrinam: ut purgent seipsas, ut mulieres diligant maritos suos, & diligant filios suos, Ne fornicentur, sed faciant bonum, & pulchros reddant mores earum, & ordines earum domesticos, & subjiciantur maritis suis, ut non blasphemètur contra verbum Dei. Adolescentes hortare ut purgent seipsos. Et sis exemplar omnibus in operibus bonis, in doctrina, in puritate, In vivo sermone non habentem maculam, ut erubescat inimicus, & impotens sit ut loquatur contra nos maledictionem.

1 ር ዘክርው : ለቀደምት : ወለመኳንንት : ከመ : ይትለዘዙ : በኵሉ : መግባረ : ሠናይ :
2 ወይኩኑ : ጥቡዓን : ቦቱ ::=: ወሊያስተቍጥዑ : ወሊይትጋለዙ : መሰረፉ : የዋሃን : ኵሉ :
መስለ : ኵሉ : ሰብእ ::=:

In lampadibus Epiphaniæ.

Servi verò subjiciantur dominis suis, & placeant iis in omnibus, Approbatam reddant fidem eorum, ut laudem ferventes in omnibus doctrinæ Dei Servatoris nostri. Quia conspicua facta est gratia Dei apud omnes homines. Et docet nos, ut alienati simus contra peccatum, & contra cupiditates hujus mundi, & vivamus justè, & purè, & amanter in hoc mundo, Expectantes beatitudinem, & adventum gloriæ Dei nostri magni, Jesu Christi servatoris nostri: Qui tradidit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos à peccato, & purificaret sibi populum sequacem in operibus bonis. Sic loquere, & corripe, & redargue, subjiciens te ipsum in omnibus: & nemo sit qui seducat te.

CAP. III.

1 ር ሊቀንስተ : ለመንግሥት : ወለሥልጣናት : ከመ : ይትለዘዙ : በኵሉ : መግባረ : ሠናይ :
2 ወይኩኑ : ጥቡዓን : ቦቱ ::=: ወሊያስተቍጥዑ : ወሊይትጋለዙ : መሰረፉ : የዋሃን : ኵሉ :
መስለ : ኵሉ : ሰብእ ::=:

Suggere ipsis primatibus & potestatibus, ut obtemperent in omni opere bono, & sint parati in eo, Et non dispiciant, neque contendant: misericordes estote, mites estote cum omnibus hominibus.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΙΤΟΝ Α'. ΚΕΦ. Ε'. ς'.

Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis,
3 Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις,
& voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes alii alios.
καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλους.
Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, Non ex
4 Ὅτε δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, Οὐκ ἐξ
5 operibus quæ in justitia, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiâ ser-
ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, (ℓ) ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ (a) τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἔσω-
vavit nos, per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritûs sancti, Quem
6 σεν ἡμᾶς, διὰ (ζ) λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, Οὗ
effudit in nos abundè, per Jesum Christum Salvatorem nostrum: Ut justificati
7 ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· Ἵνα δικαιωθέντες
ipsius gratiâ, hæredes simus secundùm spem vitæ æternæ. Fidelis ser-
8 τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι (η) γενώμεθα κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου. Πιστὸς ὁ λόγ-
mo: & de his volo te confirmare, ut curent pulchris operibus præstare
μος· καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι
credentes Deo. Hæc sunt pulchra & utilia hominibus. Stultas
9 οἱ πεπιστευκότες (θ) τῷ Θεῷ. ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις. Μωρὰς
autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legales cohibe: sunt enim
δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔριδες, καὶ μάχας νομικὰς παραιτοῦ· εἰσὶ γὰρ
inutiles, & vanæ. Hæreticum hominem post unam & secundam admonitionem devita:
ἀνωφελεῖς, καὶ μάταιοι. Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ·
Sciens quia subversus est hujusmodi, & peccat existens sponte condemnatus. Cùm
Εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. Ὅταν
misero Artemam ad te, aut Tychicum, festina venire ad me in Nicopolim:
πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε, ἢ Τυχικὸν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν·
ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum, & Apollo sollicitè pra-
ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι. Ζηνᾶν τὸν νομικὸν, καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρό-
mitte, ut nihil illis desit. Discant autem & nostri pulchris operibus
πεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ. Μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων
præstare ad necessarios usus, ut non sint infructuosi. Salutant te qui cum me
προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι. Ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ
omnes. Saluta amantes nos in fide. Gratia cum omnibus vobis. Amen.
πάντες. (κ) ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. Ἡ χάρις μετὰ πάντων (λ) ὑμῶν. ἀμήν.

Ad Titum Cretensium Ecclesiæ primum Episcopum ordinatum, scripta est
(†) Πρὸς Τίτον τῆς Κρητῶν ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη
à Nicopoli Macedoniæ.
ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας.

ἐν στίχοις ζξ'.

MS. A. (ℓ) ὧ (a) τὸ αὐτοῦ ἔλεος (ζ) τοῦ λουτροῦ (η) γενηθῶμεν (θ) Θεοῦ. ταῦτά ἐστιν καλὰ (ι) ἐξέστραπται (κ) ἀπόδου (λ) ὑμῶν. (†) Πρὸς Τίτον. ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως.

Versio SIRIACA cum Interpretatione LATINA.

3 ܐܝܟ ܕܐܦ ܚܢܢ ܗܘܝܢ ܒܙܒܢ ܚܕ ܣܟܠܐ ܠܐ ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܠܗ ܠܐ ܡܬܪܝܢ ܘܛܥܝܢ ܗܘܝܢ ܘܡܬܥܒܕܝܢ ܠܫܘܢܐ ܕܫܘܢܝ ܒܟܝܢ ܘܒܚܫܘܕ ܘܒܣܢܐ ܗܘܝܢ ܘܡܬܣܢܝܢ ܠܗܕܕܐ ܘܡܬܣܢܝܢ ܠܗܕܕܐ
4 ܒܗ ܒܙܒܢ ܕܐܬܓܠܝ ܛܝܒܘܬܗ ܘܚܢܘܢܬܗ ܕܡܪܢ ܐܠܗܐ ܡܚܝܢ ܠܢ ܠܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܕܥܒܕܢ ܚܢܢ ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܒܪܚܡܘܗܝ ܐܦ ܦܪܩܢ ܐܢ ܡܢ ܡܝܐ ܕܚܝܐ ܘܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
5 ܕܐܬܚܕܬ ܒܢ ܒܗ ܐܦ

Versio VULGATA LATINA.

3 Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis
4 & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicém.
5 Cùm autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei; Non ex ope-
6 ribus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam salvos nos fecit,
7 per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritûs sancti, Quem effudit in nos ab-
8 undè per Jesum Christum Salvatorem nostrum: Ut justificati gratiâ ipsius, hæredes
9 simus secundùm spem vitæ æternæ. Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare:
ut curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona & utilia homini-
bus. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis de-
10 vita: sunt enim inutiles, & vanæ. Hæreticum hominem, post unam & secundam cor-
11 reptionem devita: Sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cùm sit
12 proprio judicio condemnatus. Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina
13 ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum & Apollo
14 solicitè præmitte, ut nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præ-
15 esse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes:
saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 * لِأَنَّنَا قَدْ كُنَّا نَحْنُ فِيمَا سَلَفَ * بِلَا أَفْهَامٍ غَيْرَ مُذْعِنِينَ * ضَالِّينَ * وَلِشَهَوَاتٍ وَلَذَّاتٍ مُتَلَوِّنَةٍ
حَاسِدِينَ * مُبْغِضِينَ بَرْذِيلَةٍ وَحَسَدٍ * مَبْغُوضِينَ * بَاغِضِينَ بَعْضُنَا بَعْضًا * * آبَتَدِي *
4 5 * فَلَمَّا ظَهَرَ بِهِ اللهُ ٱلْإِلٰهُ مُخَلِّصُنَا وَمُعْطِفُهُ * لَا مِنْ قِبَلِ ٱلْأَعْمَالِ ٱلَّتِي فِي ٱلْعَدْلِ ٱلَّتِي
عَمِلْنَاهَا نَحْنُ * بَلْ بِمَا يَخُصُّ بِرَحْمَتِهِ خَلَّصَنَا بِحَمْمِ إِعَادَةِ ٱلْوِلَادَةِ * وَتَجْدِيدِ ٱلرُّوحِ ٱلْقُدُسِ *
6 7 * ٱلَّذِي سَكَبَهُ عَلَيْنَا بِسَعَةٍ بِيَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ مُخَلِّصِنَا * حَتَّى إِذْ تَبَرَّرْنَا بِنِعْمَةِ ذَاكَ نَصِيرَ
وَارِثِينَ مَا يَخُصُّ بِتَأْمِيلِ ٱلْحَيَاةِ ٱلْأَبَدِيَّةِ * * فَرَآءَ ٱلْأَحَدِ قَبْلَ سَادِسِ عَسَرِ يَوْمٍ مِنْ عُمُورٍ *
8 * صَادِقٌ ٱلْقَوْلُ وَإِرَادَتُكَ أَنْ تُثَبِّتَ فِي هٰذِهِ ٱلْأَشْيَاءِ * أَنْ يَكُونَ ٱلَّذِينَ قَدْ آمَنُوا بِٱللهِ
9 يَعْدُونَ ٱلْإِهْتِمَامَ بِٱلْأَعْمَالِ ٱلْحَسَنَةِ * فَهٰذِهِ هِيَ ٱلْأَعْمَالُ ٱلصَّالِحَةُ وَٱلنَّافِعَةُ لِلنَّاسِ * وَٱلْٱسْتِحْبَابَاتُ
ٱلْمَائِعَةُ * وَحِسَابُ ٱلنَّسَبِ * وَٱلْمُمَاحَكَاتُ * وَٱلْمُسَاجَرَاتُ ٱلسَّرْعِيَّةُ ٱعْتَنِ مِنْهَا * فَإِنَّهَا غَيْرُ نَافِعَةٍ وَبَاطِلَةٌ *
10 11 * ٱلرَّجُلُ ٱلْإِرَايْتِقِيُّ بَعْدَ عِظَةٍ أَوَّلِيَّةٍ وَثَانِيَةٍ * ٱسْتَعْفِ مِنْهُ * عَالِمًا أَنْ مِثْلَ هٰذَا قَدْ تَعَوَّجَ *
يُخْطِي وَيَكُونُ دَيَّانَ نَفْسِهِ بِذَاتِهِ * ثُمَّ * * وَإِذَا أَرْسَلْتُ إِلَيْكَ أَرْتَامَاسَ أَوْ تِيشِيكُوسَ
12 13 فَبَادِرْ أَنْ تَجِيءَ إِلَيَّ إِلَى نِيكُوبُولِسَ * فَقَدْ أَبْرَمْتُ أَنْ أَسْتَتِيَ هُنَاكَ * زِينَاسَ ٱلْوَكِيلَ *
14 وَأَبُولُّسَ جَهِّزْهُمَا سَرِيعًا لِئَلَّا يَعْوِزَهُمَا شَيْءٌ * وَلْيَتَعَلَّمْ أَصْحَابُنَا أَنْ يَتَبَادَوْا ٱلْأَعْمَالَ ٱلصَّالِحَةَ
15 فِي ٱلْحَوَائِجِ ٱلضَّرُورِيَّةِ * لِئَلَّا يَكُونُوا غَيْرَ مُثْمِرِينَ * يُسَلِّمُ عَلَيْكَ ٱلَّذِينَ مَعِي كُلُّهُمْ *
قِبَلِ ٱلَّذِينَ يُحِبُّونَنَا بِأَمَانَةٍ * ٱلنِّعْمَةُ مَعَكُمْ كُلِّكُمْ آمِينَ *

* تَحَرَّرَتِ ٱلرِّسَالَةُ * * وَكُتِبَتْ مِنْ نِيكُوبُولِسَ *

* وَٱلْمَجْدُ لِرَبِّ ٱلْمَجْدِ دَائِمًا أَبَدًا آمِينَ *

3 *Nos enim eramus antehac dementes, non obtemperantes, errantes, & variis cupiditatibus atq; voluptatibus servientes, in abominatione & invidia versantes odiosi, alii alios odio persequentes.* Incipe. *At postquam apparuit gratia & clementia Dei, Dei* inquam *servatoris nostri:* 4
5 *Non respectu operum in justitia existentium, quæ fecerimus nos, sed prout competit misericordiæ suæ salvavit nos per lavacrum iteratæ generationis, & innovationem Spiritus sancti, Quem effudit* 6
in nos abundè per Jesum Christum servatorem nostrum: ut justificati per 7
gratiam illius, hæredes efficeremur eorum quæ conveniunt expectationi vitæ æternæ. Finis.

Lectio Dominicæ quæ præcedit decimum sextum diem Julii.

Verus est sermo, teque volo firmum esse 8
in his rebus, ut qui in Deum credide-
runt, solicitè studeant bonis operibus:
hæc autem sunt opera bona & utilia
hominibus. Quæstiones verò stolidas & 9
supputationem stirpium, & contentiones,
& disputationes legales devita: sunt
enim inutiles & vanæ. Hominem hære- 10
ticum post primam & secundam admoni-
tionem, devita: Sciens quòd hujus- 11
modi jam sit obliquatus, & peccet,
sitq; ipsemet judex suiipsius. Finis.
Quum autem misero ad te Arteman aut 12
Tychicum, propera venire ad me Nico-
polim: illic enim hyemare decrevi.
Zenam curatorem & Apollo citò deduc- 13
cito, nequid illis desit. Noverint autem 14
nostri firmiter bonis operibus præesse in
usibus necessariis, ut non sint absque
fructibus. Salutant te qui mecum sunt 15
omnes. Osculare eos qui diligunt nos
in fide. Gratia cum vobis omnibus,
Amen.

EPISTOLÆ FINIS.

Scripta verò fuit ex Nicopoli.

Laus Deo gloriæ æternæ & incessabilis, Amen.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

6 ዘሰጠ : ላዕሌነ : በላዕሉ : በእንተ : ኢየሱስ : ክርስቶስ : መድኀኒነ ::= ከመ : ንጽደቅ : በጸ
7 ጋሁ : ወንረስ : ተስፋ : ሕይወተ : ዘለዓለም ::= እሙን : ነገሩ : ወበእንተዝኒ : እፈቅድ :
8 ትጸንዖሙ : ከመ : የሐልዩ : መነባረ : ሠናይ : እለ : ተአምኑ : በእግዚአብሔር : ዝንቱኬ :
9 ሠናይ : ዘሊይበቍዖ : ለሰብእ ::= ነገር : እበድ : ዘይፈጥሩ : ወጋእዘ : ተግሓሥ : እስ
10 ሙ : ከንቱ : ውእቱ : ወሊይበቍዕ ::= ለምስተካሕድ : ብእሲ : እመካሙ : መዕረ : ወካ
11 ዕበ : ገሠጽኮ : ወእዘዮ : ሓድጎ ::= ወለእሙሮ : ከመ : ዐለዊ : ውእቱ : ዘከሣሠ : ወያስ
12 ሕት : ወያጌጊ ::= ወእመጽሖ : ፈነውኩመ : ለአርጤማን : ኀቤከ : አው : ጢኪቆስ : ፍ
13 ጠን : ኀዐ : ኀቤየ : ኂቆጸል : እስመ : ለትክዕጡ : እከረመ : ህየ ::= ፀ ዜኖ : ጸሐፈ :
14 ዘገር : ወለእጵላስ : ፍጡን : ፈንወው : ሊይፀነሱ ::= ወእልክቱሂ : ይትመሀሩ : ሠናየ :
መነባረ : በዘ : ይቀውሙ : ውስተ : ዘይትፈቀድ : ግብር : ከመ : ሊይሓጥሉ : ፍሬ ::=
15 ኢሙኑስ : ኵሎሙ : እለ : መስሌየ ኢሙሉ : ኵሉ : ዘያፈቅረነ : በሃይማኖት ::=
ለሰብእ : ቲቶ ::=

Quem effudit in nos pro altitudine ejus per Jesum Christum Servatorem nostrum: 6
ut justificemur in gratia ipsius, & hæredes efficiamur spei vitæ æternæ. Fidus est 7
sermo ejus: & propterea volo ut confirmes eos: ut cogitent opus bonum qui credide- 8
runt in Deo: hoc igitur bonum est quod non prodest homini. Stultiloquium poëtarum, 9
& contentionem remove; quia inane est, & non prodest. Hæreticum hominem, 10
si semel & iterum corripuisti, & noluit, dimitte eum: Et scio quòd perversus 11
est, qui ejusmodi est, & seducit & errare facit. Et quum misero Arteman ad 12
te, aut Tychicum, subitò veni ad me Nicopolin: quia decrevi hybernare ibi.
Zenæ scribam civitatis, & Apollo citò mitte ne deficiuti sint. Et illi etiam 13
discant bona opera, quibus præstent in eo quod facto opus erit, ut non careant 14
fructu. Salutârunt te omnes qui mecum sunt: salutа unumquemque qui diligit 15
nos in fide.

Ad virum Titum.

Epistola Beati PAULI *Apostoli ad* PHILEMONEM.

Versio VULGATA LATINA.

1 PAulus vinctus Christi Jesu, & Timotheus frater; Philemoni dilecto, &
2 adjutori nostro, Et, Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilito-
ni nostro, & Ecclesiæ, quæ in domo tua est. Gratia vobis & pax à Deo 3
Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

* رِسَالَةُ ٱلْقِدِّيسِ بُولُصَ إِلَى فَيْلِيمُونَ * وَهِيَ فِي عَدَدِ ٱلرَّسَائِلِ ٱلَّتِي عَشَرَ *

* ٱلْفَصْلُ ٱلْأَوَّلُ * * مِنْ بُولُصَ أَسِيرِ يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * وَمِنْ تِيمُوثَاوُسَ ٱلْأَخِ * إِلَى 1
فَيْلِمُونَ حَبِيبِنَا وَمُوَازِرِنَا * وَإِلَى أَبْفِيَا ٱلْحَبِيبَةِ * وَأَرْسِيبُوسَ ٱلْمُجَنِّدِ مَعَنَا * وَٱلْبِيعَةِ ٱلَّتِي فِي مَنْزِلِكَ * 2
* نِعْمَةٌ لَكُمْ وَسَلَامَةٌ مِنَ ٱلْإِلٰهِ أَبِينَا وَٱلرَّبِّ يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * 3

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

ለፊልሞና : ወተጽሕፈ : እንዘ : ሀሉ : ብሔረ : ሮሜ ::=
1 a ጳውሎስ : ሙቁሑ : ለኢየሱስ : ክርስቶስ : ወጢሞቴዎስ : እኁነ : ለፊልሞና : ዘናፈቅ
2 ር ::= ወለአርክጳ : እኁነ : ወእለ : መስሌሆሙ : እለ : ውስተ : ቤተ : ክርስቲያን ::=
3 ሰላም : ለክሙ : ጸጋኃ : እግዚአብሔር : አቡነ : ወእግዚእነ : ኢየሱስ : ክርስቶስ ::=

Paulus vinctus Jesu Christi, & Timotheus frater noster; Philemoni quem 1
diligimus, Et Archippo fratri nostro, & iis qui cum illis sunt, qui 2
sunt in domo Christianorum, Pax vobis & gratia Dei Patris nostri, & 3
Domini nostri Jesu Christi,

Epistola Divi PAULI ad *PHILEMONEM*: Estque in numero Epistolarum tertiadecima.

CAPUT PRIMUM.

A Paulo vincto Jesu Christi, & à 1
Timotheo fratre, ad Philemonem
dilectum nostrum & onus portantem
biscum, Et ad Appiam dilectam, 2
Archippum commilitonem nostrum, &
Ecclesiam quæ domi tuæ est. Gratia vo- 3
bis & pax à Deo Patre nostro, & Do-
mino Jesu Christo.

Ad PHILEMONEM: & scripta fuit quum esset in civitate Romæ.

CAPUT. I.

Paulus vinctus Jesu Christi, & Timotheus frater noster; Philemoni quem 1
diligimus, Et Archippo fratri nostro, & iis qui cum illis sunt, qui 2
sunt in domo Christianorum, Pax vobis & gratia Dei Patris nostri, & 3
Domini nostri Jesu Christi,

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ. ΚΕΦ. Α'. Β'.

Gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis:
4 Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου, πάντοτε μνείαν Σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου· Α'
Audiens tuam charitatem & fidem, quam habes *ad Dominum* Jeſum, & in
5 Ἀκούων Σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις (β) πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ εἰς
omnes Sanctos: Ut communicatio fidei tuæ *efficax* fiat in
6 πάντας τοὺς ἁγίους· ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς Σου ἐνεργὴς γένηται ἐν
agnitione omnis operis boni in vobis in *Chriſtum Jeſum*. Gaudium enim
7 ἐπιγνώσει παντὸς ἔργου (γ) ἀγαθοῦ τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν. Χάριν γὰρ
habemus multum, & conſolationem in charitate tua, quia viſcera Sanctorum
ἔσχομεν πολλὴν, καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ Σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων
requieverunt per te, frater. *Ideò* multam in Chriſto *libertatem* habens *imperare*
8 ἀναπέπαυ(ν)ται διὰ Σοῦ, ἀδελφέ. Διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παρρησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν
tibi *decens*, Propter charitatem magìs obſecro, talis *exiſtens*, ut
9 Σοι τὸ ἀνῆκον, Διὰ τὴν (δ) ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὢν, ὡς
Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Jeſu Chriſti: Obſecro te
10 Παῦλος πρεσβύτης, (ε) νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος (ζ) Ἰησοῦ Χριστοῦ· Παρακαλῶ σε Β'
pro meo filio, quem genui in vinculis *meis*, *Oneſimum*: *Illum* aliquando
11 περὶ ἐμοῦ τέκνου, ὃν (η) ἐγέννησα ἐν τοῖς (θ) δεσμοῖς μου, Ὀνήσιμον· Τὸν ποτέ
tibi *inutilem*, nunc autem tibi & mihi *utilem*, Quem remiſi. Tu autem illum,
12 Σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ Σοι καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, Ὃν (ι) ἀνέπεμψα. σὺ δὲ αὐτὸν,
(*id eſt*, mea viſcera,) ſuſcipe: Quem ego volueram *apud meipſum* detinere,
13 (τουτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα,) προσλαβοῦ· Ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν,
ut pro te miniſtraret mihi in vinculis Evangelii: Sine autem *tua*
14 ἵνα ὑπὲρ Σοῦ (κ) διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ Εὐαγγελίου· Χωρὶς δὲ τῆς σῆς
ſententia nihil volui facere, uti ne velut *ſecundùm neceſſitatem* bonum tuum eſſet,
γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν Σου ᾖ,
ſed *ſecundùm ſpontaneum*. Forſitan enim *propter hoc* diſceſſit ad horam, ut æternùm
ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. Τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον
illum recipieres: Non jam ut ſervum, ſed *ſupra quàm ſervum*, fratrem *dilectum*,
αὐτὸν ἀπέχῃς· Οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητὸν,
maximè mihi, quantò autem magis tibi, & in carne, & in Domino? Si ergò me
μάλιστα ἐμοὶ, πόσῳ δὲ μᾶλλόν Σοι, καὶ ἐν σαρκὶ, καὶ ἐν Κυρίῳ; Εἰ οὖν (λ) ἐμὲ
habes *communicantem*, ſuſcipe illum ſicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut
ἔχεις κοινωνὸν, προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. Εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ
debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi meâ manu; Ego *dependam*:
ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ (μ) ἐλλόγει. Ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ, Ἐγὼ ἀποτίσω·
ut non dicam tibi, quòd & teipſum mihi *addebes*. Ita, frater: Ego te
ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ σαυτόν μοι προσοφείλεις. Ναὶ, ἀδελφέ· ἐγώ Σου
fruar in Domino: refice mea viſcera in Domino. *Confiſus*
ὀναίμην ἐν Κυρίῳ· ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν (ν) Κυρίῳ. Πεποιθὼς
auſcultationi tuæ ſcripſi tibi, ſciens quoniam & ſuper quod dico, facies.
τῇ ὑπακοῇ Σου ἔγραψά Σοι, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑπὲρ (ξ) ὃ λέγω, ποιήσεις.
Simul autem & para mihi hoſpitium: ſpero enim *quòd* per orationes veſtras
Ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν· ἐλπίζω γὰρ ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν
donabor vobis. Salutant te Epaphras (concaptivus meus in
χαρισθήσομαι ὑμῖν. (ο) Ἀσπάζονταί σε Ἐπαφρᾶς (ὁ σύναιχμάλωτός μου ἐν
Chriſto Jeſu,) Marcus, Ariſtarchus, Demas, Lucas, *cooperantes* mei. Gratia
Χριστῷ Ἰησοῦ,) Μάρκος, Ἀρίσταρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου. Ἡ χάρις
Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.
τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος (π) ὑμῶν. ἀμήν.
Ad Philemonem ſcripta eſt, à Roma per Oneſimum ſervum.
(†) Πρὸς Φιλήμονα ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνησίμου οἰκέτου. Ἐτελέσθη λζ'.

MS.A. (β) εἰς τὸν (γ) ἀγαθοῦ ἐν ἡμῖν εἰς Χριστόν. Χαρὰν γὰρ πολλὴν ἔχομεν, καὶ παράκλησιν (δ)* ἀνάγκλω (ε) νῦν(ζ) Χριστοῦ Ἰησοῦ· (η) ἐγὼ ἐγέννησα (θ) δεσμοῖς, Ὀνήσιμον· (ι) ἀνέπεμψά Σοι αὐτὸν, (τοῦτ' ἔστιν τὰ ἐμὰ σπλάγχνα·) Ὃν ἐγὼ (κ) μοι διακονῇ ἐν (λ) με (μ)* ἐλλόγα. (ν) Χριστῷ. (ξ) ἃ λέγω, (ο) Ἀσπάζεται (π) ὑμῶν.
(†) Subſcriptio abſcinditur.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Gratias ago Deo meo ſemper, & memor 4
ſum tuî in precationibus meis, Jam ex 5
quo audivi fidem tuam, & dilectionem
quam habes erga Dominum noſtrum Jeſum,
omnéſque Sanctos: Ut fiat communicatio 6
fidei tuæ frugifera operibus & agnitione
omnium bonorum quæ habetis in Jeſu Chri-
ſto. Gaudium ſanè magnum habuimus & 7
conſolationem, quòd per charitatem tuam
refocillata ſint viſcera Sanctorum. Qua- 8
propter fiduciam multam habeo in Chriſto,
injungendi tibi ea quæ juſta ſunt. Sed pro- 9
per charitatem efflagitando efflagito à te ego
Paulus qui ſum ſenex, ut ſcis; nunc autem &
vinctus Jeſu Chriſti: Rogo te pro illo fi- 10
lio meo, quem genui in vinculis meis, One-
ſimo; Qui aliquando nulli tibi fuit uſui, 11
nunc autem & tibi & mihi valdè utilis;
& quem remiſi ad te. Tu autem ficut natum 12
meum, ita eum excipe. Volebam enim 13
eum apud me retinere, ut miniſtraret mihi
pro te in meis Evangelii vinculis. Sed 14
præter conſilium tuum nihil volui facere,
ne velut ex neceſſitate beneficium tuum eſ-
ſet, ſed ex voluntate tua. Fortaſſis autem 15
ideò ſeceſſit ad horam, ut perpetuò eum
retineas. Non ampliùs ut ſervum, ſed pluſ- 16
quam ſervum, fratrem dilectum meum,
quantò magìs & tuum quum in carne, tum
in Domino noſtro? Si ergò habes me con- 17
ſortem, eum ſuſcipe perindè ac me. Quòd 18
ſi aliquo damno te affecit, aut quid debet,
hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi meâ 19
manu, ego repenſurus ſum: ut ne dicam
tibi, quòd etiam teipſum mihi debeas.
Etiam frater mi, ego refocillabor per te 20
in Domino noſtro: refocilla viſcera mea
in Chriſto. Quoniam confido te mihi di- 21
cto audientem fore, ſcripſi tibi, & ſcio
ultrà quàm dico, te facturum. Simul au- 22
tem & præpara mihi hoſpitium. Spero
enim precationibus veſtris me donatum iri
vobis. Poſtulat pacem tuam Epaphras, 23
qui mecum captivus eſt in Jeſu Chriſto:
Et Marcus, & Ariſtarchus, & Demas, & 24
Lucas adjutores mei. Gratia Domini noſtri 25
Jeſu Chriſti ſit cum ſpiritu veſtro, fratres
mei. Amen.

Epiſtola ad Philemonem è Roma ſcripta, miſſa autem per manus Oneſimi,
FINIS.

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 ፈ: እለእኵቶ፡ ለእመላኪየ : ዘልፈ : ወእዘክረከ : በጸሎትየ፡=፡ሰሚዕየ : ሃይማኖትከ: ወፍ
5 ቅረ : እግዚእነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ : ወዘኵሉሙ : ቅዱሰን፡=፡ ከመ : ጽኑዐ : ይኩን፡
6 ሱታፈ : ሃይማኖትከ : ተለለመሮ : ለኵሉ : ሠናይ : በክርስቶስ፡፡=፡ ወተፈሣሕኩ : ወተ
7 ሰሐይኩ : በእንተ : ተፋቅሮትከ : እስመ : ለዕረፈት : ነፍሶሙ : ለቅዱሰን : በኀቤከ :እኁ
8 የ፡፡=፡ ፀ ወተለሚንየ : በክርስቶስ፡=፡ ፈድፋደ : በተፋቅሮ : ለእተበቍዐከ : ዲደ: እ
9 ከመ : ልሂቅ : ውእቱ : ከመ : ጸወሩስ : ወይእዜሰ : ውቁሑ : ለክርስቶስ : ሊየሱስ፡፡=፡

Gratias ago Deo meo, ſemper & memor ſum tui in precibus meis, Audiens fi- 4
dem tuam, & charitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & omnium Sanctorum: 5
Ut efficax fiat communicatio fidei veſtræ, cognitione omnis boni in Chriſto. Et ga- 6
viſus ſum, & exultavi ſuper dilectione tua: quia refrigeravit animas Sanctorum 7
apud te, frater mi. Et fiduciam habens in Chriſto: Potiùs per charitatem 8
obſecro te tamen, quia ſenex eſt ut Paulus, & nunc vinctus Chriſti Jeſu: 9

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

4 Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis,
5 Audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Jesu, & in omnes
6 Sanctos: Ut communicatio fidei tuæ evidens fiat, in agnitione omnis operis bo-
7 ni, quod est in vobis in Christo Jesu. Gaudium enim magnum habui, & consola-
tionem in charitate tua: quia viscera Sanctorum requieverunt per te, frater.
8 Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod ad
9 rem pertinet: Propter charitatem magis obsecro, cùm sis talis, ut Paulus se-
10 nex, nunc autem & vinctus Jesu Christi: Obsecro te pro meo filio, quem ge-
11 nui in vinculis, Onesimo, Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mi-
12 hi & tibi utilis, Quem remisi tibi. Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe:
13 Quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis
14 Evangelii: Sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex neces-
sitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitan enim ideò discessit ad ho- 15
ram à te, ut æternùm illum reciperes: Jam non ut servum, sed pro servo 16
charissimum fratrem; maximè mihi; quantò autem magis tibi, & in carne, 17
& in Domino? Si ergò habes me socium, suscipe illum sicut me: 18
Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet; hoc mihi imputa. Ego Paulus scri- 19
psi meâ manu; Ego reddam, ut non dicam tibi, quòd & teipsum mihi debes: 20
Ita frater. Ego te fruar in Domino: Refice viscera mea in Domino. 21
Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id, quod di- 22
co, facies. Simul autem & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras 23
donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu, 24
Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adjutores mei. Gratia Domini nostri 25
Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

4 * أَشْكُرُ لِإِلٰهِي دَائِمًا مُكَرِّرًا ذِكْرَكَ فِي صَلَوَاتِي *
5 إِذْ قَدْ سَمِعْتُ بِالْمَحَبَّةِ وَالْأَمَانَةِ الَّتِي لَكَ
6 بِالرَّبِّ يَسُوعَ الْمَسِيحِ * وَبِجَمَاعَةِ الْقِدِّيسِينَ * لِتَصِيرَ شَرِكَةُ أَمَانَتِكَ فَاعِلَةً بِمَعْرِفَةِ كَافَّةِ
7 الصَّلَاحِ * الَّذِي عَمِلْتَهُ بِنَا لَدَى يَسُوعَ الْمَسِيحِ * لِأَنَّ قَدِ اسْتَمْلَنَا ابْتِهَاجًا جَزِيلًا وَعَزَاءً نَفْسًا
8 بِمَحَبَّتِكَ * لِأَنَّ حَسَنًا الْقِدِّيسِينَ قَدْ تَنْعَشُ بِكَ أَيُّهَا الْأَخُ * فَلِهٰذَا إِذْ لِي بِالْمَسِيحِ دَالَّةٌ أَنْ آمُرَكَ
9 بِالْوَاجِبِ مِنْ أَجْلِ الْمَحَبَّةِ * فَالْأَوْلَى بِي أَنْ أَسْأَلَكَ إِذْ كُنْتُ لِمِثْلِ هٰذَا أَهْلًا * بِمَا أَنِّي بُولُصُ
10 الشَّيْخُ * وَالْآنَ أَنَا أَسِيرُ يَسُوعَ الْمَسِيحِ * أَسْأَلُكَ مِنْ أَجْلِ أُونِيسِيمُوسَ وَلَدِي الَّذِي وَلَدْتُهُ فِي
11 أَوَانِ قُيُودِي * الَّذِي كَانَ أَوَّلًا غَيْرَ نَافِعٍ لَكَ * وَهُوَ الْآنَ أَفْضَلُ نَافِعٌ لَكَ وَلِي * وَقَدْ
12 أَرْسَلْتُهُ * فَاقْبَلْهُ أَنْتَ الْآنَ إِذْ هُوَ حَشَايَ * وَقَدْ كُنْتُ أَرَبْ أَنْ أُمْسِكَهُ عِنْدِي
13 لِيَخْدِمَنِي بَدِيلًا مِنْكَ فِي قُيُودِ الْبِشَارَةِ * فَلَمْ أُرِدْ أَنْ أَفْعَلَ شَيْئًا بِغَيْرِ رَأْيِكَ لِئَلَّا يَكُونَ
14 خَيْرُكَ بِالْإِلْزَامِ وَصَلَاحُكَ بِكَرَاهِيَةٍ بَلْ بِاخْتِيَارٍ * وَلَعَلَّهُ فَارَقَكَ مَدَى سَاعَةٍ * لِهٰذَا
15 لِتَسْتَوْفِيَهُ مُؤَبَّدًا * وَإِلَى الدَّهْرِ تَتَّخِذُهُ * لَا كَعَبْدٍ أَيْضًا * بَلْ أَرْفَعَ مَنْزِلَةً مِنْ عَبْدٍ *
16 أَخًا حَبِيبًا لِي أَنَا خَاصَّةً * فَكَمْ لَوْلَى بِهِ أَنْ يَكُونَ لَكَ أَخًا بِالْبَشَرِ وَبِالرَّبِّ * فَإِنْ
17 كُنْتَ أَنَا شَرِيكًا لَكَ فَاقْبَلْهُ مِثْلِي * وَإِنْ كَانَ قَدْ ظَلَمَكَ شَيْئًا أَوْ يَجِبُ لَكَ عَلَيْهِ
18 شَيْءٌ فَاحْسِبْهُ عَلَيَّ * أَنَا بُولُصُ كَتَبْتُ بِيَدِي أَنَا أُفَضِّيكَ عَنْهُ * حَتَّى لَا أَقُولَ أَنْتَ نَفْسَكَ
19 عَرِّيمٌ لِي * نَعَمْ يَا أَخِي أَنَا نَفْعَتُكَ بِالرَّبِّ نَيِّحْ حَشَايَ بِمَحَبَّةِ الرَّبِّ * فَإِنِّي وَاثِقٌ بِطَاعَتِكَ *
20 كَتَبْتُ إِلَيْكَ عَالِمًا أَنَّكَ سَتَعْمَلُ فَوْقَ مَا أَقُولُ لَكَ * وَمَعَ هٰذَا سَوِّمْ لِي مُضَافًا * فَإِنِّي أَوَمِّلُ
21 أَنِّي بِصَلَوَاتِكُمْ سَأُوهَبُ لَكُمْ * يُسَلِّمُ عَلَيْكَ أَبَافْرَا الْمُسْتَأْسَرُ مَعِي مِنْ أَجْلِ يَسُوعَ الْمَسِيحِ *
22 * وَمَرْقُسُ * أَرِسْطَرْخُوسُ * وَيِمَاسُ * لُوقَاسُ مُسَاعِدِي * نِعْمَةُ رَبِّنَا يَسُوعَ الْمَسِيحِ مَعَ رُوحِكُمْ آمِينَ *
24
25

* تَحَرَّبَتِ الرِّسَالَةُ وَلِلّٰهِ الْمَنُّ *

* وَكُتِبَتْ مِنْ رُومِيَةَ عَلَى يَدِ أُونِيسِيمُوسَ مَمْلُوكِ فَيْلِيمُونَ *

Gratias ago Deo meo semper, repetens 4
memoriam tui in orationibus meis:
Quum audierim charitatem & fidem 5
quam habes erga Dominum Jesum
Christum & erga omnes sanctos: ut 6
communicatio fidei tuæ efficax fiat ad
agnitionem omnis beneficentiæ quæ usus
es in nos coram Jesu Christo. Perfruiti 7
enim sumus voluptate multa & consola-
tione jucundissima ob charitatem tuam,
quòd viscera sanctorum requieverint per
te, ô frater. Quapropter licet habeam 8
in Christo libertatem imperandi tibi
quod debetur circa charitatem: Con- 9
venientius tamen est ut precer te (cùm
istiusmodi rei sim dignus, quippe sim
Paulus senex, & modò vinctus Jesu
Christi) Precer te inquam *pro One-* 10
simo filio meo quem genui tempore vin-
culorum meorum, Qui quondam erat 11
inutilis tibi, nunc verò tibi & mihi est
valde utilis. Quem jam remisi: at tu 12
manumitte nunc eum, quum ipse sit vi-
scera mea. Et quidem volebam eum 13
apud me retinere, ut vice tui mihi
ministraret in vinculis Evangelii: At 14
nolui quicquam facere absque tua sen-
tentia, ne sit beneficium tuum ex neces-
sitate, & favor tuus cum stomacho, sed
spontaneus. Et forsitan à te discessit ho- 15
rulæ spatio, ad hoc ut eum in perpetuum
recuperares, & in æternum reciperes:
Non jam ut servum, sed sublimiore 16
conditione quàm servum, nempe fra-
trem dilectum, maximè mihi; quantò
igitur potius est ut sit tibi frater in
carne & in Domino? Quare si ego sum 17
tibi consors, accipe eum tanquam me.
Et si quid læsit te, aut aliquid tibi de- 18
bet, hoc mihi recenseto. Ego Paulus 19
scripsi mea manu, ego tibi solvam pro
ipso: ne dicam teipsum esse mihi debi-
torem. Etiam, O frater mi, ego profui 20
tibi in Domino, refocilla mea viscera
in charitate Domini. Quoniam certus 21
sum de obedientia tua, scribo tibi,
sciens te facturum amplius quàm quod
dico tibi. Ad hæc para mihi hospitium: 22
spero enim me per orationes vestras
vobis donandum. Salutat te Epaphra 23
concaptivus meus propter Jesum Chri-
stum, Et Marcus, Aristarchus, Demas, 24
Lucas adjutores mei. Gratia Do- 25
mini nostri Jesu Christi cum spiritu
vestro, Amen.

Absoluta est, favente Deo, epistola.

Scriptâ verò fuit Româ per One-
simum servum Philemonis.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

10 ለስተበቀዐከ : በእንተ : ወልድየ : ዘወለድኩ : በመዋቅሕትየ : ለኔሲሞን፡፡ ዘቀ
11 ደሙ : ሊይበቀዐከ : ወይእዜሰ : ለከሂ : ወሊተሂ : በቀዳዕ፡፡ ወፈነውኩዎ : ኀቤ
12 ከ : ተወከፎ፡፡ እስሞ : ዕረፍትየ : ውእቱ፡፡ ወፈቀድኩ : ለእብሮ : ኀቤየ : ከመ :
13 ይትላእከኒ : ህየንተኒ : በመዋቅሕተ ፡. ወእጌል፡፡ ወሊፈቀድኩ : መንተኒ : እግበ
14 ር : ዘለእበለ : ታሊመር : ከመ : ሊይኩን : በኀብር : ሠናይትከ : ዳእሙ : በፈቃድ
15 ከ፡፡ ወዮጊ : በበይነ : ዝንቱ : ኀደጥ : ለሰዐትከ : ከመ : ይኩንከ : ላዕሌከ : ለአ :
16 እነከ : ከመ : ገብር : ከመ : እኁከ : ዘታፈቅር ፡ ወፈድፋደ : በኀቤየ : ወይኄይስ :
17 በኀቤከ፡፡ ወበሠጋሁኒ : ወበእግዚእነሂ፡፡ ወእመሰ : እኁየ : ለንተ : ተወከፍ :
18 ኪጣየ፡፡ ወእመሂየ : ዘለበሰ : ለከ : ወእመሂ : ይፈድየከ : ላዕሌየ : ረሲ፡፡
19 ለነ : ጸወሎስ : ጸሐፍኩ : በእዴየ : ለነ : እፈደ : ከመ : ሊይበልከ : ተፈድየ
20 ኒ፡፡ እወ : እኁየ : ለነ : እፈደ : በእግዚእነ : ለዕርፋ : ለነፍስየ : በክርስቶስ፡፡
21 ተለጢነየ ፡ በተለጠዘትካ : ጸሐፍኩ : ለከ : ለእጢርየ : ከመ : ትገብር : ዘለዘንዙኩ
22 ከ፡፡ ለስተዳሉ : ሊተ : እስሞ : እትለመን : በጸሎትክሙ : ከመ : ይጼግወኒ :
23 ኪያክሙ፡፡ ሊመሓከ : ዘተፄወወ : መስሌየ : በክርስቶስ : ሊየሱስ፡፡ ወማርቆ
24 ስ : ወለርስጥሮኮስ : ወደማስ : ወሉቃስ : እለ : ነኅብር : ግብረ፡፡ ጸጋሁ : ለእግዚ
25 እነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ : መስለ : መንፈስክሙ : ለጴን፡፡

ለሰኑስ : ፊልሞና፡፡

Obsecro te inquam *pro filio meo quem genui in vinculis meis, Onesimo,* Qui 10
primò non utilis erat tibi, sed nunc tibi quidem & mihi etiam utilis est. 11
Et misi eum ad te: recipe eum, quia refectio mea est. Et volui collocare eum 12
apud me, ut ministraret mihi pro te in vinculis Evangelii. Et nolui quic- 13
quam facere nisi cognoscas illud, ut non sit per necessitatem beneficium tuum, 14
sed per voluntatem tuam. Et forsitan propter hoc dimisi eum ad horam, ut 15
sit tibi supra te. Non igitur ut servus: ut frater tuus quem diligis & ma- 16
ximè apud me, & potiùs apud te, & in carne ejus, & in Domino nostro. 17
Et si frater meus es, accipe eum tanquam me. Et si quid fuerit quo deli- 18
quit in te, & si debet tibi, mihi impone. Ego Paulus scripsi cum manu 19
mea; Ego rependam, ut non dicam tibi, Debes mihi. Etiam frater mi, rèpen- 20
dam in Domino nostro: refice animam meam in Christo. Confideus in obedientia 21
tua scripsi tibi, sciens quòd præstabis quod præcepi tibi. Parate mihi, quia 22
confido in precibus vestris, quòd dabit mihi Deus vos. Salutavit te conca- 23
ptivus meus in Christo Jesu, Et Marcus, et Aristarchus, & Demas, & 24
Lucas qui cooperamur. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu ve- 25
stro, Amen.

Ad virum Philemonem.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ, ΕΧΟΝΤΑ ΤΙΝΑΣ ΤΠΟΔΙΑΙΡΕΣΕΙΣ.

Α' Ὁμολογία Χριστοῦ ἐν δόξῃ παρὸς καὶ ὑξουσίᾳ τ πάντων, μᾶ τ καθάρσεως τ ἐπὶ γῆς, ἀφ' ἧς ἀνέβη εἰς τ ἐπουράνιον δόξαν.

Β' Ὅτι ἡ λειτουργικὴ ἡ δόξα Χριστοῦ, ἀμὰ θεϊκὴ καὶ ποιητική· διὰ ὃν ὁπὸ τοῦ παμβτ Θ αὐτῶ Θ, ἐν ᾧ οἱ λειτουργοὶ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς μελλούσης οἰκουμένης.

Γ' Ὅτι ἐσηχώθη χτὸς διάθεσιν καὶ συμπάθειαν καὶ οἰκειότητα τ πρὸς ἡμᾶς, ἐπὶ ζωπρίᾳ ἀνθρώπων τῇ ὁπ θανάτου, διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως.

Δ' Ὅτι πιστεύτεον Χριστῷ ὡς καὶ Μωϋσῆ ἐπίσθσαν, καθ' ὑφηχὴν τ Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον. ἐν ᾧ, ὅτι φοβητέον τ πάλαι τ ἔκπωσιν.

Ε' Παρ̈ξοπὴ ἀπουδάσαι εἰς τὴν προσηλουμένην καλάπαυσιν.

ς' Τὸ φοβερὸν τῆς κρίσεως παρὰ τῷ λόγῳ τῷ διὰ πάντων, καὶ τὸ χρησὸν τῆς χάριτΘ τῆς ἱερατικῆς, παρὰ τῷ ὁμοιοπαθήσαντι ἡμῖν ἀνθρωπίνως.

Ζ' Ἐπλίμνησις ὡς ὅτι λυομένους εἰσαγωγῆς. ἐν ᾧ, παρ̈ξοπὴ εἰς ἐπίδοσιν ὡς ὐκ ὄντος δυτέρας ἀρχῆς. ἐν ᾧ, παράκλησις ζωὴ ἐπαίνῳ.

Η' Ὅτι βεβαία ἡ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα ζωὴ ὅρκῳ.

Θ' Περὶ Μ̈χπεδὲκ τῶ εἰς Χριστὸν τύπου χτ τὸ ὄνομα καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ἱρωσύνην. ἐν ᾧ, ὅτι καὶ τῶ Ἀβραὰμ προεπιμύθη.

Ι' Ὅπ πέπαυ ἡ τοῦ Ἀαρὼν ἱρωσύνη ἡ ἐπίγειΘ ὖσα, ἴσται ἡ ἡ ὑράνιΘ ἡ Χριστοῦ, ὐξ ἑτέρου γένους, ὐ χτ ζάρκα, ὐδὲ διὰ νόμου ζαρκικοῦ.

ΙΑ' Ὑπεροχὴ τῆς δυτέρας διαθήκης παρὰ τ πρυτέραν, ἐν ἱλασμῷ καὶ ἁγιασμῷ.

ΙΒ' Περὶ τοῦ αἵματΘ τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ ἡ νέα διαθήκη· ὅτι τοῦτο ἀληθὲς καθάρσιον, ἢ τὸ ἐν αἵμασι ζώων τοῖς πολλάκις προσαγομένοις.

ΙΓ' Μαρτυρίαι θεῖαι τ μόνης καθάρσεως, καὶ προσαγωγῆς πρὸς τὸν Θεόν. ἐν ᾧ, προ̈ξοπὴ τῆς ἐν πίστει προόδου.

ΙΔ' Παρ̈ξοπὴ ἀπουδῆς χτ φόβον τῆς ἐγκλίσεως πίστεως.

ΙΕ' Περὶ τοῦ καλὴν ἀρχὴν εἰς καλὸν τέλΘ προαγαγεῖν.

Ις' Περὶ πίστεως τ καὶ τῶν παλαιῶν δοξασάντων.

ΙΖ' Περὶ ὑπομονῆς τῆς ἐν ἀκολουθήσει Χριστοῦ.

ΙΗ' Περὶ ζωφροσύνης ἕως καιρὸς κατορθώσεως, μὴ ἀποτύχωμεν ἀυτῆς, ὡς Ἡσαῦ μὴ οὑρὼν τόπον μετανοίας.

ΙΘ' Ὅπ φοβερώτερα τῶν ἐπὶ Μωϋσέως τὰ μέλλοντα, καὶ πλείΘ ἄξια ἀπουδῆς τὰ νῦν.

Κ' Περὶ φιλαδελφίας καὶ φιλοξενίας. ἐν ᾧ, ἀεὶ ζωφροσύνης. ἀεὶ αὐταρκείας. ἀεὶ μιμήσεως πατέρων.

ΚΑ' Περὶ τοῦ μὴ σωματικῶς ζῆν κατὰ νόμον, ἀλλὰ πνευματικῶς κατὰ Χριστὸν ἐν ἀρετῇ.

ΚΒ' Εὐχὴ πρὸς τὸν Θεὸν ἀεὶ τῆς εἰς ἀρετὴν ἀγωγῆς καὶ οἰκονομίας.

AD HEBRÆOS EPISTOLA PAULI.

(†) Ἡ ΠΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΑΥΛΟΥ. ΚΕΦ. Α'. Β'.

CAP. I. α'.

1 Quòd si Christus crucifixus est pro nobis in carne sua, vos quoque eâdem carne 1 armamini: quisquis enim patitur in carne sua, salvus factus est à peccatis suis: 2 ut non amplius in concupiscentiis esset filiorum hominis, sed ut quod reliquum est 2 temporis vestri, quantum restat vobis in carne vestra, secundùm voluntatem Dei vivatis. Quoniam non fuit vobis quod præteriit tempus, in quo operati estis vo- 3 luntatem Gentium, in fornicatione, & in cupiditatibus, & in libidine, & in inordi- natis compotationibus, & in amore idolorum. Videte in istiusmodi opera ne concurra- tis: alieni facti estote ab istiusmodi viis, & ab istiusmodi operibus inordinatis, & ab iis qui blasphemant.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

CAP. IV.

1 CHristo igitur passo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini: quia qui pas-
2 sus est in carne, desitit à peccatis: Ut jam non desideriis hominum, sed voluntati
3 Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis. Sufficit enim præteritum tempus
ad voluntatem Gentium consummandam, his qui ambulaverunt in luxuriis, desi-
4 riis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. In
quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blas-
5 phemantes. Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos & mortuos.
6 Propter hoc enim & mortuis evangelizatum est: ut judicentur quidem secundùm
7 homines in carne, vivant autem secundùm Deum in Spiritu. Omnium autem finis
8 appropinquavit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. Ante
omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia
9 charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicèm sine murmuratione.
Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni 10
dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis 11
ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorifi-
cetur Deus per Jesum Christum: cui est gloria, & imperium in secula seculorum:
Amen. Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi 12
novi aliquid vobis contingat: Sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut 13
& in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine 14
Christi, beati eritis: quoniam quæ est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus
Spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut 15
maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat: glo- 16
rificet autem Deum in isto nomine. Quoniam tempus est ut incipiat judicium à domo 17
Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? 18
Et si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

فَصْلُ الرَّابِعُ * وَرَاءَةُ الأَرْبِعَا مِنَ الْجُمْعَةِ الثَّالِثَةِ وَالثَّلَاثِينَ بَعْدَ الْعَنْصَرِ *

CAP. IV.
Lectio feriæ quartæ hebdomadis trigesimæ tertiæ post Pentecosten.

1 فَإِذْ قَدْ تَأَلَّمَ الْمَسِيحُ مِنْ أَجْلِنَا بِالْجَسَدِ فَتَدَرَّعُوا أَنْتُمْ بِهٰذَا الْعَزْمِ * أَنَّ الَّذِي أَلِمَ بِالْجَسَدِ
2 قَدْ كَفَّ مِنَ الْخَطِيَّةِ * لِتَعِيشُوا بَاقِي زَمَانِ حَيَاتِكُمْ بِالْجَسَدِ لَا فِي شَهَوَاتِ النَّاسِ أَيْضًا * بَلْ
3 فِي مَشِيَّةِ اللهِ * لَا يَحْبِيكُمْ زَمَانُ عُمْرِكُمُ السَّالِفِ عَامِلِينَ مَشِيَّةَ الأُمَمِ * مُتَسَكِّعِينَ فِي
الْفُسُوقِ * فِي الشَّهَوَاتِ * فِي الْمُسْكِرَاتِ * فِي الأَغَانِي * فِي مَجَالِسِ الشُّرْبِ * وَفِي عِبَادَاتِ الأَصْنَامِ
4 غَيْرِ الْوَاجِبَةِ * الأَمْرُ الَّذِي يَسْتَغْرِبُونَهُ * إِذَا مَا تُحَاضِرُونَ مَعَهُمْ فِي تَخْلِيطِ هٰذَا الْهَيْمِ نَفْسِهِ *
5 فَيَفْتَرُونَ عَلَيْكُمْ * أُولَئِكَ الَّذِينَ يُسَدِّدُونَ جَوَابًا لِمَنْ هُوَ مُعَدٌّ أَنْ يَدِينَ الأَحْيَاءَ وَالْمَوْتَى *
6 لِأَنَّ لِهٰذَا الْمَعْنَى بُشِّرَ الْمَوْتَى * لِيُحَاكَمُوا بِالْجَسَدِ كَمَا يَحْيَصُ بِالنَّاسِ * وَيَعِيشُونَ بِالرُّوحِ كَمَا يَحْيَصُ
7 اللهُ * وَنِهَايَةُ الْكُلِّ قَدْ دَنَتْ * فَارْتَدِعُوا إِذًا وَصَحُوا فِي الصَّلَوَاتِ * وَقَبْلَ كُلِّ شَيْءٍ اقْتَنُوا
8 الْمَحَبَّةَ فِي أَنْفُسِكُمْ دَائِمَةً * فَإِنَّ الْمَحَبَّةَ تَسْتُرُ كَثْرَةَ الْخَطَايَا * وَلْتُحِبَّ بَعْضُكُمْ أَعْتَابَ
9 بَعْضٍ بِلَا تَذَمُّرٍ * وَكُلُّ أَحَدٍ كَمَا قَدْ أَخَذَ مَوْهِبَةً اخْدُمُوهَا فِي أَنْفُسِكُمْ كَمَا يَلِيقُ بِقَهَارِمَةٍ
10 فَصْلَاءَ عَلَى نِعْمَةِ اللهِ الْمُتَلَوِّنَةِ * مَنْ يَتَكَلَّمْ يَتَكَلَّمْ مِثْلَ أَقْوَالِ اللهِ * مَنْ يَخْدُمْ يَخْدُمْ بِقُطْرٍ
11 فِيهِ الَّذِي يَرْزُقُهُ * لِيُمَجَّدَ اللهُ عَلَى سَائِرِ الأَحْوَالِ بِيَسُوعَ الْمَسِيحِ * الَّذِي لَهُ الْمَجْدُ وَالْعِزُّ
إِلَى أَبَادِ الدُّهُورِ آمِينَ * ثُمَّ * الْخَمِيسُ مِنَ الْجُمْعَةِ الثَّالِثَةِ وَالثَّلَاثِينَ *

Feriâ quintâ hebdomadis trigesimæ tertiæ.

12 يَا أَحِبَّتِي لَا تَسْتَغْرِبُوا الاسْتِحْرَارَ الَّذِي فِيكُمُ الصَّائِرَ امْتِحَانًا لَكُمْ * كَأَنَّهُ يَعْرِضُ لَكُمْ
13 عَرَضًا غَرِيبًا * لَكِنْ بِمِقْدَارِ مَا تُشَارِكُونَ آلَامَ الْمَسِيحِ * فَافْرَحُوا لِكَيْمَا فِي اسْتِعْلَانِ مَجْدِهِ تَسُرُّونَ
14 مُبْتَهِجِينَ * إِنْ عُيِّرْتُمْ بِاسْمِ الْمَسِيحِ فَالطُّوبَى لَكُمْ * فَإِنَّ رُوحَ الْمَجْدِ وَالْقُوَّةِ وَرُوحَ اللهِ تَسْتَرِيحُ
فِيكُمْ * فَهُوَ عِنْدَ اللهِ يُعْبَدُ وَعِنْدَكُمْ اسْمُهُ يُمَجَّدُ * فَلَا يَتَأَلَّمَنَّ وَيُصْبَ
15 أَحَدُكُمْ كَقَاتِلٍ أَوْ لِصٍّ * أَوْ صَانِعِ سُوءٍ * أَوْ كَرَقِيبٍ غَرِيبٍ * فَإِنْ تَحَنَّنَ وَأَلِمَ لِأَنَّهُ
16 مَسِيحِيٌّ فَلَا يَخْجَلْ * وَلْيُمَجِّدِ اللهَ مِنْ هٰذَا الْمَعْنَى * فَإِنَّ الْوَقْتَ قَدْ حَانَ أَنْ يَبْتَدِئَ
17 الْمُدَايَنَةُ مِنْ بَيْتِ اللهِ * فَإِنْ تَكُنْ مِنَّا تَبْتَدِي أَوَّلًا * فَمَا دَا يَكُونُ نِهَايَةُ الَّذِينَ عَصَوْا
18 بِشَارَةَ اللهِ * وَإِنْ يَكُنِ الصِّدِّيقُ بِالْجَهْدِ يَخْلُصُ * فَالْمُنَافِقُ وَالْخَاطِي أَيْنَ يَظْهَرَانِ *

Feriâ quintâ hebdomadis trigesimæ tertiæ.

1 Cum igitur Christus passus sit pro nobis in carne, armemini & vos cogitatione ista, quòd qui passus est in carne, desitit à peccato: Ut vivatis reliquo 2
tempore vestræ in carne vitæ, non in cupiditatibus hominum amplius, sed in voluntate Dei. Ne pudefaciat vos 3
tempus anteactæ ætatis vestræ, dum egeretis voluntatem Gentium, in incertum vagantes per impietatem, per libidines, per ebrietates, per cantilenas, per potationis consessus, per, illicitos idolorum cultus. Quæ res peregrina vi- 4
detur eis, non concurrentibus vobis cum ipsis ad consortium hujus ejusdem lasciviæ: & blasphemabunt in vos. Hi 5
qui reddituri sunt rationem ei qui paratus est judicare vivos & mortuos. Hæc enim de causa evangelizatum est 6
mortuis, ut judicentur in carne ut convenit hominibus: vivant autem in Spiritu, ut convenit Deo. Et quidem omnium finis jam appropinquavit. Tempe- 7
rantes igitur estote, & expergiscimini in orationibus. Ante omnia verò habete 8
charitatem inter vosipsos perpetuam: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Præterea diligat vestrûm alter 9
hospitalitatem alterius sine murmuratione. Et ut quisque donum accepit, 10
ac illud administrate in vosipsos, ut decet præclaros variæ gratiæ Dei dispensatores. Qui loquitur, juxta ser- 11
mones Dei loquatur: qui ministrat, juxta virtutem quam suppeditat ei, ministret: ut omnibus modis glorificetur Deus per Jesum Christum, cui gloria & potestas in æternitates seculi Amen. Finis.

O dilecti mei, ne peregrinus videatur 12
vobis æstus qui in vobis est, ad experimentum vestri fœtus, ac si peregrinum accideret vobis. Imò 13
quantùm participes eritis passionum Christi, gaudete: ut quum apparuerit gloria ejus, gaudeatis exultantes. Si 14
probris afficiamini ob nomen Christi, beati estis: quoniam Spiritus gloriæ & fortitudinis, & Spiritus Dei requiescet in vobis: illud enim apud ipsos blasphematur, at apud vos glorificatur. Verùm 15
ne patiatur aut affligatur quisquam vestrûm ut homicida, aut fur, aut malefi-
cus, aut ut explorator alienus. Quòd si 16
tentetur ac patiatur quòd Christianus sit, ne pudefiat, sed glorificet Deum hac ex parte. Adest enim tempus quo in- 17
cipiat intentatio judicii à domo Dei. Quòd si à nobis primùm incipit, quinam erit finis eorum qui rebellárint in Evangelium Dei? Et, si justus vix salvatur, 18
impius & peccator ubi comparebunt?

Versio ÆTHIOPICA cum Interpretatione LATINA.

5 ሀለውሙ፡ያኅብሉ፡ሐሰበ፡ለዘ፡ሀለወ፡ድልወ፡ይኳንኖሙ፡ላሙዉታን፡ ወለሕያዋን፡::=፡ ወበእንተ፡ዝንቱ፡ይዜነሙ፡ ለሙዉታን፡ከመ፡ይትሮነኑ፡ለሥጋሆሙ፡በሐገ፡ እጊለ፡እመሕያው፡ወይ
6 ሕየው፡በመንፈሶሙ፡በሕገ፡እግዚአብሔር፡::=፡ ወእመሰ፡ቀርበ፡ ጫሳለቅቱ፡ለኵሉ፡ለእኵ
7 ሑ፡ልቡናሙ፡ወጸሐዉ፡ለጸሎት፡::=፡ ወእሙኵሉሰ፡ዘይቀድሙ፡ተፈቀሩ፡ በበይናቲክሙ፡በ
8 ፍልለ፡ልብክሙ፡እስመ፡ተፈቅሮ፡ይደመስስ፡ለኵሉን፡ኃጣውኣ፡::=፡ ወለፈቅሩ፡ነግደ፡እኔ
9 ዘ፡ሊታስተዳፀቡ፡::=፡ ወኵልክሙ፡በከመ፡ነሀለክሙ፡ፍቶ፡ለእግዚአብሔር፡በበይናቲክሙ፡
10 ተለዓኑ፡ ከመ፡ኄር፡ ለእክ፡: እስመ፡ ለለ፡ ሊሐዱ፡ ዘዘ፡ ዚለሁ፡ዕዚቱ፡በኣሀ፡እግዚአብሔ
11 ር፡::=፡ ወለእለሂ፡ትጫህሩ፡መሃሩ፡ ቃለ፡እግዚአብሔር፡ወዘሂ፡ይትለእክ፡ይትለእክ፡በኀይ
ለ፡እግዚአብሔር፡ ዘወሀቦ፡ ከመ፡ በኵሉ፡ ይሴባሕ፡እግዚአብሔር፡በሊያሱስ፡ክርስቶስ፡ዘሎ
12 ቱ፡ኅይለ፡ለዓለመ፡ዓለመ፡ለጫን፡::=፡ ለኅዊነ፡ሊታንክርዋ፡ለእንተ፡ቅምጽለክሙ፡መስራ፡
13 ክሙ፡ያጫክረክሙ፡ ወዘሊትለመዱ፡ይበጽሐክሙ፡::=፡ ከመ፡ተሰተፍዎ፡ በሕማሙ፡ ለክርስ
14 ቶስ፡ ወተፈሠሑ፡ከመ፡እመ፡ያስተር ሊ፡በክብረቲሁ፡ትትሐሠዩ፡ፍሠሐኔክሙ፡::=፡ ወእመ
ሰቡ፡ዘተዳየሩክሙ፡በእንተ፡ስሙ፡ለክርስቶስ፡: ብፁዓን፡ ለኒትሙ ፡እስመ፡ ዘስብሐቲሁ፡ወዘኅ
15 ደሉ፡ ለእግዚአብሔር፡ በመንፈስ፡ ቅዱስ፡ ያዕር ፍ፡ ለዕቤክሙ፡::=፡ ቦኑ፡ዘቦ፡ዘያሐመመ፡
በሠስተትክሙ፡ ለሠ፡ ከመ፡ ቀታቤ፡ለሠ፡ ከመ፡ ስሪቂ፡ ለሠ፡ ከመ፡ዘእኵይ፡መግባሩ፡ለሠ፡
16 ከመ፡ዘባዕደ፡ያፈቅር፡ ወይፈቱ፡::=፡ ወለመሰ፡ ከመ፡ ክርስቲያናዊ፡ ሊትሳፈሩ፡ ሰብሕለመ፡ለ
17 እግዚአብሔር፡በዝንቱ፡ስመ፡::=፡ እስመ፡ጊዜሁ፡ ለፍዳ፡ በጽሐ፡ እመነ፡ቤቱ፡ለእግዚአብ
ሔር፡: ወእመሰ፡ እመሓቤክሙ፡ ቀደመት፡ መንተ፡ እንከ፡ ደኅሪቶሙ፡ ለእለ፡ይክሕድዋ፡ለወ
18 ንጌሉ፡ለእግዚአብሔር፡::=፡ ወሶበ፡ ጸድቅ፡ እመዕፁብ፡ይድኅን፡ኃጥእ፡ ወዓሣዊ፡በሊይቴ፡
ያስተርኢ፡ሀለወ፡::=፡

Qui reddituri sunt rationem ei qui paratus est ad judicandum mortuos & vi- 5
vos. Et propter hoc evangelizavit mortuis, ut judicarentur in carne sua 6
juxta legem filiorum hominis, & viverent secundùm legem Dei in spiritu suo. Et cùm omnium finis appropinquat, purificate corda vestra, & lucolentæ sint pre- 7
ces vestræ. Et quod omnibus antepONendum, diligite alii alios cum plenitudi- 8
ne cordis vestri: Charitas enim delebit omnia peccata. Et non gravati diligi- 9
te peregrinos. Et unusquisque ex vobis quemadmodum accepistis portionem à 10
Deo, alii aliis subministrate, ut boni dispensatores; quia unicuique est sua
merces apud Deum. Quicunque autem instruunt, verbum Dei edoceant; & 11
qui ministrat, ministret secundùm virtutem quàm dederit ei Deus: ut in omnibus glorificetur Deus per Jesum Christum, cui est virtus in secula seculorum, Amen. Fratres nostri, ne peregrinæ videantur quæ vobis superventuræ sunt ten- 12
tationes, ad probandum vos, acsi insuetum aliquid vobis accideret. Quòd 13
consortes estis afflictionum Christi etiam gaudete, ut cùm apparuerit in gloria ejus, exultantes gaudeatis. Et si ita est quòd probris afficiamini pro nomine Christi, 14
beati estis: quoniam ipsa gloria & virtus Dei in Spiritu sancto super vos requiescit. Nunquid est qui patitur inter vos, vel ut homicida, vel ut fur, vel ut patra- 15
tor malorum, vel ut alienorum avidus appetitor? Quòd si quis ut Christianus 16
patitur, ne pudefiat, imo glorificet Deum hoc ipso nomine. Quia tempus est, ut 17
adveniant faces à domo Dei: quòd si à vobis primùm, quis igitur finis eorum erit, qui resistantur evangelio Dei? & si justus vix servatur, peccator & ini- 18
quus ubi comparituros est?

Digitized by Google

Itaque & *patientes* secundùm voluntatem Dei, *ut* fideli Creatori commendent
19 Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, (ο) ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν animas suas in *beneficentia.*
τὰς ψυχὰς (π) ἑαυτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ.

CAP. V. ε'.

Presbyteros illos in vobis obsecro *compresbyter*, & testis
1 Πρεσβυτέρους (α) τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος, καὶ μάρτυς Ζ'
Christi passionum, qui & *futuræ revelari* gloriæ communicator:
τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελούσης (β) ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός·
Pascite *illum* in vobis gregem Dei, *prospicientes* non coactè, sed
2 Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ'
spontaneè: neque turpis lucri gratiâ, sed *prompto animo*: Neque ut domi-
3 (γ) ἑκουσίως· μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως· Μηδ' ὡς κατακυρι-
nantes cleris, sed *exemplaria* facti gregis: Et *apparente*
4 εύοντες τοὺς κλήρους, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου· Καὶ φανερωθέντος
illo principe pastorum, *reportabitis* immarcescibilem gloriæ coronam. Similiter *juve-*
5 τοῦ ἀρχιποίμενος, κομιεῖσθε τὸ ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. Ὁμοίως νεώτε-
res, subditi estote senioribus: Omnes autem *alii aliis subditi*, hu-
ροι, ὑποτάγητε πρεσβυτέροις· πάντες δὲ (δ) ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι, τὴν ταπει-
militatem *animi induite*, quia Deus superbis resistit, humilibus autem
νοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ
dat gratiam. Humiliamini igitur sub *potentem manum* Dei, ut
6 δίδωσι χάριν. Ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, (ε) ἵνα
vos exaltet in tempore: Omnem *solicitudinem vestram projicientes*
ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ· Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν (ζ) ἐπιῤῥίψαντες
quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote, *vigilate*: *quia adversari*
ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν. Νήψατε, γρηγορήσατε· (η) ὅτι ὁ ἀντίδικος
abolus, tanquam leo rugiens, *ambulat*, *quærens quem devoret*. C
ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος, περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. Cui
firmi fide: scientes *eadem passionum illi* in mundo vestræ
στερεοὶ τῇ πίστει· εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῷ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελ-
impleri. At Deus omnis gratiæ, *vocans* nos in æternam suam
φότητι πληροῦσθαι. Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ
H' ὀλίγα παθόντας. Ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ
in Christo Jesu, modicùm passos, ipse *perficiat* vos, *confirmet*,
ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς (θ) καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, θεμε-
fundet. Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.
λιώσαι. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.
Silvanum vobis fidelem fratrem, (ut arbitror,) *per pauca* scripsi: obsecr
Σιλουανὸν ὑμῖν τὸν πιστὸν ἀδελφόν, (ὡς λογίζομαι,) δι' ὀλίγων ἔγραψα· παρακα
contestans, hanc esse veram gratiam Dei *in quam* statis. Sal
διαμαρτυρόμενος ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ εἰς ἣν (ι) ἐστήκατε. Ἀσπ
vos in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus. Salutate *alte*
ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. Ἀσπάσασθε ἀλλή
in osculo *charitatis*. Pax vobis omnibus in Christo Jesu. Amen.
ἐν φιλήματι ἀγάπης. εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς (κ) ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀμήν.

(†) Πέτρου ἐπιστολὴ καθολικὴ πρώτη ἐγράφη ἐν Σίλβις· σλς'.

MS. A. (ο) πιστῷ (π) αὐτῶν ἐν ἀγαθοποιΐαις. ΚΕΦ. ε'. MS. A. (α) ἓν ἐν (β) δόξης ἀποκαλύπτεσθαι (γ) ἑκουσίως καὶ Θεοῦ· μὴ αἰσχροκερδῶς, (δ) ἀλλήλοις, καὶ (ε) ἵνα ὑψώσῃ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς· Πᾶσαν (ζ) ἐπιῤῥίψαντες (η) ὁ ἀντίδικος (θ) καταρτίσει, στηρίξει, θεμελιώσει. Αὐτῷ τὸ κράτος εἰς τοὺς (ι) στῆτε. (κ) ἐν Χριστῷ. (†) Πέτρου Α'.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

Quapropter ii qui patiuntur juxta voluntatem Dei, commendent ei animas suas bonis operibus tanquam conditori fideli.

CAP. V.

Dominicâ decimaquartâ post Pentecosten, & in consecratione Episcoporum. 7.

OBsecro autem presbyteros qui sunt inter 1
vos, ego presbyter socius vester, ac testis
passionum Christi, & particeps gloriæ ipsius quæ revelanda est: Pascite gregem Dei, 2
qui traditus est vobis, & curam ejus agite
spiritualiter, non vi, sed spontè; non in
sordido lucro, sed ex toto corde vestro:
Non tanquam domini gregis, sed ut fitis 3
illis bonum exemplar. Ut quum revelatus 4
fuerit ille pastorum princeps, recipiatis
ab eo coronam gloriæ immarcescibilem.
Vos autem adolescentes, subditi estote 5
senioribus vestris: & strictè amiciamini
unus erga alium, quia Deus illis adver-
satur qui efferunt sese, humilibus autem dat
gratiam. Humiliemini igitur sub po- 6
tenti Dei manu, ut ipsa vos evehat tempore
congruo. Et omnem solicitudinem vestram 7
conjicite in Deum, quippe cui curæ estis.
Vigilate & memores estote, quoniam adver- 8
sarius vester Satanas *tanquam leo* rugit &
obambulat, quæritque quem absorbeat.
Insurgite ergò in eum obfirmati *in fide*, & 9
scitote quòd & fratribus vestris, qui in mun-
do sunt eædem istæ passiones obveniunt.
Deo autem gratiæ (qui vocavit nos ad glo- 10
riam suam in æternum per Jesum Christum,
quique dedit nobis ut cùm sustinuerimus has
oppressiones exiguas, roboremur & confir-
memur, atque perstemus *in eo in æternum*)
Sit gloria & potentia, & honor in sæculum 11
sæculorum, Amen. Pauca hæc, ut arbitror, 12
scripsi vobis per Sylvanum fratrem fidelem:
& persuasum habeo ac testificor hanc esse
veram gratiam Dei, hanc *inquam* in qua
statis. Postulat pacem vestram Ecclesia e- 13
lecta quæ est in Babel, & Marcus filius meus.
Postulate pacem mutuam cum osculo sancto. 14
Pax cum omnibus vobis qui in Christo estis,
Amen.

Epistolæ Petri Apostoli primæ,
FINIS.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

19 ወእለኒ፡የሐውፁ፡በእንተ፡ፈቃዱ፡ለእግዚአብሔር፡ለያሚሓፅኑ፡ነፍሶሙ፡ኀበ፡መእመኒ፡ፈጣ
ሪ፡በገቢረ፡ሠናይ።።=፨

Et afflictionem patientes propter voluntatem Dei in sinu recondant animas eo- 19
rum apud fidelem creatorem benefaciendo.

ፒ

CAP. V.

1 ወለእለኒ፡ይትለሀቁ፡እመኔክሙ፡ለስተብቍዕዎሙ፡በሕገ፡ልሂቅ፡ወከመ፡ዘከመዕ፡ውእቱ።።
ወበለእንተ፡ዝንቱ፡ሕማሙ፡ለክርስቶስ፡ለዘሀለወ፡ያስተርኢ፡በሰብሐቲሁ፡ከመ፡ትኩኑ፡
2 ሱታፎ።=፨ ወረዓዩ፡መርዔቶ፡ለእግዚአብሔር፡ዘሀለወ፡ኀቤክሙ፡እንዘ፡ተዓቅ
ብወሙ፡ወሊትቅነይወሙ፡በኵናህ፡ለሰ፡በጽድቅ፡በእንተ፡እግዚአብሔር፡እንዘ፡
3 ሊትትሬብሕወሙ፡ለሰ፡በመልለ፡ልብክሙ፡በትፍሠሕት።=፨ እንዘ፡ሊትትሄየዩ፡
4 ሕዝቦ፡ለርሉያ፡ኩንወሙ፡ለመርዔቱ።።=፨ ከመ፡ለመ፡ያስተርኢ፡እግዚኡ፡ለኖ
5 ሳዊ፡ትንሠኡ፡ለክቢለ፡ስብሐት፡ዘኢይጸመሂ።=፨ ወከማሁ፡ለንትውኒ፡ወሪዙት፡
ተሸነኑ፡ለእለ፡ይልህቁክሙ፡ወኵልክሙ፡ተመሀርዋ፡ለኤ ትሕቶ፡ርእስክሙ፡እስ
ሙ፡እግዚኡለብሔር፡ያሓስሮሙ፡ለዕቤያን፡ወያከብሮሙ፡ለእለ፡ያቴሕቱ፡ርእሶ
6 ሙ።=፨ ኤ ትሕቱ፡እንከ፡ርእሰክሙ፡ታሕተ፡እዴሁ፡ለእግዚኡለብሔር፡ጽንዕት፡
7 ከመ፡ያልዕልክሙ፡ለመ፡ይሄውጸክሙ።።=፨ ወኵሉ፡ሕኪናክሙ፡ግድፈ፡ለ
ዕለ፡እግዚኡለብሔር፡እስመ፡ውእቱ፡ይሄሊ፡በእንቲኣክሙ።።=፨

Et eos qui senuerunt è vobis, precor ego secundùm legem senioris, & sicut is qui 1
testis fuit, & de hac afflictione Christi comparituri in gloria sua, ut fitis participes
ipsius. Et pascite gregem Dei qui est apud vos, custodientes eum, & ne dominamini 2
coactè, sed cum æquitate propter Deum, non lucrum recipientes ab eo, sed in plenitu- 3
dine cordis vestri in gaudio, Non negligentes populum suum: exemplo estote gregi 4
suo: ut quum apparuerit Dominus pastoris, recipiatis coronam gloriæ immar-
cescibilem. Et similiter vos quidem juvenes subjecti estote senioribus vestris, 5
& omnes vos discite subjicere vosmetipsos: quia Deus contemnit superbes, &
honore afficit eos qui subjiciunt seipsos. Subjicite igitur vosmetipsos sub ma- 6
nu Dei forti, ut extollat vos quum visitaverit vos. Et omnem solicitudinem 7
vestram injicite in Deum, quia ipse solicitus erit pro vobis.

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

19 Itaque & hi, qui patiuntur secundùm voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.

CAP. V.

1 SEniores ergò, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passio-
2 num: qui & ejus, quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator: Pasci-
te qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè, sed spontaneè secundùm
3 Deum: neque turpis lucri gratiâ, sed voluntariè: Neque ut dominantes in
4 cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps pastorum,
5 percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Similiter, adolescentes, subditi
estote senioribus. Omnes autem invicèm humilitatem insinuate, quia Deus super-
bis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti ma- 6
nu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis: Omnem solicitudinem vestram 7
projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote, & vigilate: 8
quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem de-
voret: Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quæ in mun- 9
do est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in 10
æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confir-
mabit, solidabitque. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen. 11
Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter scripsi: obsecrans & 12
contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. Salutat vos Ecclesia, 13
quæ est in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus. Salutate invicèm in os- 14
culo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

19 * حي ان الذين يتألمون ويصابون كما بمشيه الله * فيما انه خالق امين * يستودع
1 انفسهم في العمل الصالح * الفصل الخامس * اتضرع الي القسوس
2 الذين فيكم انا القس نظيرهم * والشاهد بآلام المسيح * وشريك المجد العتيد استعلانه * ان
ترعوا رعية الله التي فيكم * مراقبين لا ترقبا اضطراريا بل احتياريا * لا لقاذورة قبيحة * ولا
3 لربح سمج * بل بنشاط * لا كمن يسودون دوي مراتب الكهوت * بل تصيرون رسوما وقدوة
4 5 للرعية * حي اذا ظهر رييس الرعاة تحتصون اكليل المجد الذي لا يضمر * كذلك
والسباب يخضعوا للسيوخ * وكافتكم فليخضع احدكم للآخر * اشتملوا التواضع فان الله
6 يعاوم المستكبرين ويعطي المتواضعين نعمه * فتواضعوا * فتراءه لمرفص الرسول *
7 تحت يد الله العزيز ليعليكم في اوان الاستعلاء * وهمكم كله القوه عليه * فله الاهتمام بنا *
8 * وتعوا تيقظوا * فان المحال معاندكم يجول كالسبع الزائر * طالبا انسانا يبتلعه * فعاوموه
9 ممكنين في الامانة * واعلموا انكم تكملون اسباب الآلام انفسها باخويكم التي في
10 العالم * والاه كل نعمة الداعي اياكم الي مجده الابدي يسوع المسيح لتألموا قليلا * هو
يوبدكم ويوطدكم ويقويكم ويوسسكم * الذي له المجد والعز الي ابادِ الدهور امين *
11 12 * وهذه كتبتها بالفاظ يسيرة اليكم على حسب صبي * على يد سلوانوس الاخ الامين
13 منصرفا ومدوسلا ان تكون نعمة الله هذه التي وقعتم فيها تحفه بانية * تقبلكم البيعة
14 المختارة التي ببابل التي معنا ومرقص ابني * ليقبل بعضكم بعضا بقبلة قدسية * السلام
معكم يا جميع الذين في محبة يسوع المسيح امين *
* كملت رسالة القديس بطرس * صلاته تحفظنا امين *
* والسبح لرب المجد دايما ابدا امين *

Itaque qui patiuntur & affliguntur ut libet voluntati Dei, utpote conditor est fidelis, commendatas habet animas illorum in opere bono. 19

CAP. V.

ROgo presbyteros qui inter vos sunt 1
ego presbyter æque ac ipsi, & testis passionum Christi & consors gloriæ revelandæ, ut pascatis gregem Dei, qui inter 2
vos est, excubantes excubias non coactas, sed spontaneas: non ob turpem quæstum & lucrum inhonestum, sed promoto animo. Non ut qui dominantur 3
constituti in dignitatibus sacerdotii, sed sitis exemplaria & norma gregis: ut quum apparuerit princeps pastorum, 4
obtineatis gloriæ coronam quæ nunquam languescet. Similiter & juvenes subjecti sint senioribus: & omnes, alii aliis subditi estote. Amplectimini humilitatem; quoniam Deus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.

Lectio pro Marco Apostolo.

Submittite vos igitur sub potenti manu 6
Dei, ut extollat vos in tempore exaltationis: Et curam vestram omnem, in 7
eum conjicite; nam illi cura est de nobis. Expergiscimini, vigilate; quia ca- 8
lumniator adversarius vester vagatur ut leo rugiens, quærens quem deglutiat. 9
Resistite ergò illi, constantes in fide: & scitote quòd vos imploretis causas earundem passionum in fraternitate vestra quæ in mundo est. Deus autem omnis gra- 10
tiæ, qui vocavit vos ad gloriam suam sempiternam per Jesum Christum, ut aliquantulum patiamini, ipse vos corroboret, confirmet, vires suppediter, fundetque. Cui gloria & potestas in æternitates seculorum, Amen. Atque hæc pau- 11 12
cis verbis scripsi vobis secundùm sensum meum per Sylvanum fratrem fidelem: deprecans & obsecrans, ut gratia Dei hæc in qua statis, vera sit ac firma. 13
Osculatur vos Ecclesia electa quæ est Babylone, quæ nobiscum est, & Marcus filius meus. Alter vestrûm osculetur alte- 14
rum osculo sancto. Pax vobiscum & omnes qui estis in charitate Jesu Christi, Amen.

Finis epistolæ sancti Petri, cujus oratio nos tueatur. Amen.

Laus Domino gloriæ sempiternæ ac perpetuæ, Amen.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

8 ፕበቡ፡ እንከ፡ ወእፕብቡ፡ ልብክሙ፡ እስመ፡ ጸላኢክሙ፡ ጋኔን፡ ይፕህር፡ ከመ፡ ለኔ
ጶበሶ፡ ወየሓሥሦ፡ ዘይውሕጥ፡፡=፡ ለጽንዑ፡ ቀዊመ፡ በሃይማኖትክሙ፡ እንዘ፡ ተአሙ
10 ረ፡ ሕማሞ፡ ለዝ፡ ዓለመ፡ ወለጽንዕዎ፡ ለተፈቅሮ፡፡=፡ ወእግዚአብሔርሰ፡ ዘዘኩ
ሉ፡ ኵብር፡ ጸወዓክሙ፡ ውስተ፡ ዓለመ፡ ዚለሁ፡ ወስብሐቲሁ፡ በክርስቶስ፡ ሊየሱስ፡
ወሕደጠ፡ ጎሚምክሙ፡ ውእቱ፡ ይፈጽመ፡ ለክሙ፡ ወየጸንዓክሙ፡ ወየሥብወክሙ፡፡=፡
11 ውእቱ፡ ዘለዓቱ፡ ጎይል፡ ለዓለመ፡ ዓለመ፡ ለሜን፡፡=፡ ሶስለ፡ ስልፃናስ፡ እኁኑ፡
12 ሶእመን፡ በሽመ፡ ጎሐለ ደኩ፡ ሕደጠ፡ ጸሐፍኩ፡ ጎክው፡ እንዘ፡ ለስተብቍዓክው፡ ከ
መ፡ሰማዕት፡ ትኩን፡ ዛቲ፡ እንተ፡ በለማን፡ስብሐቲሁ፡ ለእግዚአለብሔር፡ እንተ፡ በቲ፡
13 ትቀውመ፡፡=፡ ትሌመጓክው፡ እንተ፡ በቢሎን፡ ጎሪት፡ ወማርቆስ፡ ወልዴየ፡=፡ ተአሙ
14 ፡ሠለበደናቲክው፡ በሊመጓ፡ ተፈቅሮ፡ ወተሰናለው፡ ኵሉክሙ፡ እሰ፡ በክርስቶስ፡ ሀሰወክ
ሙ፡፡=፡

መልእት፡ መልእክተ፡ ጴጥሮስ፡ ቅዳሚት፡ጸሎቱ፡ ትኩን፡ ምስሌነ፡ ለሜን፡፡
ወለሜን፡፡=፡

Prudentes estote igitur, & intelligere facite cor vestrum, quia adversarius 8
vester diabolus rugit sicut leo, & quærit quem devoret: Firmiter resistite 9
per fidem vestram, scientes afflictionem hujus mundi, & confirmate charitatem. Et Deus qui ad omnem honorem vocavit vos in seculum suum, & glo- 10
riam suam per Christum Jesum, & quum modicum afflicti fueritis, ipse perfectos reddet vos: & confirmabit vos, & intelligere vos faciet. Ipse, cui 11
potestas in seculum seculorum, Amen. Cum Sylvano fratre nostro fideli, ut existimavi, pauca scripsi vobis, obsecrans vos ut testimonio sit hæc verè glo- 12
ria Dei in qua statis. Salutat vos quæ est Babylone, electa congregatio, & Marcus filius meus. Salutate vos invicèm cum salutatione charitatis, & confirmamini omnes vos qui in Christo estis. 13 14

Completa est Epistola PETRI prior, oratio ejus sit nobiscum, Amen, & Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ, ΕΧΟΝΤΑ ΤΠΟΔΙΑΙΡΕΣΕΙΣ.

Α' Περὶ κλήσεως ἡ ἐν πίστει ἔργοις βεβαιουμένης τοῖς τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐλπίδι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.

Β' Παραγγελία εἰς ὑπόμνησιν ἡ διδασκαλίας μὴ ἀνάλυσιν εἶναι· καὶ ὅπως ἐν ὄρει Θαβὼρ ἡ τοῦ Θεοῦ φωνὴ τοῦ υἱοῦ ἐπήνεσε φωνῆς.

Γ' Προφητεία ἀπιστηθῆς ὑπαισχύνεσθαι αἱρετικῶν, ἀσεβοῦς τε αὐτῶν, καὶ μελλούσης κολάσεως.

Δ' Ἐπιτίμησις τῆς κακίας ἀνθρώπων αἱρετικῶν. ἐν ᾧ, ὅτι αἱρετικῶς ἦλθεν ὁ Χριστὸς ἡ Σωτηρία τοῦ τε αἰῶνος. ὅτι δεῖ ὑπομένειν πάσῃ αἱρετῇ.

Digitized by Google

EPISTOLA PETRI CATHOLICA SECUNDA.

(†) ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΔΕΥΤΕΡΑ. ΚΕΦ. Α'. Β'.

CAP. I. α'.

1 ΣΥΜΕΩΝ Πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χρι-
2 στοῦ· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ Θεοῦ, (α) τοῦ Α'
3 Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· Ὡς (β) πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως
αὐτοῦ τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ κα-
λέσαντος ἡμᾶς (γ) διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς· Δι' ὧν τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ
4 τίμια ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσε-
ως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν (δ) κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. (ε) Καὶ αὐτὸ τοῦτο
5 δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν
6 ἀρετήν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν, Ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκρά-
τειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέ-
7 βειαν, Ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελ-
8 φίᾳ τὴν ἀγάπην. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν (ζ) ὑπάρχοντα, καὶ πλεονάζοντα, οὐκ

(†) Titulus non apparet.

Κεφ. α'. MS. A. (α) τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ (β) τὰ πάντα (γ) ἰδίᾳ δόξῃ καὶ ἀρετῇ· Δι' ὧν τὰ μέγιστα καὶ τίμια ὑμῖν ἐπαγγέλματα (δ) τῷ κόσμῳ (ε) Καὶ αὐτοὶ δὲ (ζ) παρόντα, (η) ἀμβλυμάτων. (θ) σπουδάσατε, ἵνα διὰ τῶν καλῶν ὑμῶν ἔργων βεβαίαν (ι) ἐκλησιν (κ) ποιῆσητε· Οὕτως (λ) Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ (μ) Διὸ μελλήσω (ν) τῇ ὑπομνήσει·

ότιοσοι nec sine fructu constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione. Cui enim non adsunt hæc, cæcus est, non procul cernens, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Ideò magis, fratres, studete firmam vestram vocationem & electionem facere: Hæc enim facientes non impingetis aliquando. Sic enim abundanter subministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri & Salvatoris Jesu Christi. Ideò non negligam vos semper commonere de his, quamvis scientes, & confirmatos in præsenti veritate. Justum autem arbitror, ad quamdiu sum in hoc tabernaculo, persuscitare vos in commonitione: Sciens quòd velox est depositio tabernaculi mei, sicut & Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. Studebo autem & singulatim habere vos post meum exitum, horum memoriam facere.

ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν. ὯΙ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λα- 9
βὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ (η) ἁμαρτιῶν. Διὸ μᾶλλον, ἀδελφοί, 10
σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν (θ) κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι· Ταῦτα
γὰρ ποιοῦντες οὐ μὴ (ι) πταίσητέ ποτε. Οὕτω γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθή- 11
σεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ (κ) Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ. Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, 12
καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ. Δίκαιον δὲ ἡγοῦ- 13
μαι, ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ (λ) σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν (μ) ὑπο-
μνήσει· Εἰδὼς ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, καθὼς 14
καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι. Σπουδάσω δὲ καὶ 15
ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν (ν) ἔξοδον, τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι.

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.



EPISTOLA SECUNDA
PETRI.

CAPUT PRIMUM.

Lectio montis Tabor. 1.

1 Simon Petrus servus & Apostolus Jesu
Christi, iis qui æquè pretiosâ fide nobiscum
digni facti sunt per justitiam Domini & Ser-
vatoris nostri Jesu Christi: Gratia & pax
2 multiplicetur vobis per agnitionem Domini
nostri Jesu Christi: Quippequi omnia quæ
3 ad potentiam Dei pertinent, ad vitam cul-
tumque divinum dedit per agnitionem illius
qui vocavit nos in gloriam suamipsius, &
virtutis: Per quæ maxima vobis promissa
4 atque honores donavit, ut per hæc fitis con-
sortes naturæ Divinæ, fugientes à corrupti-
one cupiditatum, quæ est in mundo. Sed
5 & in hoc ipsum omni à vobis curâ collatâ,
adjicite ad fidem vestram, virtutem: ad vir-
tutem verò, scientiam: Ad scientiam ve-
6 rò, temperantiam: ad [illegible]perantiam verò,
tolerantiam: ad tolerantiam verò, cultum
Dei: Ad cultum verò Dei, amorem fra-
7 ternitatis: ad amorem autem fraternitatis,
charitatem. Hæc enim quum vobis adsint
8 & exuberent, haud otiosos, nec infructuo-
sos constituent vos in cognitione Domini
nostri Jesu Christi. Nam is apud quem ista
non reperiuntur, cæcus est nihil videns, &
oblitus est purgationem peccatorum suorum
prædecentium. Illud verò magis curate
fratres mei, ut per opera vestra bona voca-
tionem & electionem vestram firmam effici-
atis: hæc enim facientes nunquam labemini.
Hâc enim ratione copiosè ministrabitur vo-
bis aditus æterni regni Domini & Salvato-
ris nostri Jesu Christi. Et hac de re non
desistam ab his semper vobis suggerendis,
tametsi & *id* sciatis, & innixi sitis huic ve-
ritati. Justum autem esse mihi videtur, quan-
diu sum in hoc corpore, excitare vos com
monitione: Quam sciam obitum corpo
ris mei brevi futurum, sicut & Dominus no
ster Jesus Christus notum fecit mihi. Sat
gite autem & *illud* semper habere, ut etia
post exitum meum, horum mentionem
ciatis.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

Epistola PETRI secunda à Petro ministro.

CAPUT I.

A Simone Cepha servo & ministro Domini nostri Jesu Christi, iis quibu
participes sumus gloriæ & fidei equam impertivit nobis in justitia Dei nos
redemptoris nostri Jesu Christi. Gratia & pax multiplicetur medio vo
in cognitione Dei nostri Jesu Christi Domini nostri: Quemadmodum
quod habemus divinitatis & virtutis ejus quæ est ad vitam, est in
ejus qui traditus est nobis per cognitionem ejus qui vocavit nos in gloria
am, & in benignitatem suam:

Digitized by Google

Epistola Beati PETRI *Apostoli secunda.*

Versio VULGATA LATINA.

CAPUT I.

1 SImon Petrus, servus & Apostolus Jesu Christi, iis qui coæqualem nobiscum
2 sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Gratia vobis
3 & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Jesu Domini nostri: Quo-
modò omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem donata sunt,
4 per cognitionem ejus, qui vocavit nos propriâ gloriâ & virtute, Per quem ma-
xima & pretiosa nobis promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes
5 naturæ: fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Vos au-
tem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute
6 autem scientiam, In scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patien-
7 tiam, in patientia autem pietatem, In pietate autem amorem fraternitatis, in
8 amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim si vobiscum adsint, & superent;
non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cogniti-
one. Cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, oblivionem ac- 9
cipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter, fratres, magis sat- 10
agite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis: hæc
enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vo- 11
bis introitus in æternum regnum Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Pro- 12
pter quod incipiam vos semper commonere de his; & quidem scientes & con-
firmatos vos in præsenti veritate. Justum autem arbitror quamdiu sum in hoc 13
tabernaculo, suscitare vos in commonitione: Certus quòd velox est depositio 14
tabernaculi mei, secundùm quod & Dominus noster Jesus Christus significavit
mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, ut ho- 15
rum memoriam faciatis.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

* رِسَالَةُ ٱلْقِدِّيسِ بُطْرُسَ ٱلْجَامِعَةُ ٱلثَّانِيَةُ *

Epistola Catholica
SANCTI PETRI
SECUNDA.

* ٱلْفَصْلُ ٱلْأَوَّلُ *

CAP. I.

* وَرَاءَةُ ٱلْجُمُعَةِ مِنَ ٱلْجُمُعَةِ ٱلثَّالِثَةِ وَٱلثَّلَٰثِينَ بَعْدَ ٱلْعَنْصَرَةِ *

Lectio feriæ sextæ hebdomadis trigesimæ tertiæ post Pentecosten.

1 * مِنْ سِمْعَانَ بُطْرُسَ عَبْدِ وَرَسُولِ يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ إِلَى ٱلَّذِينَ قَدْ حَصَلَ لَهُمُ ٱلْأَمَانَةُ ٱلْمُكَرَّمَةُ عِنْدَنَا
2 وَعِنْدَهُمْ بِٱلسَّوَاءِ بِعَدْلِ إِلَٰهِنَا وَمُخَلِّصِنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * لِتَكْثُرْ لَكُمُ ٱلنِّعْمَةُ وَٱلسَّلَامَةُ بِمَعْرِفَةِ
3 ٱلْإِلٰهِ وَيَسُوعَ رَبِّنَا * بِمَا أَنَّ قُوَّةَ ٱلْإِلٰهِيَّةِ قَدْ أَعْطَتْنَا سَائِرَ ٱلْمَنَاقِبِ ٱلْمُؤَدِّيَةِ إِلَى ٱلْحَيَاةِ وَٱلدِّيَانَةِ
4 ٱلْإِلٰهِيَّةِ * بِمَعْرِفَةِ ٱلَّذِي دَعَانَا إِلَى ٱلْمَجْدِ وَٱلْفَضِيلَةِ * ٱللَّتَيْنِ بِهِمَا مَكَّنَا ٱلْمَوَاعِيدَ ٱلْمُكَرَّمَةَ
وَٱلْجَسِيمَةَ * لِكَيْ بِهِمَا تَصِيرُوا شُرَكَاءَ ٱلطَّبِيعَةِ ٱلْإِلٰهِيَّةِ * هَارِبِينَ مِنَ ٱلْفَسَادِ ٱلَّذِي فِي ٱلشَّهْوَةِ فِي
5 ٱلْعَالَمِ * بَاذِلِينَ كَافَّةَ حِرْصِكُمْ فِي هٰذَا نَفْسِهِ أَنْ تَصِيرُوا فِي أَمَانَتِكُمُ ٱلْفَضِيلَةَ * وَفِي ٱلْفَضِيلَةِ
6 ٱلْمَعْرِفَةَ * وَفِي ٱلْمَعْرِفَةِ ٱلْكَمِيَّةَ وَفِي ٱلْكَمِيَّةِ ٱلصَّبْرَ * وَفِي ٱلصَّبْرِ ٱلتَّدَيُّنَ * وَفِي ٱلدِّيَانَةِ
7 ٱلْكَسِيَّةَ مَحَبَّةَ ٱلْإِخْوَةِ * وَفِي مَحَبَّةِ ٱلْإِخْوَةِ ٱلْمَحَبَّةَ * فَإِنَّ هٰذِهِ إِذَا كَانَتْ فِيكُمْ مَوْجُودَةً وَمُتَكَاثِرَةً *
8 فَمَا تَجْعَلُكُمْ بَطَّالِينَ وَلَا غَيْرَ مُثْمِرِينَ فِي مَعْرِفَةِ رَبِّنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * لِأَنَّ مَنْ لَيْسَتْ هٰذِهِ
9 ٱلْفَضَائِلُ حَاصِلَةً فِيهِ فَهُوَ أَعْمَى مَكْفُوفُ ٱلْبَصَرِ * قَدْ أَسْلَمَ نِسْيَانَ تَطْهِيرِ خَطَايَاهُ ٱلْقَدِيمَةِ *

* قِرَاءَةُ لِعِيدِ ٱلْجَلِّيِّ سَادِسِ آبَ *

10 * فَلِذٰلِكَ يَا إِخْوَتِي ٱحْرِصُوا جِدًّا أَنْ تَجْعَلُوا دَعْوَتَكُمْ وَٱصْطِفَاءَكُمْ ثَبْتًا * فَإِنَّكُمْ إِذَا عَمِلْتُمْ
11 هٰذِهِ فَمَا تَزِلُّونَ أَصْلًا قَطُّ * ثُمَّ * لِأَنَّ هٰكَذَا يَتَّسِعُ لَكُمُ ٱلْمَدْخَلُ بِسَعَةٍ إِلَى أَبَدِيِّ مُلْكِ
12 رَبِّنَا وَمُخَلِّصِنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحِ * فَلِذٰلِكَ لَسْتُ أَضْجَرُ فِي أَنْ أُذَكِّرَكُمْ دَائِمًا بِهٰذِهِ ٱلْأَشْيَاءِ * مَعَ أَنَّكُمْ عَالِمُونَ
13 وَمُتَوَطِّدُونَ فِي هٰذَا ٱلْحَقِّ ٱلْحَاضِرِ * فَأَحْسَبُ أَنَّهُ وَاجِبٌ مَا دُمْتُ أَنَا فِي هٰذَا ٱلْمَسْكَنِ أَنْ
14 أُنَبِّهَكُمْ بِٱلذِّكْرِ * عَالِمًا أَنَّ مَبْنَايَ مَسْكَنِي قَرِيبٌ هِيَ سَرِيعًا * كَمَا قَدْ أَوْضَحَ ذٰلِكَ لِي رَبُّنَا
15 يَسُوعُ ٱلْمَسِيحُ * فَأَحْرِصُ بَعْدَ سُكُوصِي أَنْ يَكُونَ لِكُلِّ أَحَدٍ مِنْكُمْ تَذَكُّرُ هٰذَا ٱلْمَكْتُوبِ *

1 A SIMONE Petro servo & Apostolo Jesu Christi, ad eos qui privilegio consecuti sunt fidem æquè apud nos atque apud ipsos honorandam, per justitiam Dei ac servatoris nostri Jesu Christi. 2 Multiplicetur vobis gratia & pax per agnitionem Dei, & Jesu Domini nostri: 3 Utpote virtus ejus Divina dedit nobis omnia dogmata ad vitam illustremque pietatem perducentia per agnitionem illius qui vocavit nos ad gloriam & virtutem: 4 Per quarum utranque tribuit nobis pretiosa maximaque promissa, ut per eas efficeremini consortes naturæ Divinæ, fugientes à corruptione quæ per cupiditatem est in mundo. 5 Omne studium vestrum in hoc ipsum conferentes, ut fructificetis cum fide vestra virtutem, cum virtute scientiam, Cum 6 scientia temperantiam, cum temperantia patientiam, cum patientia pietatem illustrem, Cum pietate bonâ di- 7 lectionem fratrum, cum dilectione fratrum charitatem. 8 Hæc enim quum inventa & exuberantia fuerint in vobis, haud otiosos, nec infrugiferos constituent vos in cognitione Domini nostri Jesu Christi. 9 Nam is in quo hujusmodi virtutes non adsunt, cæcus est, lumine contractus, oblivione purgationis peccatorum suorum olim occupatus.

Lectio pro die festo Transfigurationis, sextâ Augusti.

10 Quapropter ô fratres mei, vehementer satagite ut vocationem & electionem vestram veram reddatis: nam si hoc feceritis, nullo unquam modo delinquetis. 11 Hactenus. Sic enim patescet vobis cum latitudine introitus ad æternitatem regni Domini & servatoris nostri Jesu Christi. 12 Propterea non me tædebit vos semper commonere de his rebus, præterquam quòd periti & confirmati estis in hac præsenti veritate. 13 Expedire enim arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonitionem: 14 Sciens separationem tabernaculi mei protinus vicinam fore, ut id mihi declaravit Dominus noster Jesus Christus. 15 Studebo autem post discessum meum ut sit apud unumquemque vestrûm memoria horum colloquiorum.

Versio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA.*

4 በዘቦቱ : ነሐዩ : ወነዓቢ : ወነክብር : በተስፋሁ : እንተ : ጸውዓነ : ከመ : በእንተ : ዝኒ
ቱ : ጕኑ : ሱቱፋነ : ለመለኮተ : ዚለሁ : እንዘ : ትጕይይዋ : ለውስናሁ : ለዝ : ዒለ
5 መ::=> ወለእንተውነ : በኵሉ : ጕጕለ : ገቢረክሙ : ለትልወዋ : ለሠናይት : በሃይ
6 ማኖትክሙ : ወለመወሰት : ሠናይትክሙ : ለለእመሮ::=> ወእመወሰት : ለእመር :
ለለዚመይ : ወእመወሰት : ሊዚመይ : ለትዕግሠት:: ወእመወሰት : ትዕግሠት :
7 ለለመልከጼ::=> ወእመወሰት : እመልከጼ : ለተለኣሆ:: ወእመወሰት : ተለኣሆ :
8 ለተፈቅሮ::=> ወዝንቱ : እመከመ : ሀለወ : ኀቡክሙ : ሊኮንክሙ : ፀረዓነ : ወሊኮን
ክሙ : እለ : እንበለ : ፍረ:: ለለ : ዖበጽሐክሙ : ወሠተ : ለእመሮቱ : ለእግዚእነ :
9 ሊየሱስ : ክርስቶስ::=> ወዘሰ : ሊሀሎ : ወሠተ : ዝንተ : መግበር : ዕወር :ወእቱ : ዘዖ
ሐወር : በመርሰስ : ወረሰዐ : ለእጽሐ : ርእሰ:እመእለ : በልዖ : በለዕሌሁ : ኅጥወሊ
10 ሁ::=> ወይእዜኒ : ለኀዊነ : ጕተሉ : ከመ : በጽነዐ : መግበሪክሙ : ጽንዕተ : ትኩነ :
ጸውዓክሙ : ወታወፍዩ : ሐስበክሙ : ወዘንተነ : እንዘ : ትገብሩ : ሊትሰሐቱ : ለብዕ
11 ሱ::=> ወከማሁ : ለይትሥኩክሙ : ወሠተ : ፍናተ : መንግሠቱ : ለእግዚእነብሔር :
12 ወመድኅኒነ ፡ ሊየሱስ : ክርስቶስ : እንተ፡ ለዓለመ : ዓለመ::=> ወበዘቦሰ : እጽህቅ :
ለክሙ : ዘልፈ : ወእዜከረክሙ : በእንተ : ዝንቱ : ተለመረ : ዘለጽንዓክሙ : ወሊታ
13 ርሕቅዋ : ለእንተ : ትውጽእ : ጽድቁ::=> ወይመስለኒሰ : ከመ : ርቱዕ : ለመጠነ : ሀሎ
14 ኩ : በዝንቱ : ለሠጋዖ : ለነቅሀክሙ : በዘከር::=> እስመ : ለለመር : ከመ : ፍጡነ: ይእ
ቲ : ሰአሊ : ዚለዖ : እመኔክሙ : በከመ : ለይድዓኒ : እግዚእነ : ሊየሱስ : ክርስቶስ::=>
15 ወእጋጕእ : ዘልፈ : ከመ : ትኩኑ:ከሜዖ : ወለመድኅሬዖ : ወኅሊፍዖ : ተዘከርዎ : ለዝነ
ቱ : ወከማሁ : ትገበሩ::=>

In quo vivimus, & elati sumus, & gloriamur in promissione vocationis nostræ: 4 sic propterea estote participes divinitatis ejus fugientes corruptionem hujus mundi. Et vos quidem cum omni festinatione operantes procedite ad benignitatem per fidem vestram, & à benignitate vestra ad scientiam, Et à scientia 6 ad castitatem, & à castitate ad patientiam, & à patientia ad cultum ejus, Et 7 à cultu ejus ad fraternitatem, & à fraternitate ad charitatem: Et hæc si sit 8 apud vos, non fueritis ociosi neque infructuosi, sed ducet vos in cognitionem Domini nostri Jesu Christi. Et qui non est hujusmodi, cæcus & ambulans per 9 aspergillum, & oblitus est purgare seipsum ab antiquis, super eum, peccatis suis. Et nunc fratres nostri, soliciti estote ut in firmitate operum vestrorum firma fiat vocatio vestra, & reddatis computum vestrum, & hoc facientes non 10 errabitis in divitiis ejus. Et sic sequantur vos in via regni Dei, & Servato- 11 ris nostri Jesu Christi, quod erit in seculum seculorum. Et propterea est quòd 12 solicitus sim pro vobis semper, & memores vos faciam de hac doctrina ejus quâ confirmabam vos, & ut non elongetis adventuram justitiam ejus. Et vide- 13 tur mihi quasi æquum quamdiu sum in hoc corpore meo, excitare vos per recordationem ejus. Quia cognosco quòd velox erit recessus meus à vobis, quem- 14 admodum significavit mihi Dominus noster Jesus Christus, Et solicitus ero sem- 15 per ut sitis instar mei, & post me & obitum meum recordari faciatis hoc, & similiter faciatis.

Digitized by Google

Non enim *sophisticatas* fabulas secuti, notam fecimus vobis
16 Οὐ γὰρ (ξ)σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες, ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ
Domini nostri Jesu Christi virtutem & præsentiam: sed speculatores facti
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν· ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς
illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem & gloriam,
17 ἐκείνου μεγαλειότητος. Λαβὼν γὰρ παρὰ Θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν,
voce *delatâ* ei hujusmodi à magnifica gloria; Hic est
φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, Οὗτός ἐστιν
filius meus dilectus, in *quem ego beneplacui*. Et hanc vo-
18 ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, εἰς ὃν ἐγὼ (ξ) εὐδόκησα. Καὶ ταύτην τὴν φω-
cem nos audivimus de cœlo allatam, cum ipso *existentes* in monte
νὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν (ο) ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖσαν, ὄντες σὺν αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει τῷ
sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benè
19 ἁγίῳ. Καὶ ἔχομεν (π) βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον· ᾧ καλῶς
facitis attendentes, quasi lucernæ *apparenti* in caliginoso loco, *usque quò* di-
ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν (ρ) αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέ-
ra eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: Hoc pri-
20 ρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· Τοῦτο πρῶ-
mùm *cognoscentes*, quòd omnis prophetia Scripturæ, propriâ interpretatione non fit.
τον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνε-
Non enim voluntate *hominis* allata est aliquando prophetia, sed à Spiritu
21 ται. Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος
sancto *acti* locuti sunt sancti Dei homines.
ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν (σ)οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι.

CAP. II. Β'.

Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo: sicut & in vobis erunt *fal-*
1 Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ· ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευ- Γ'
si doctores: qui *ad*introducent sectas perditionis, & *illum mercatum* e-
δοδιδάσκαλοι· οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐ-

MS. A. (ξ) ηὐδόκησα. (ο) ὃν τῷ ὄρει (π) βεβαιώτερον (ρ) ἀχμηρῷ (σ) ἅγιοι τοῦ Θεοῦ κολαζομένοις πρὸν· (δ)ἀλλὰ (ε) ἀσελγείᾳ *ἀναστροφῇ, (ζ) καταφρονῆντες·

os, Dominum negantes: *inferentes* sibiipsis celerem perditionem. Et mul-
τοὺς Δεσπότην ἀρνούμενοι· ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν. Καὶ πολ-
ti sequentur eorum *perditiones*, per quos via veritatis blasphemabitur: Et in avaritia
λοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς (α) ἀπωλείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθεί-
ficiis verbis *vos* negotiabuntur: quibus judicium *ex* olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.
ας βλασφημηθήσεται· Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσον-
Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed *catenis caliginis de-*
ται· οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει.
Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ (β) σειραῖς ζόφου ταρ-
trudens in tartarum tradidit in judicium *servatos*: Et originali mundo non
τώσας παρέδωκεν εἰς (γ) κρίσιν τετηρημένους· Καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐ-
pepercit, sed octavum Noe, justitiæ præconem custodivit, diluvium
φείσατο, (δ) ὄγδοον Νῶε, δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν
mundo impiorum inducens: Et civitates Sodomorum & *Gomorrhæ* in cinerem redigens,
κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας· Καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόρρας τεφρώσας,
everſione damnavit, exemplum *futurorum* impiè *agere* ponens: Et ju-
καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς· Καὶ δί-
ſtum Lot *fatigatum* à nefandorum *in luxuria* conversatione,
καιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν (ε) ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς,
eripuit: (Aspectu enim & auditu *ille* justus habitans *in ipsis*, di-
ἐρρύσατο· (Βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέ-
em *ex die* animam juſtam iniquis operibus *cruciabat*:) Novit Dominus
ραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν·) Οἶδε Κύριος
pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem judicii cruciandos
εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους
reſervare: *Maximè* autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ *ambulan-*
τηρεῖν· Μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομέ-
tes, & dominationem *contemnentes*: audaces, ſibi placentes, *dignitates* non *hor-*
νους, καὶ κυριότητος (ζ) καταφρονοῦντας· τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέ-
rent blaſphemantes.
μουσι βλασφημοῦντες.

Κεφ. Β'. MS. A. (α) ἀσελγείαις, δι' ὧς ἡ ὁδὸς τ (β) * σειραῖς ζόφοις (γ) κρίσιν

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

Non enim fabulas arte compoſitas ſectamur, 16
quatenus declarem vobis robur & adven-
tum Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed quum
ſpectatores fuerimus majeſtatis ipſius. *Nam* 17
quando accepit à Deo Patre honorem & glo-
riam, quum vox hujuſmodi venit ad eum
poſt decoræ magnificentiæ gloriam, Hic eſt
ille filius meus dilectus in quo mihi placui:
Nos quoque eandemmet vocem audivimus 18
de cœlo ad eum veniſſe, quum eſſemus unà
cum eo in monte ſancto. Habemus præ- 19
terea quòd verum fit verbum prophetiæ,
quòd benefacitis quum intuemini quaſi lu-
cernam in obſcuro loco ſplendentem, quoad
dies eluceſcat, & ſol oriatur in cordibus
veſtris. Illud in primis ſcientes, quòd omnis 20
prophetia ſuæ ſolutio ſcripturæ non fit.
Non enim voluntate hominis venit unquam 21
prophetia, ſed à Spiritu ſancto tracti, locuti
ſunt ſancti Dei homines.

CAP. II.

Fuerunt autem & pſeudoprophetæ in mun- 1
do: ut etiam inter vos erunt falſi doctores,
qui ſubintroducent hæreſes perniciosas, &
Dominum qui emit illos, negabunt: acceſ-
ſentes ſibiipſis celerem perditionem. Et 2
multi abibunt poſt impuritatem eorum:
propter quos blaſpemabitur via veritatis.
Et per fraudem verborum delirii vos nego- 3
tiabuntur: quorum judicium jam olim non
ceſſat, & interitus non dormitat. Si enim 4
Deus angelis qui peccaverunt, non peper-
cit; ſed catenis caliginis in infima loca præ-
cipitavit illos, & tradidit eos ut ſervarentur
ad judicium cruciatûs: Et priſtino mundo 5
non pepercit, ſed Noe octavum, juſtitiæ præ-
dicatorem ſervavit, quando diluvium ſuper
mundum peccatorum adduxit: Urbes So- 6
dum & Amuræ ſuccendit, eaſque ſubverſi-
one damnavit, ſpecimen impiis qui futuri
erant, proponens: Lot quoque juſtum, qui 7
tundebatur ab impudica eorum converſati-
one qui ſine lege erant, eripuit: (Vide- 8
do enim & audiendo, dum juſtus ille inter
ipſos habitaret, in dies animam ſuam juſtam
operibus illegitimis excruciabat.)
Magno die feſto Aſcenſionis. 1.
Novit ſanè Dominus ab anguſtia liberare 9
timentes eum: iniquos autem ad diem ju-
dicii puniendos ſervabit. Præſertim verò 10
illos qui carnem obſcœnis cupiditatibus ſe-
quuntur, & dominatum deſpiciunt, impu-
dentes & arrogantes, qui gloriam non timent
dum blaſphemant:

Verſio *ÆTHIOPICA* cum Interpretatione *LATINA*.

16 እስመ: ሊኮነ: ጣዒደ‹ት: ጥበብ: ዘተሰነ : ዘእመርኅው : ኵሉ : ወሀልወቱሰ : ለእግዚ
17 እነ:ሊየሱስ:ክርስቶስ:: ለሰ:ናለየተ:ዜለሁ: ተከዊነነ:: ለዕበዩ:=ፅ ዘነሠለ: እመጣበ:
እግዚአብሔር:አብ:: ክብር : ወስብሐት:ቃል:ወረደ:ለዕሌሁ:: እመላይቴ: እመወሰተ:ዕበ
18 ዩ: ሰብሐቲሁ:ይቤ:ዝነቱ:ወእቱ: ወልድየ: ዘለፊቅር : ዘለነ:ሐረይኩ::=ፅ ዘነተ:ቃለ:ነ
ሣነ:ሰማዕናሁ: ከመ:እመሰማይ: ወረደ:ሎቱ:እነዘ:ሀሎነ:መሰሌሁ: በደብረ:መቅደሱ::=ፅ
19 ወብነ:ዓደ :ዘለመ ዝነ: ይቀድሙ:ቃለ:ነቢይ:ዘይቤ:ጥቀ:ታሣነዩ :እለ:ትኔጽርዎ: ከመ:ማኅ
ቶት : እነተ: ታበርህ : ወስተ: መከነ: ጽለመተ: እነከ: ታበርህ: ለክሙ: ዕለት : ወይሠርቅ:
20 ለክሙ : ቤዝ : ወስተ : ልብክሙ::=ፅ ወዘነተ:ባሕቱ : ቅድሙ: ለእመሮ: ከመ: ኵሉ:
ተነብዮ: እመፊቃደ:ሰብእ: ወእመሠረተ:እጋለ:እመሕያው:ዘይፈክር: ሊይከውኖ:=ፅ

Quia non fuit fabula eruditionis quam ſequuti ſumus, quâ docuimus vos ubi- 16
quitatem & præſentiam Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed exemplar ejus factum
eſt nobis magnitudinis, Quam accepit à Deo patre, honor & gloria vocis de- 17
ſcendit ſuper eum: unde de magnitudine gloriæ ejus dixit, Hic eſt filius meus di-
lectus quem ego elegi. Hanc vocem nos audivimus quòd à cœlo deſcendit in 18
eum, quum eſſemus cum ipſo in monte ſanctuarii ſui. Et habemus ulteriùs, hâc 19
antiquiorem vocem, prophetæ dicentis: perbenè facitis qui attenditis ei ſicut lu-
cernæ quæ ſplendet in loco tenebrarum, donec illuceſcat vobis dies, & exoria-
tur vobis redemptio in cordibus veſtris. Veruntamen hoc priùs cognoſcite, quòd 20
nulla prophetia à voluntate hominum, & à libidine hominis exponentis eſt,

Digitized by Google

Versio VULGATA LATINA.

16 Non enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi
17 virtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens
enim à Deo Patre honorem & gloriam, voce delapsâ ad eum hujusce modi à ma-
18 gnifica gloria; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum au-
19 dite. Et hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cùm essemus cum ipso
in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benè fa-
citis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat,
20 & lucifer oriatur in cordibus vestris: Hoc primùm intelligentes, Quòd omnis
21 prophetia Scripturæ propriâ interpretatione non fit. Non enim voluntate hu-
manâ allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt
sancti Dei homines.

CAP. II.

1 Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri
mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum
negant, superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum lu-2
xurias, per quos via veritatis blasphemabitur: Et in avaritia fictis verbis de-3
vobis negotiabuntur: quibus judicium jam olim non cessat: & perditio eorum
non dormitat. Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus in-4
ferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari: Et ori-5
ginali mundo non pepercit, sed octavum Noë, justitiæ præconem, custodivit, di-
luvium mundo impiorum inducens: Et civitates Sodomorum & Gomorrhæorum6
in cinerem redigens, eversione damnavit: exemplum eorum, qui impiè acturi
